R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

OPERE BIBLIOGRAFICHE E BIOGRAFICHE

RACCOLTE DAL

DOTT. DIOMEDE BONAMICI

di Livorno (1823-1912)

Novembre 1921.







SVA
QVEMQVE SORS MANET

PETRVS LAMBECIVS
HAMBVRG. S. CÆS. MAI. CONSILIA
RIVS HISTORIOGRAPHVS AC
BIBLIOTHECAR. AN. ÆTAT. XLI.

BIBLIOTHECA ACROAMATICA
THEOLOGICA, JURIDICA, MEDICA, PHILOSOPHICA, HISTORICA & PHILOLOGICA,

COMPREHENDENS

RECENSIONEM SPECIALEM

OMNIUM CODICUM MSCTORUM GRÆCORUM, HEBRAICORUM, SYRIACORUM, ARABICORUM, TURCICORUM, ARMENICORUM, ÆTHIOPICORUM, MEXICANORUM, SINENSIUM, &c.

AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VINDOBONENSIS,

OLIM A DUUMVIRIS CL.

PETRO LAMBECIO
ET
DANIELE NESSELIO

CONGESTA;

NUNC AUTEM PROPTER INSIGNEM RARITATEM, CARITATEM ET PRÆSTANTIAM IN HANC CONCINNAM EPITOMEN REDACTA ET LUCI PUBLICÆ RESTITUTA

à

JACOBO FRIDERICO REIMMANNO.

ACCESSIT

DISSERTATIO PRÆLIMINARIS,

IN QUA DE SPISSIS LAMBECII ET NESSELII VOLUMINIBUS ACCURATE DISSERITUR ET HUJUS INSTITUTI RATIO PROLIXIUS EXPLANATUR,

NEC NON

INDEX TRIPLEX COPIOSISSIMUS

ATQUE AD

MULTIFARIAM HUJUS COMPENDII UTILITATEM DEMONSTRANDAM EXAMUSSIM ADAPTATUR.

HANNOVERÆ,
SUMPTIBUS NICOLAI FOERSTERI,
MDCCXII.

VIRO
PERILLUSTRI,
DOMINO,
D N.
URBANO DIETERICO
DE LÜDECKEN,

POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ ET
DUCIS BRUNSVICENSIS AC LUNEBURGENSIS
à CONSILIIS INTIMIS,
NEC NON
DIŒCESEOS QUEDLINBURGENSIS
PRÆFECTO SUMMO,
AC
EORUM REDITUUM QUI EX ACCISA
PROVENIUNT
DIRECTORI SUPREMO,

PATRONO MEO SUBMISSO
ANIMI CULTU
ÆTATEM DEVENERANDO, COLENDO.



VIR

PERILLUSTRIS,

DAbis veniam, opinor, si audacius fortassis quam fas est in Musarum Tuarum sanctuaria irrumpo, & quod utilitati publicæ debetur tempus, privata temeritate mihi vendico. Sol & *cuique* impertit suos radios & *cuivis*. Fons communis non minus patet *uni*, quam *multis*. Aura vitalis qua vescimur se talem præbet *singulis* qualem *cunctis*. Numen ipsum in communicatione sui non est morosum. Etenim & vacat iis, qui *conjunctim* divinam suam liberalitatem ambiunt, & iis quoque benignam aurem admovet, qui *sigillatim*

tim ad se accedunt. Atque hoc spem mihi facit non superficiariam, fore, ut & me, VIR PERILLUSTRIS, ad TE adrepentem lumine non inhumano aspicias, & quo soles bonos *omnes* amplecti affectu, me *unum* exosculeris quoque, qui ex *paucis* quos fert hoc seculum ingeniorum æstimatoribus TE *unum* veneror & adoro. Neque enim aliam ob causam hunc accessum inopinatum ad TE molior, quam ut cultum & pietatem meam *TIBI* probem, & quanti Tuam virtutem, & inusitatam, qua fulges præ cæteris πολυϊςορίαν faciam semperque fecerim, publico testimonio significem. *TU omnes* omnium scientiarum circulos ita permeasti, atque si *in singulis* peculiare habuisses hospitium ac domicilium. *TU singulos* meliorum literarum cultores ita defendis ac foves, atque si ab *omnibus* uno ore Deus tutelaris esses electus. *TU* - - sed præstat silentii peplo involuisse quæ pro dignitate sua explicare non possumus. Et notior est *TUA* illustris Physiognomia in republica civili & literaria, quam ut mea delinea-

neatione opus habeat. Non eget sol accensa lucernula. Nec commendatio accedit olorum symphoniæ inepto graculorum strepitu. Diviniores mentes tacita malunt veneratione coli quam loquaci garrulitate. Et hoc ipsum est quod mihi calamum de manibus excutiens jam medio in cursu inexspectatam remoram injicit, atque hanc tantummodo lineolam adhuc addere permittit; *Me parvum Maronem* TIBI MAGNO MECÆNATI *offerre hunc novum libellum arida pumice expolitum, cum prece submissa velis*


Meas esse aliquid putare nugas

& TIBI etiam atque etiam vehementer persuasum habere, me & esse revera & fore *semper*

PERILLUSTRIS TUI
NOMINIS

Dabam Ermslebiæ
die XVIII. Apr.
A. MDCCXII.

Cultorem devotissimum
JAC. FRID. REIMMANNUM.
Past. Prim.



INDEX PRIMUS

SYNOPTICUS TOTIUS OPERIS.

Universum hoc opus absolvitur PARTE I. atque in ea continetur Commentariorum *Lambecianorum*

LIBER I. tradens Historiam Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis cum quibusdam additamentis & Catalogo MSS. a Seb. Tengnagelio eidem legatorum.

LIBER II. sistens ὀνοματολογίαν Urbis Viennæ καθ' ἄρσιν καὶ κατὰ θέσιν, πραγματολογίαν literariam de quibusdam Libris Bibliothecis.

LIBER III. comprehendens MSSta SS. Bibliorum nec non Commentatorum & SS. Patrum Græcorum à Sec. I. usque ad IV.

LIBER IV. continens MSSta SS Patrum Græcorum a Sec. IV. usque ad VIII.

LIBER V. complectens MSSta Theologica Græca a Sec. VIII. usque ad XVI.


Universum hoc opus absolvitur.

- LIBER VI. exhibens
  - Parte 1. MSSta Græca juris { Civilis. Canonici.
  - Parte 2. MSSta Græca { Medica. Chymica.
- LIBER VII. enarrans MSSta Philosophica Græca.
- LIBER VIII. recensens MSSta Historica Græca, & quidem speciatim ea, quæ spectant ad H. E.

PARTE II. qua continetur *Nesseliane* continuationis.

- LIBER I. indicans MSSta Historica Græca ad Historiam profanam spectantia.
- LIBER II. percensens MSSta Græca Philologica.
- LIBER III. recitans MSSta Hebraica, Syriaca, Arabica, Turcica, Persica, Armenica, Æthiopica, Mexicana, Sinensia, &c.





INDEX SECUNDUS,

HISTORICO-LITERARIUS.

INDEX II.

Alexan-

Apol-

Aristo-

Atha-

B.

Becens

Ce-

 - - ejus

Crate-

Diony-

Ero-

F.

G.

Gada-

Geor-

Gre-

Hermo-

I.

Jo-

Jo-

 Justus

Leo

Mar-

Mi-

Nas-

N.

Ni-

Occo

O.

P.

Pel-

Pho-

Quin-

Q.

R.

Sambu-

Theo-

Uvellius

Zeno-

INDEX TERTIVS

PRAGMATICUS.

A.

Allego-

Arme-

Bellum

Cabba-

C.

Con-

Editio-

Exor-

INDEX III.

Homi-

In-

scripta

Lexi-

M.

Micha

 de

N.

Nu-

Rari-

στίχοι

Pole-

Versio

Voces

FINIS.



PARS PRIMA CATALOGI SIVE RECENSIONIS

SPECIALIS OMNIUM CODICUM MSCTORUM GRÆCORUM AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ,

COMPREHENDENS

CODICES MSCTOS GRÆCOS THEOLOGICOS, JURIDICOS, MEDICOS, PHILOSOPHICOS ET HISTORICOS ECCLESIASTICOS,

QVAM PRIMUS

XIII. ANNORUM SPATIO CONGESTAM VIII. VASTIS VOLUMINIBUS IN FOL.

EDIDIT

PETRUS LAMBECIUS HAMBURGENSIS,

SACRÆ CÆSAREÆ MAJ. CONSILIARIUS, HISTORIOGRAPHUS & BIBLIOTHECARIUS,

NUNC AUTEM

propter insignem raritatem & præstantiam in hanc concinnam Epitomen redactam

LUCI PUBLICÆ RESTITUIT

JAC. FRIDER. REIMMANNUS.

ANNO MDCCXII.



§. 1.

RIngantur Itali, naſum incurvent Galli, ſupercilium adducant Hiſpani, ſcita cavilla ſerant Britanni, frendeant, ſpument, bacchentur ii omnes, qui præſtantiam Muſarum Germanicarum limis oculis aſpiciunt; (ſiquidem & fallunt & falluntur ii, qui ſibi perſvaſum habent, ἀφθόνους εἶναι μουσῶν θύρας,) hoc tamen certum, firmum, ratum & inconcuſſum eſt, Germanos *primos* fuiſſe in Republica Literaria, qui Indices Librorum *Generales*, *Speciales* & *Specialiſſimos* conficere atque ſic de ſuis divitiis & facultatibus in Bibliothecis publicis privatisque deliteſcentibus ejusmodi *Rationaria* & *Summaria* componere anniſi ſunt, quale *Auguſtum* de opibus publicis, id eſt, claſſibus, regnis, provinciis, tributis, vectigalibus, militibus &c. manu ſua quondam ſcripſiſſe, ex Taciti Annalium Libr. I. c. 11. & Svetonii c. 28. edocemur. Hiſtoriam hic teſtem advoco & illam fidiſſimam vetuſtatis nunciam, quæ nobis, quid ſuperioribus ſeculis in orbe eruditorum actum vel non actum ſit, ſine ſu-

ſpicione gratiæ & ſimultatis exponit. Hæc ſane tam diſerte & perſpicue Germanis palmam in hac cauſa defert, ut, ſi eidem ſemel in re tam manifeſta aſſenſum præbere dubites, ratio nulla ſit, quare non ſemper velis ἐπέχειν. Evolve ſis Annales rei literariæ publicos, & percurre monumenta eorum omnium, qui conſilia & eventus ſuperiorum temporum memoriæ mandarunt, & deprehendes profectò, ante *Conradum Gesnerum* Medicum illum Tigurinum φιλομαθέστατον, qui *Catalogum univerſalem* omnium Librorum, Latinorum, Græcorum, Hebraicorum, extantium & non extantium, veterum & recentiorum congerere auſus ſit, fuiſſe neminem.

§. 2. Cave autem exiſtimes, Germanos tantum in *Catalogis univerſalibus* texendis aliis gentibus prætuliſſe facem; quin potius etiam atque etiam vehementer tibi perſvaſum habe, eos quoque in *ſpecialibus* & *ſpecialiſſimis indicibus* digerendis omnibus aliis præluxiſſe. Non dicam in præſenti, *Job. Jacobum Friſium* Bibliotheca ſua Philoſophica, Patriſtica & Scholaſtica cœcutientibus in re literaria exteris *primum* quaſi Pharum ſuſpendiſſe; nec demonſtrabo prolixe, *Job. Fichardum* JCtum & Syndicum Francofurtenſem ſui ordinis hominibus *primum* filum Ariadnes impertiviſſe, quo ſemet ex ambiguo ſcriptorum juris Labyrintho

tho facilius expedire possent : Hoc saltim commemorabo, &, hoc etiam ad gloriam nostram contra insultus & strophas malevolorum asserendam sufficere, opinor, *Genealogiam Catalogorum Specialium* omnium, s. respectu temporis ita appellentur, s. loci, s. materiæ, ex Germania esse arcessendam.

§. 3. Sane non alio sangvine quam germano cretus est *Georgius Villerius* Bibliopola Augustanus, qui anno Seculi XVI. sexagesimo quarto *primus* Catalogum Librorum istiusmodi curavit inprimi, qui vel novi vel emendatiores vel auctiores in lucem aspectumque publicum prodierunt. Nec alterius quam Teutonicæ fuit prosapiæ *Christophorus Ferus* Medicus celeberrimus & custos Bibliothecæ Ingolstadiensis, qui *primus* Bibliothecæ sibi commissæ publicavit Catalogum adeoque indicem perpetuum omnium Librorum in Biblophylazio Ingolstadiensi extantium a se confectum & secundum quatuor facultates in XXV. classes distributum A. C. 1599. juris communis esse jussit. Et quid? nonne Augusta Vindelicorum *prima* permisit Græcorum suorum Codicum MSctorum publicari syllabum? nonne *Ingolstadiensium* Musarum Apollines Augustanorum exemplo suscitati idem deinceps suis Bibliothecariis concessere? Profecto hi *primi* intellexerunt, quam

turpe ſit, theſauros ſuos cum *Bocho* Rege Numidiæ in monte ſaxeo reponere, aut cum *Decebalo* Dacorum tyranno ſub flumine abſcondere. Hi *primi* Bibliothecarum publicarum verum uſum & finem & ſcopum perſpexerunt. Hi etiam *primi* gentes exteras, puta Britannos, Gallos, Italos & Hiſpanos ſuis Catalogis incitarunt ad Catalogos faciendos & ad ſua veſtigia, hac in re, legenda, quanquam, ſi verum fateri velimus, id factum ab iis eſt non paſſibus æquis.

§. 4. Abſit, ita blandiri velim meis popularibus, ut eos exteris omnibus ubique anteferendos eſſe cenſeam. Novi, & eos ſuos habere manes, nec ita Suffenus ipſis ſum aut Mævius, ut, quod manticæ in tergo habent, non perſpiciam; Interim ſi hoc affirmo, eosdem & ratione *temporis* & *dignitatis PRIMOS* eſſe dicendos, qui nobis Catalogos de Bibliothecis publicis exhibuerunt, & ita quaſi velaminibus & ſippariis remotis commonſtrarunt, qui in hiſce Cimeliothecis theſauri ſint abſconditi, nihil a veritate alienum puto me affirmaturum. Habent & Britanni in hac ſcena ſuas laudes, non inficior; neque enim ignotum mihi eſt, quid Triumviri illi excellentisſimi Thomas Jameſius, Thomas Hyde & Eduardus Bernhardus in Bibliotheca Bodlejana præſtiterint; ſed tantum abeſt, ut nobis in hoc

argu-

argumento palmam præripuerint, uti eandem ne quidem dubiam reddiderint atque ancipitem.

§. 5. Componat quis eorundem purpuram cum nostra, & telas Jamesiano-Hydo-Bernhardianas conferat cum ea, quam Vir illustris Petrus Lambecius de Bibliotheca Vindobonensi contexuit, & pervidebit, opinor, distare easdem inter se quam maxime & non minori gradu dignitatis secerni, quam a cannabinis solent byssina, a subsericis holoserica, vel a monobaphis dibapha. Scilicet *Catalogus Vindobonensis primas* tenet; *Oxoniensis secundas*, & reliqua scripta omnia hujus commatis ab his duobus tanto intervallo superantur, quanto minora cœli lumina a Sole & Luna splendore vinci creduntur.

§. 6. Et sane hoc unum argumentum sufficere existimem ad causam meam tuendam, si dixero, me *excellentia* Operis Lambeciani commotum consilium cepisse istius vastam circumferentiam in hocce concisum centrum punctumve compingendi; siquidem & ipse hujus mundi arbiter solius Macrocosmi elegantia illectus ad Microcosmi fabricam progressus est: sed ne idem mihi evenisse credas, quod solet navigantibus in mari pacifico, qui uno eodemque vento a littore Americano digressi in portum Asiaticum intrare solent;

 Age-

Agedum & *utilitatem* insignem & *raritatem* & inde *enatum enorme pretium* mihi ad cursum in hoc studio peragendum jamdum parato addidisse calcaria & stimulos, ultro fatebor.

§. 7. Equidem non tam fastidiente & nauseabundo sum stomacho, uti concoquere non possim istud Plinii, quo dicit: *Nullum librum tam malum esse, qui non aliqua ex parte prosit.* Facile patior unumquemque suo abundare sensu & suas προδοξίας habere pro δόξαις κυρίαις: quin & in eadem ferme cum eo sum hæresi, cum experientia didicerim, & venena interdum remediis annumerari; At enim si quis exinde infirmitate judicii deceptus velit exsculpere; Omnes libros eodem esse loco numerove habendos, omnes pari diligentia versandos & in succum & sangvinem vertendos, eum ad Anticyras post Crissam ablegandum & ibidem elleboro tamdiu svaderem diluendum, donec innata mentis vitia levantur. Herba herbam utilitate superat, cibus cibum. Et tanta inter bonos malosve Libros, si usum fructum spectemus, est discrepantia, quanta inter agros fertiles eosque esse solet, in quibus

- - inter nitentia culta
Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.

§. 8.

§. 8. Quid quod inter bonos ipſos prægrande variumque intercedit diſcrimen. Et oporteret eum cum rudimentis Grammaticis πολυθρυλλήτους iſtos gradus Comparationis protervis dediſſe ventis portare in mare Creticum, qui neſciat, in Librorum Sylloge, æque ac in metallorum ordine dari *bonos*, *meliores*, *optimos*. Et ſi ex ſanæ rationis regula hi poſteriores eo curatius legendi ſunt, quo pluribus paraſangis illos priores poſt ſe relinquunt; hic ſane *Catalogus Lambecianus* nocturna diurnaque manu erit verſandus, utpote qui inter reliquos omnes ſui generis tantum excellit atque eminet,

Quantum lenta ſolent inter viburna Cupreſſi.

§. 9. Non e longinquo mihi petenda ſunt argumenta, quibus id demonſtrem; ad manum jam ſunt; & ipſa utilitas, quam rei litterariæ præſtat, illuſtris omnino opinor & quavis exceptione major bonitatis eſt teſtis. Lege ſis hujus Bibliothecæ incomparabilis incomparabilem indicem, & videbis, quam parum luſurus ſis operam & quantum incrementum indeptura ſit tua rei litterariæ cognitio; Omnes fere libri, ſectiones, lineæ ſingulare quippiam in ſe comprehendunt, & paucæ ſunt conchæ in hoc ingenti Oceano tam ſteriles, quæ te non unione quodam exhilarare queant.

a † 5 Ego

tem vitæ Asceticæ inde a pueritia in Palæstinam atque Ægyptum se contulisse, & præcipue apud Scetensis eremi Anachoretas, in studio perfectionis spiritualis plurimum profecisse, ideoque corrigendum esse Gennadium Massiliensem, qui c. 61. de Script. Eccl. Sceten Ægypti eremum cum Scythia perperam confundens falso tradit, Cassianum fuisse Scytham. Idem error extat etiam apud Joh. Tritthemium in Libro de Scriptor. Eccl. & apud complures alios Scriptores recentiores, qui Gennadii auctoritate decepti sunt. Similiter quoque in ipsa præfatione Joh. Cassiani ad Leontium, pro in eremo Scythica, sine ulla controversia scribendum est, in eremo Sceti s. in eremo Scetica, h. e. ut in translatione Græca recte legitur, ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς σκήτεως. *Joh. ergo Cassianus, licet Græcæ linguæ fuerit peritus, non tamen, ut Joh. Tritthemius falso refert, Græce scripsit, sed tanquam Romanus Latine, primusque opuscula ipsius Ascetica redegit in Compendium S. Eucherius ex Lerinensi Monacho Archi-Episcopus Lugdunensis, ut testatur supra citatus Gennadius c. 63.*

§. 11. Neque mitiora sunt illa de *scriptis* quam de *scriptoribus* præjudicia, ex quibus ope hujus Catalogi exemtus sum. Putabam videlicet, nos ex XL. Historiarum libris, quos

Po-

Polybium ſcripſiſſe, ex Suidæ aliorumque teſtimonio novimus, primos V tantum habere integros, ex reliquis autem XII. puta ex Libr. VI. usque ad XVII. excerpta, cætera autem omnia hujus egregii operis eſſe deperdita; Fidem hujus rei mihi fecerant editiones omnes impreſſæ, quotquot adhuc e tenebris in lucem emiſſæ ſunt. Hæ enim cunctæ communi quaſi ſuffragio Excerpta tantum usque ad Libr. XVII. exhibent, non plus ultra, neque etiam Vir doctisſimus Fulvius Urſinus in Selectis Polybianis, quæ A. C. 1582. Antwerpiæ typis Plantinianis in 4. excuſa ſunt, huic mutilo ſyntagmati aliquid attexuit, niſi quod paucula quædam fragmenta ex Stephano, Athenæo aliisque quaſi diſcerpta membra Hippolyti collecta eidem addidit: ſed quid Catalogus Bibl. Vindobon. de Excerptis Polybii? An & is ea tantum usque ad Libr. XVII. ſuperſtitare annuit? Immo potius abnuit. Docet enim, extare in Auguſtisſima Bibl. Cæſarea duos Codices MS. in quibus Eclogæ illæ Hiſt. Polyb. usque ad Librum XIX. contineantur. Et cum editiones Græcæ omnes his verbis finiantur: *οὐκ ὠκνήσαμεν διασαφεῖν τὰ παρακολουθήσαντα ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν ἀπρεπῆ;* hos Codices MS. in iis nequaquam ſubſiſtere, ſed facto ad ſequentia proceſſu adhuc Libri XVIII. & XIX. dare guſtum h. m. Πολυβίου

ἐκ

ἐκ τῆ ιη λόγε. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βίβλον, ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν, ἔτι λαβὼν τὸν ἁρμόζοντα καιρὸν σύγκρισιν ποιήσομαι τῆ καθοπλισμῆ ῥωμαίων καὶ Μακεδόνων. Ὁμοίως δὲ καὶ κ. τ. λ. item: Πολυβίε ἐκ τῆ ιθ λόγε· περὶ τῆ Σκιπίωνος τῆ Ἀφρικανῆ, ἡγεμονικῆς ἐμπειρίας. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τῆτον νεανίσκοι τινὲς τῶν ῥωμαίων ἐπιτυχόντες παρθένῳ κατὰ τὴν ἀκμὴν καὶ κατὰ τὸ κάλλος διαφερέσῃ τῶν ἄλλων γυναικῶν κ. τ. λ. ſcilicet; *tantum refert, MSſtorum quoque habere quandam notitiam.*

§. 12. Et quis ex venerando Theologorum ordine adhuc non fuit iſta hæreſi, Canones Concilii Conſtantinopolitani ſecundi quod A. C. 553. ſub Imperatore Juſtiniano primo ſ. M. Conſtantinopoli a CLXV. Patribus contra Origenem, Theodorum Epiſcopum Mopſueſtenum, Ibam Epiſcopum Edesſenum & Theodoretum Epiſcopum Cyrenſem celebratum eſt, eſſe deperditos & ab edaci tempore conſumtos? ſane in omnibus Actorum ejus Concilii editionibus deſiderantur adhuc, ne quidem ſumptuoſa illa Pariſina Labbæana excepta: *Severinus Binius* in notis ad hoc Concilium (Tom. V. Concil. columna 732.) eosdem fraude Origeniſtarum ſuppreſſos eſſe, cenſet: Et plerique omnes, qui

de

de hac Synodo aliquid memoriæ prodiderunt, de Canonibus ejus præter ista λείψανα, quæ in Nicephori Callisti l. 17. c. 28. p. m. 892. continentur, nil amplius putarunt esse reliquum; sed putarunt. Testis enim est hic Catalogus Lambecianus, extare in Bibl. Vindobonensi Canones illos omnes integros & incorruptos, qui in hoc Concilio adversus Origenem & sectatores ejus fabricati sunt. Exhibuit etiam illos omnes bona fide Lambecius ex Codice MS. & l. 8. Comment. p. 435. seq. inseruit. Et transtulisset quoque ex sermone Græco in Latinum, notisque quibusdam illustrasset, nisi moles Libri prædicti jam excrevisset nimium, & numerus Codicum MS. enumerandorum eundem ab hoc proposito detorsisset.

§. 13. Plura possem hujus commatis in scenam producere, atque iisdem ostendere, quantum conducat hic Catalogus ad *præjudicia πολυθρύλλητα ex Historia Litteraria eliminanda:* sed satis jam olei in hoc primo membro consumsimus, & Lectorem prolixiori ambage detinuimus fortassis quam decebat: Itaque ad secundum tractationis hujus articulum nunc procedimus demonstraturi, quod faciat etiam *ad judicia confirmanda & consolidanda.* Et sane si is judicio pollere dicitur, qui rerum naturas accurate discernere & suo quamvis loco ita potest dirigere & ordina-

re,

re,ut nullius Anomaliæ insimulari queat dispositio: lippientibus oculis præditus sit necesse est,qui non perspiciat,hunc Indicem ad judicium in re litteraria acuendum tam accommodatum esse quam qui maxime. Quantus enim in hac Bibliotheca Librorum est exercitus! quam eleganti ordine digestus! sane in turmis Alexandri M.vix concinniorem puto fuisse œconomiam, quam in Bibl. Vindob. voluminibus à Lambecio in ordinem redactis. Non ibi ratio habetur formæ externæ, sic enim ineptissimi quique Bibliothecam ordinare possent, sed materiæ internæ, sed idiomatis, sed temporis. Historici sacri non miscentur profanis,nec profani sacris. Græci non inferuntur Latinis, nec Latini Græcis. Et quo quisque Auctor est prior ratione temporis,eo etiam prior h.l. ratione ordinis. Enumeratio impertit notitiam;Dispositio notitiam distinctam. Multitudo ideas gignit; Ordo digerit. Moles dat esse; Moles digesta bene esse.

§. 14. Sane si quis hunc Catalogum sibi notum ac familiarem reddiderit, is non tantum de universa Historia Litteraria peregregiam quandam habebit sciagraphiam animo impressam; sed & in βιβλιογνωσία ita proficiet, ut & ad *supplenda* & emendanda aliorum de notitia Librorum opera futurus sit idoneus. Auctor est Vir illustris ***Baco de Verulamio***,

Lambio, ut Hist. Litt. apprehensurus per singulas eat annorum Centurias, aut etiam minora intervalla, ab ultima antiquitate facto principio, librosque præcipuos, qui eo temporis spatio conscripti sunt, in consilium adhibeat, ut ex eorum, non lectione, (id enim infinitum foret) sed degustatione & observatione argumenti, styli, methodi, genius istius temporis literarius veluti incantatione quadam a mortuis evocetur. Extat hic locus l. 2. de Augm. Scient. c. 2. p. m. 91. Et res ipsa docet, Lambecium hoc consilium Baconianum accuratissime in hoc Catalogo secutum, & quidem ideo secutum, uti deinceps adhibita prudentia Ἀρχιτεκτονικῇ hisce fundamentis inceptum Hist. Litt. ædificium eo melius atque concinnius superstruere, & sic, quam orsus erat, telam eo facilius & felicius ad exoptatum finem perducere posset.

§. 15. Sed gestis videre fortassis, an quæ, qualis & quanta ex hoc Catalogo ad aliorum Bibliographias fieri possit accessio? Et agedum accipe exemplum. Scilicet nota in vulgus jam est *Joh. Molleri* Rectoris Flensburgensis *Homonymoscopia*, qua veterum juxta ac recentiorum παρόραματα in confusione scriptorum Homonymorum commissa detegere annisus est. Et licet Parte 2. c. 5. §. 26. p. 530. referre ad Comment. Lambecii pro-

 vocet,

vocet, adeoque videri discupiat, se & vidisse eosdem & ea, quæ ad hunce suum rhombum faciunt, ex iis collegisse: tantum tamen abest, uti persuadere nobis istud potuerit, ut potius ex ingenti syllabo Auctorum ab aliis ob Homonymiam confusorum, quem ex iisdem excerpsimus, & quem a Mollero l. c. prætermissum esse deprehendimus, non vanam conjecturam fecerimus, eundem hoc pretiosum opus nunquam suis oculis usurpasse. Ecce enim hæc sunt Homonymoscopiæ Mollerianæ Paralipomena:

1.) *Achmetes* filius *Sereim*, professione Ὀνειροκρίτης & religione Christianus, qui Sec. IX. post C.N. floruit, a Nicol. Rigaltio in præfat. Oneirocritici Lutetiæ Paris. Anno 1603. in 4. impressi confunditur cum *Achmeto Syro filio Abrahami*, professione Medico, qui peregrinantium viatica Libris septem Græco sermone scripsit, de quibus consulendus Gesnerus in Bibliotheca p. 2. vid. Lambecius l. 7. Comment. Codice 143. p. 265. seq.

2.) *Aëtius Amidenus* Medicus celeberrimus & Comes Obsicius s. Obsequius in aula Constantinopolitana, qui anteambulonibus s. iis, qui Imperatorem ordinis tuendi causa anteibant, præerat, a nonnullis cum *Aëtio Antiocheno* Hæ-

re-

resiarcha perperam confunditur. Lambecius l. 6. p. 194.

3.) *Athenæus* mechanicus ingeniosissimus, qui Archimedi fuit synchronus scripsitque librum de machinis bellicis ad M. Marcellum Syracusarum ante C. N. 212. expugnatorem, confusus est ab Isaaco Casaubono in notis ad Trebellii Pollionis Gallienos duos cum *Athenæo alio*, cujus Trebellius meminit, utut inter istum & hunc, quippe qui sub Gallieno demum vixit, integri 479. anni intercesserint. Lambecius l. 7. Cod. 114. n. 1. p. 208.

4.) *Antonius Monachus* incertæ ætatis & Autor Melissæ s. Anthologiii SS. a Joh. Jacobo Frisio in Bibl. univers. lit. A cum *Antonio Ægyptio* multo antiquiori & A. C. 356 mortuo confusus est. Lambecius L. V. Cod. 207. p. 12. in margine.

5.) *SS. Anargyrorum* Asianorum *Cosmæ & Damiani* miracula, quæ extant l. 8. Cod. 19. n. 2. p. 263. in Simonis Wangnereckii & Reinoldi Dehnii S. I. part. 2. Syntagm. hist. de tribus SS. Anargyrorum Cosmæ & Damiani paribus & Cod. MS. Bibl. Vaticanæ & Allatianæ collecti & Gr. & Latine Vindobonæ 1660.

in 4. editi tribuntur *SS. Anargyris Cosmæ & Damiano ex Asia*, ut Lambecius l. c. testis est.

6.) *Babylæ* plures fuerunt Martyres, quorum acta perperam inter se a scriptoribus sunt confusa, vid. Lambecius l. 8. cod. 16. n. 5. p. 236.

7.) *Basilius quidam S. Gregorii* Nazianzeni Scholiastes cum *S. Basilio M. Cæsareæ Cappadociæ* Archiepiscopo in quibusdam Bibl. Cæsareæ MS. codicibus confunditur l. c. L. 3. Cod. 99. p. 205.

8.) *Demetrius Cydonius* vel *Cydoniates a Cydonia* insulæ Cretæ oppido sic dictus a Joh. Jacobo Frisio in Bibl. Universali, & qui ejus vestigia incaute secutus est, Antonio Possevino in App. sacro confusus est cum *Sidonio*, ut docet Lambecius l. 1 p. 145.

9.) *Clemens 3.* Pontifex Rom. cum *Clemente 4.* confusus est a Wolfg. Lazio l. 2. c. 4. rerum Wiennensium. Lambecius l. 2. c. 3. p. 58.

10.) *Cadmus Milesius* a Suida perperam confusus est cum *Cadmo Phœnicio.* Lambecius l. 5. Cod. 205. n. 3. p. 5. nec non in Prodromo Hist. Litt. l. 2. c. 2. p. 157.

11.) *Dio-*

1.) *Dioscorides Anazarbensis* secta Empiricus, confusus est a Svida cum *Dioscoride Alexandrino*, Hierophili sectatore & Medicinæ rationali addicto, qui a facie lentiginosa *Φακᾶς* s. Lenticularis cognominatus est, Lambec. l. 2. c. 7. p. 564.

2.) *Dorotheus quidam*, qui vulgo Episcopus Tyri appellatur, cum *S. Dorotheo* Presbytero, qui sub Imp. Diocletiano multa passus est & usque ad Imp. Juliani Apostatæ tempora superstes, sub eo annum agens 107. venerandam senectam martyrio honestavit. Et hic rursus cum *Dorotheo Imp. Diocletiani* familiarissimo eunucho & postea Presbytero Antiocheno a multis confunditur. Lambec. l. 3. cod. 34. n. 4. p. 94.

3.) *Ermoldus Nigellus* Poëta, qui scripsit Carmen Elegiacum de rebus gestis Imp. Ludovici Pii in IV. Libros divisum, cum *Helmoldo* confunditur a Joh. Jacobo Frisio in Bibliotheca Gesneriana. Lambecius l. 2. c. 5. p. 359.

4.) *Eustathius Sebastiæ in Armenia* minori Episcopus & Arianæ hæreseos strenuus defensor a Sozomeno l. 3. H. E. c. 13. confunditur cum *Eutacto Monacho Armeno*, quem S. Epiphanius l. 1. adv. hæreses refert vixisse temporibus Imp.

Imp. Constantii, & ex Palæstina, ubi a quodam Petro, professione Anachoreta, revera autem impostore fuerat educatus, in Minorem Armeniam reversum, multos illustres ac divites homines sub sanctitatis, vitæ solitariæ umbra, variis hæreticis opinionibus infecisse ac corrupisse. Lambecius l. 3. Cod. 65. n. 8. p. 125.

15.) *Fridericus II. Imp. doctissimus* a Gabriele Naudæo cum *Friderico III.* confusus est in tr. de insignioribus omnium seculorum Bibliothecis publicis & privatis c. 56. Lambec. l. 1. additam. 3. p. 116.

16.) *Frater Guido* Titul. S. Laurentii in Lucina Cardinalis Presbyter, qui an. 1265. & 1266. Saxoniam Inferiorem nec non Daniam & Sueciam ut legatus sedis Apostolicæ invisit & A. C. 1267. Concilium provinciale Vindobonæ celebravit, ab Alberto Crantzio Wandaliæ l. 7. c. 33. ut & a Joh. Isaaco Pontano Hist. Danicæ l. 7. & Joh. Meursio Hist. Dan. l. 2. perperam confunditur cum *Guidone Fulcodio* Cardinale Episcopo Sabinensi s. Sabino, qui ante Cardinalitiam dignitatem, ut auctor magni Chronici Belgici loquitur, miles fuit *uxorem* habens & *liberos*, *famosusque advocatus* & S. Ludovici Ro-

Regis Franciæ Consiliarius, defuncta autem uxore, primo Episcopus Podiensis, mox Narbonensis Archi-Episcopus, deinde Cardinalis Episcopus Sabinensis, ac denique post mortem Pontificis Urbani IV. summus Pontifex creatus & Clemens IV. appellatus est. Lambecius l. 2. c. 3. p. 61.

17.) *Gennadius* in magnæ bibliothecæ veterum Patrum Græco-Latinæ Parisiensis indice Auctorum alphabetico p. 64. cum *Gelasio* confunditur. Lambec. l. 5. Cod. 235. n. 1. p. 74.

18.) *Hero Mathematicus Alexandrinus* a Suida confusus est cum *Herone* Rhetore Atheniensi. Lamb. l. VII. addit. 8. p. 403.

19.) *Johannes Abbas* Rhaiti a Græculo quodam confusus est *cum Johanne Abbate montis Sina*, qui ob compositionem τῆς κλίμακος s. scalæ paradisi cognominatur Climacus. Lambec. l. 4. Cod. 181. n. 1. p. 192.

20.) *Johannes filius Mesua* s. Mosis, Damascenus, Medicus Arabs celeberrimus, qui circa A. C. 1158. claruit librumque de simplicibus medicamentis purgantibus scripsit, in Codicibus nonnullis MS. Bibl. Cæsareæ confunditur cum *S. Joh.*

Damasceno, qui circa A. C. 750. obiit. Lambec. l. 6. Cod. 29. n. 4. p. 131.

21.) *Johannes Philosophus* cognomine *Italus* ab ipso Lambecio L. 3. Comment. p 161. seq. cum *Joh. cognomine Philopono* ob similitudinem nominis & dogmatum hæreticorum & Pythagoræ potissimum ex Platonis Philosophia desumtorum confusus, postea autem l. 4. additam. 14 p. 322. ab eo rursus distinctus est.

22.) *Johannes Damascenus* confusus a quibusdam cum *Johanne Sinaita*, & huic tributa historia de SS. Barlaamo Eremita & Joasapho rege Indiæ, quæ ab illo conscripta est. Lambec. l. 8. Cod. 21. n. 10. p. 289.

23) *Marcianus Abbas* Monasterii S. Severini in Norico confusus a Joh. Heroldo in Epist. dedicat. Tom. 2. Excerptorum Eugippii ex S. Augustin. Opp. cum *S. Mariano* Martyre Africano, cujus in Antiquo Martyrologio Romano ad d. X. Julii fit mentio. Lambec. l. 2. c. 1. p. 29.

24.) *Nemesius Episcopus*, cujus librum de natura hominis habemus, a non nemine cum *Nemesio Ethnico* confusus est. Lambec. l. 4. Cod. 107. p. 10. p. 33.

25.) *Pam-*

25.) *Pamphilus Grammaticus* Alexandrinus Aristarchi discipulus a Svida confusus est cum *Pamphilo Philosopho Platonis discipulo* & Epicuri præceptore. Et sane perbella sunt παροράματα, quæ hic Lexicographus in voce πάμφιλος committit. Scilicet tres ibidem enumerat hujus nominis Auctores, Philosophum, Grammaticum & Poëtam, cum duo tantum fuerint, Philosophus & Grammaticus, & in scriptis eorum recensendis ea Philosopho attribuit, quæ a Grammatico confecta sunt. Adeoque primum duos diversos Pamphilos inepte *contrahit in unum*, & postea unum, qui & Grammaticus & Poëta fuerat, *ineptius adhuc distrahit in duos*. Lambec. l. 2 c. 7. p. 535.

26.) *Maximus Planudes* a Joh Jac. Frisio in Bibl. Gesneriana cum *Georgio Gemisto Plethone* confunditur, & Michaëlis Apostolii Byzantini Liber de Aristotelica substantia pro *hoc* adversus Theodorum Gazam scriptus, *pro isthoc* scriptus esse dicitur. Lambec. l. 7. cod. 69. n. 1. p. 113.

27.) *Nilus* S. Joh. Chrysostomi discipulus & ex urbis Constantinopolitanæ præfecto Monachus atque Abbas, qui circa

A. C. 440. obiit; a Philippo Labbeo in dissert. H. de S. E. Tom. 2. p. 125. & 126. & a Leone Allatio in Diatribe de Nilis eorumque scriptis p. 35. confusus est cum *Nilo Patriarcha* s. Archi-Episcopo Constantinopolitano, qui integris 938. annis est junior, & A. C. 1378. demum vixit. Hic enim, non vero iste est auctor orationis supplicis ad DEum contra barbarorum incursionem, & quam Joh. Sambucus e Græco sermone in Latinum transtulit & Patavii A. 1555. in lucem edidit, utut citati viri doctissimi sentiant contrarium. Lambec. l. 8. Cod. ult. n. 4. p. 527. seq.

28.) *S. Severinus Abbas & Apostolus Noricus*, qui A. 482. obiit, a Gottfrido Viterbiensi Parte XVI. Chron. p. 410. &, qui ejus vestigia incaute secutus est, Joh. Cuspiniano in Descriptione Austriæ, confusus est cum *S. Severo Episcopo* Ravennate, qui A. C. 347. Concilio Sardicensi interfuit. Lambec. l. 2. c. 1. pag. 9. 13. & 31.

29.) *Salomon I.* hujus nominis Episcopus Constantiensis, qui A. C. 831. mortuus est, a Claudio Roberto in Gallia Christiana

ſtiana confuſus eſt cum *Salomone III.* hujus appellationis, itidem Epiſcopo Conſtantienſi, qui A.C.889. obiit. Lambec. l. 2. c. 5. p. 430.

30) *Simeon Stylita* ſenior, qui A. C. 460. obiit, a Leone Allatio, Rob. Bellarmino, Philippo Labbeo aliisque confuſus eſt cum *Symeone Abbate* Meſopotamiæ, & Oratio de continua meditatione mortis illi tributa, quæ ab hoc tamen profecta eſt. Lambec. l. 5. Cod. 238. n. 3. p. 94.

31.) *Theodoretus* Epiſcopus Antiochenus ab Ant. Poſſevino in App. ſacro confuſus eſt cum *Theodoro*, ex magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diacono Patriarcha Antiocheno, dum Canones ſynodales Græcos in Bibl. Vindobon. MS extantes iſti adſcripſit, quos huic dare debuiſſet. Lamb. l. 1. p. 145.

32.) *S. Theodorus* Martyr, cognomine ὁ στρατηλάτης ſ. Dux Exercitus a Nicephoro Calliſto l. 10. c. 12. H. E. confuſus eſt cum *Theodoro Martyre*, alio cognomine Tyrone, ſiquidem quod l. c. huic poſteriori adſcribitur miraculum, ad priorem

rem potius est referendum. Lambecius l. 5. Cod. 151. n. 6. p. 126.

33.) *Urbanus V.* & *Urbanus VI.* Pontifices Romani a Wolffgango Lazio l. 2. rerum Wiennensium c. 5. confusi. Lambec. l. 2. c. 5. p. 83.

34.) *Xenocrates Chalcedonius* cum *Xenocrate Aphrodisiensi* ab ipso Lambecio l. 1. Comment. p. 150. confusus, postea l. 2. c. 7. p. 542. rursum distinctus est.

§. 16. Quæso te, Lector Benevole, an persvadere tibi potes, Mollerum nobis de sua messe tantum spicilegium relicturum, si Commentarios Lambecianos ipse suis oculis vidisset, prout l. c. videri discupit? Ego sane vix impetrare a me possum ut credam. Quin potius exinde certissimum hoc capio augurium; Eum eosdem nunquam aspectu suo sensisse, & si confessus esset id ipsum pectore ingenuo, facilius condonari debuissent hæc peccata omissionis a nobis jam adducta. Quis enim Musas ita habet propitias, ut omnium librorum indipisci possit copiam? & si indipisceretur quoque, quis ita abundat otio, ut eos omnes valeat perlegere? extra reatum est qui fatetur, se non esse omniscium. Sed dum Æsopicæ corniculæ

culæ more modove se pennis alienis vestit, librumque hunc pretiosum ab alio adductum ita adducit, tanquam ipse eundem inspexisset, utriusque sane ipsi est reddenda ratio, & quod omisit ea quæ jam diximus, & quod commisit ista quæ jam dicemus.

§. 17. Scilicet hæ sunt præcipuæ Molleri in Homonymoscopia maculæ, & ipse confundit interdum Auctores homonymos, dum putat eosdem distingvere, & præter rem & necessitatem distingvit nonnunquam, dum arbitratur, alios eosdem confundere. sic v. g. c. 5. parte 1. §. 32. p. 311 tres *Herones* Mathematicos a se distingvit, dicitque, *primum* fuisse Alexandrinum, *secundum* Mechanicum, & *tertium* Mathematicum, paganum atque a Marino Neapolitano in Vita Procli commendatum; at enim hoc ipso cunfundit Herones hosce, dum conatur distingvere. Siquidem qui a Marino Neapolitano in Vita Procli commendatur tanquam Vir pius & perfectam præparationem ac eruditionem habens, non *tertius* est in ordine, sed *secundus*, quem Mollerus ipse Christianum fuisse asserit, vixitque Sec. V. post C. N. sub Imp. Leone Thrace, non vero, ut iste Sec. VII. sub Imp. Heraclio, ut Vir πολυμαθέστατος Petrus Lambecius l. 7. p. 288. & 403. ad oculum demonstrabit, si eundem

l. c.

l. c. dignetur evolvere. Et qui ipsi *secundus* dicitur auctorque Libri de machinis bellicis, nostro Lambecio l. c. & Vossio de scientiis Mathematicis c. 48. §. 8. p. 290. est *primus* ille Alexandrinus, qui seculo ante C. N. secundo sub Ptolomæo Evergete II. inclaruit. Et sic quasi fato quodam accidisse videtur, ut, cum παροράματα ab aliis circa Heronum confusionem commissa allegare non posset Mollerus, ipse in una periodo lapsum duplicem Homonymicam committeret, adeoque de suo largiretur Lectoribus, quod de alieno nequiret.

§. 18. Non operosum foret plura hujus monetæ exempla congerere, in quibus culpa ipsa Doctorem redarguit; sed non vacat in præsenti hoc dolium ulterius provolvere, & tricis hisce apinisve diutius immorari; quin potius ad alterum Categorias caput accedimus demonstraturi, quod Mollerus propter invisos sibi Lambecianos Commentarios interdum nodos in scirpo quæsierit & Auctores inter se distinxerit, ubi frustra existimavit, eos ab aliis esse confusos. Sic parte 2. c. 5. §. 12. p. 429. non obscure innuit, se facere cum Jacobo Billio S. Michaëlis in eremo Abbate, & Andrea Riveto SS. Th. D. & P. P. in Academia Lugduno-Batava, atque habere pro certo, Joh. Lewenkla-

wenklajum f. Levenclavium confudiſſe inter ſeſe duos Cæſarios, antiquiorem alterum & S. Gregorii Nazianzeni fratrem, & recentiorem alterum, & *iſtum* Dialogorum credidiſſe Auctorem, *qui* ab hoc revera fuerint compoſiti; At vero quam procul a ſe rejecturus fuiſſet hanc ſententiam, ſi Lambecii l. IV. Cod. 107. n. 10. p. 31. vel primoribus tantum digitis contrectaviſſet. Hic enim ita obſtruxit os Jacobo Billio & ejus ὁμοψήφῳ Andreæ Riveto, & controverſos iſtos Dialogos Cæſario antiquiori ſic aſſeruit & vendicavit, ut merito explodi debeat Mollerus, quod cramben hanc exoletam denuo recoquere & aciem ſemel amiſſam tam levibus armis inſtructus redintegrare rurſus fuerit anniſus. Andabatarum hic mos eſt, non ſagittariorum. Et totus hicce paragraphus Mölleri tot tantisque ſcatet erroribus, ut, ſi ex hoc ungue de leone velimus ferre judicium, vix ſani quippiam nobis ex iſthoc opere poſſimus promittere. Ecce autem verba ejus ipſa, ut veritas eo clarius eniteſcat:

MOLLE-

MOLLERI TEXTUS.

Cæſario Gregorii Nazianzeni fratri *Medico* (1) & *Quæſtori* Sec. IV. *Imperiali* (2) *vulgo* (3) tribuuntur Dialogi IV. 195. (4) Qu. complexi & in Bibliothecis Patrum (5) obvii, ab ipſo Gregorio nomen fratris hac ratione æternitati conſecraturo, ſi Photium (6) Cod. 210. Labbeum T. 1. p. 217. & Olearium in Abaco p. 97. 98. audias, conſcripti. Diſſentit ab his Jac. Billius (7) in præfat. ad Nazianzeni Orat. 10. ſ. laudationem fratris funebrem, & Cæſarium eos longe recentiorem auctorem agnoſcere & allegatione S. Maximi (8) contra Nicephorum l. 12. c. 24. & (9) Joh. Levenclavium illorum interpretem (10) oſtendit. Calculum ſuum Billio adjicit Andr. Rivetus in Specim. Critici Sacri L. 3. c. 22. p. 345. ſed Levenclavio nominis ambiguitate decepto impotenter adeo ab illo haud fuiſſe inſultandum judicat. Monumentis ævi priſci ſpuriis etiam a Guillielmo Cavio iisdem dialogi accenſentur in Chartoph. p. 71. 72. (11)

REIM-

REIMMANNI SCHOLIA.

(1) *Cæsarium æque excelluisse in Theologia & reliquis scientiis ac in Medicina, prolixe probat contra Jac. Billium Lambecius l. c. p. 44. sequ. & hac ratione simul indirecte ferit Mollerum, qui eum cum Billio pro puro puto habet Medico.*

(2) *Non Imperialis Quæstor erat Cæsarius, sed Quæstor tantum rerum Imperatoris privatarum, ut docet Lambecius l. c. p. 38. sequ.*

(3) *non vulgo, sed ex testimonio duorum Codicum MS. & antiquissimorum Auctorum, ut Michaëlis Glycæ Photii &c. quos adducit Lambecius l. c. p. 34.*

(4) *in MSS. Bibl. Cæs. nullus est Quæstionum numerus, in Photio autem sunt 220.*

(5) *addi debuisset Parisiensibus & Lugdunensibus. In iis enim solis habentur hi Dialogi, in reliquis non item.*

(6) *Longe aliam mentem esse Photii & ejus verba a Labbeo juxta & Riveto male esse intellecta, ad oculum demonstrat Lambecius l. c. p. 37. sequ.*

(7) *scilicet non visus Mollero nisi per Riveti perspicillum. Quod si enim verba ipsa auctoris hujus perspexisset, vix temperare potuisset sibi quin allegaverit, adeo egregie faciunt ad suam Homonymoscopiam.*

(8) *Non ob hanc solummodo causam dissentit Billius, sed ob multas alias non minus prægnantes primæ fronte, nec a Photio dissentit proprie, sed a Joh. Lewenclavio l. c. p. 32.*

(9) *Duo hic occurrunt* παροράματα. *Primo enim locus Nicephori non extat c. 24. sed c. 44. l. 12. Et deinde ibidem ne γρὺ quidem habetur de eo, quod Cæsarius fuerit Dialogorum controversorum Auctor. Hoc enim tantum dicit l. c. Gregorium S. Gregorii Nazianzeni fratrem A. C. 388. in Imp. Theodosii M. aula obtinuisse dignitatem Magistri officiorum & Antiochiam ab ipso missum ad exequendam vindictam ob dejectam Imperatricis Placillæ statuam. Adeoque confundit hunc Cæsarium cum alio ejusdem nominis, qui A. C. 365. præfectus urbis Constantinopolitanæ creatus est, ut recte observat Lambecius l. c. n. c. p. 48. & observare debuisset Mollerus, si exemplum Cæsariorum confusorum voluisset adducere.*

(10) *Scilicet primum.*

(11) *Quod monumentis spuriis accensendi sint hi Dialogi, de eo in Charthophylace Cavei l. c. nec γρὺ nec μὺ reperitur; in Historia autem litteraria S. E. p. 158. argumenta Billii recoquit quidem, quibus auctori suo eosdem abjudicare annititur, sed ad instantias Lambecianas dum plane nihil respondet, suspicionem non levidensem nobis facit, eas ipsi fuisse incognitas, utut alias non infrequentem Lambeciani operis in hac sua Historia Litt. faciat mentionem.*

§. 19. Possemus nunc relinquere hoc stadium & in alienam arenam descendere, posteaquam hoc nostrum primum pensum tam feliciter absolvimus & utilitatem operis Lambeciani in Bibliographiis aliorum supplendis & emendandis tam clare & distincte demonstravimus; sed juvat hanc ejus excellentiam adhuc alio experimento explorasse, & sic eum, qui restat in animo lectoris, scrupulum ex eo prorsus ejecisse. Scilicet notissima sunt *Theophili Spitzelii Sacra Bibliothecarum illustrium arcana detecta*, in quibus MS. Theologicorum in præcipuis Europæ Bibliothecis extantium designationem exhibet, atque sic etiam p. 49. sequ. eum Catalogum MS. Theol. Bibliothecæ Vindobonensis nobis impertit, quem *Antonius Possevinus* Tom. 3. App. Sacr. adjecerat. Factum hoc est Anno 1668. cum Liber primus Comment. Lambecianorum jam tres integros annos in tabernis librariis venalis expositus fuisset. Nec dissimulat hoc ipsum l. c. Spitzelius, siquidem & p. 49. disertam mentionem ejus injicit, & in dissert. præliminari §. 13. non pauca ex eodem excerpit, & tamen, quod mirere, omnes illos enormes Solœcismos a Possevino in hoc indice litterario commissos & a Lambecio l. 1. Comment. a p. 117. usque ad p. 147. emendatos contumacissime retinet & ex iis omnibus ne unum quidem expungit.

Sane

Sane si hoc non est reperto pane vesci glandibus, & luce præsente se sua sponte tenebris involvere, nescio quid demum sit. Potuisset omnino Vir Clarissimus in differt. præliminari, dum alia delibavit ex Lambecio & attigit, ea enotare cumprimis, quæ ad suum spectassent circulum & ad emendationem ejus Catalogi pertinuissent, cujus copiam Lectori dari annitebatur: Hoc enim requirit æquitas, ut, qui Libr. Reip. literariæ exhibent, eos exhibeant quam fieri potest emendatissimos: sed parum curæ cordique hoc fuisse Spitzelio res ipsa docet, & nos oportune simul admonet, posse vna fidelia duos a nobis dealbari parietes & unico additamento Lambecii L. I. Comment. adjecto eas maculas elui, quæ in Spitzelii juxta & Possevini Catalogo MS. Theol. Bibliothecæ Vindobonensis insederunt adhuc & inveterarunt, quorum nonnulli tam sunt inepti atque ridiculi, ut temperato admodum splene oporteat esse, qui iis perlectis in risus atque cachinnos non resolvatur.

§. 20. Non tamen sola est *utilitas* hujus operis, quæ nobis ansam dedit istud in compendium mittendi, & typographiæ beneficio rursus in aspectum lucemque publicam proferendi; Licet illa sola fortasfis ad hunc conatum nostrum excusandum sufficiat: Accessit & *raritas*, & cum utilitate amicas manus jun-

 gens,

gens, idem inſpirare mihi & ad eosdem corymbos nectendos me impellere annisa eſt. Nec argumenta erant deſultoria, quæ meas aures perſonabant: Henricum *Chriſtianum Henninium* in Obſervationibus ad *Jacobi Tollii* Epiſt. 4. Itiner. p. 134. Bibliothecam hancce Lambecii vocare *pretioſam* & fateri inſimul, eam ſibi ad manum non fuiſſe. Dan. Georgium Morhoffium in ſuo Polyhiſtore integras paginas ex ea notaſſe & ejus rei hanc attuliſſe rationem : *Librum iſtum in paucorum eſſe manibus*. L. I. c. 1. § 8. p. 12. Tabernas librarias jampridem eundem ignoraſſe, & ſi quando in Bibliotheca quadam venalis extiterit, ad *centum usque thaleros* ejus pretium licitatione fuiſſe adauctum. Plerosque, qui in Bibliographiis ſuis quandam de eo imaginem & ideam & ſciagraphiam dare conati ſint, tam turpiter eſſe lapſos, ut ex primis ſtatim lineis appareat, eos nubem pro Junone amplexos & rarisſima hæc volumina non magis ſpectaſſe, quam Tireſias olim Venerem, vel Hypſea Vulcanum. Auctorem Bibliothecæ noviter adapertæ (der Neueröffneten Bibliotheque) l. 8. c. 10. p. 265. cum Martino Lipenio in Bibliotheca reali philoſophica p. 200. ea deſcribere ut ἑπτὰ βιβλα tantum, cum tamen ἀυτοψία teſtetur, ea eſſe ὀκτώβιβλα. *Petrum Labbeum* in Biblioth. Bibliothecarum cum in an-

nis

nis impresſionis recenſendis, tum etiam in argumento cuique Libro asſignando hinc inde hallucinatum. Et Virum ſolertisſimum *Burchardum Gotthelvum Struvium* in Introduct. in Notit. rei litterariæ c. 4. §. 1. p. 128. in iis de ingendis toties offendiſſe, ut fere nulla linea ſit expers maculæ: *Quartum librum ſecundum ejus calculum* A. C. 1672. *ſextum* A. 1673. *ſeptimum* & *octavum* A. 1674. eſſe editum, cum tamen Quartus A. 1671. Sextus A. 1674. ſeptimus A. 1675. & octavus A. 1679. demum prodierit. His *octo libris nondum dimidiam partem Bibliothecæ abſolutam*; cum iisdem Bibliothecæ vix pars centeſima, Bibliothecæ autem MSctorum vix decima pars ſit exhauſta. *Contineri iis multa ſupervacua ad Hiſtoriam Auſtriacam ſpectantia*, cum nihil tale in Tomis hiſce omnibus occurat, præterquam in primo & ſecundo &c.

§. 21. Hæc, inquam, & alia ſexcenta hujus indolis, quæ ordine prolixo enarrare nihil attinet, mihi faces ſubdidere ad vaſtam hujus ſyſtematis imaginem quaſi in brevi tabella amplectendam: Et quoniam vix illum adhuc videre licuit ex univerſo eruditorum Senatu, qui accuratam & adæquatam & talem de hoc Archetypo pronunciaverit ſententiam, qualem & natura ejus & ratio requirit; cum partim ejus *raritas*, partim etiam *vaſtitas* impedimen-

to ipsis fuerit ad jus decernendum, quod, nisi tota causa perspecta omnibusque actis pervolutis, decerni a prætore non potest. Agedum hoc sumam mihi, &, quid laudem in eo culpamve habere existimem, sine ira & studio pronunciabo, utpote quorum causas procul habeo. Ab ovo autem faciendum est auspicium, adeoque hoc quasi prælndium quoddam præmittendum: Petrum Lambecium, quum primum Aug. Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensi admotus est, id sibi credidisse datum negotii, vt de Libris impressis juxta atque MSctis tres indices conficeret. *Primum* quidem secundum numerorum seriem, quibus libri in dorso notati essent; *secundum* vero juxta materiæ diversitatem, puta Theologicæ, Juridicæ, Medicæ, Historicæ, Philosophicæ & Philologicæ; & *tertium* secundum nomina Auctorum in formam Alphabeti redacta. Et licet tam perspicaci animo non sim, ut divinare queam, quare deinceps hunc ordinem immutaverit & transposuerit; nisi hoc eam ob causam factum esse existimare velis, quod, dum cepit consilium Libros omnes secundum materiarum seriem disponere & sic magnos parvis, parvisque magnos permiscere, labor Catalogum primum conficiendi cum secundo coaluit; hoc tamen exploratum habeo, eum à secundo fecisse primordium & isti Catalogo concin-

cinnando, qui Libros ſecundum materiæ diverſitatem complecteretur, injeciſſe prius manus quam illi, qui eosdem ſecundum numerorum vel nominum Auctorum ſeriem contineret. Et de hoc quidem hanc ſibi formaverat Sciagraphiam; ſcilicet totum opus digeſſerat in XXV. Libros, & unicuique Libro ſuum peculiare asſignaverat argumentum, horis ſucciſivis elaborandum & digerendum. Adeoque ſic tacitus ſecum ratiocinabatur:

1) *Liber* erit *Hiſtoricus* & Auguſtiſſ. Bibl. Cæſareæ fata a primis incunabulis ad hæc usque tempora comprehendet.
2) *Liber Miſcellaneus* in onomatologia Bibliothecæ Vindobonenſis enucleanda & variis libris miſcellis enarrandis verſabitur.
3) *Liber centuriam primam* MSctorum Græcorum *Theologicorum* continebit.
4) *Liber Centuriam ſecundam* MSctorum Græcorum *Theologicorum* enarrabit.
5) *Liber Centuriam tertiam* MSctorum Græcorum *Theologiciorum* eosque qui ſuperſunt Lectori ſiſtet.
6) *Liber Codices MSctos Græcos Juridicos & Medicos* recenſebit.
7) *Liber Codices MSctos Philoſophicos* Græcos capiet.
8) *Liber Cod. MSctos* Græcorum *Hiſtori-*

corum, Ecclesiasticorum & profanorum exhibebit.

9) *Liber Cod. MS.* Græcos *Philologicos* complectetur.

10) *Liber Codices MS. Latinos Theologicos* enumerabit, quibus etiam secundum similitudinem materiarum adjungentur Italici, Hispanici, Gallici & Germanici.

11) *Liber Cod MS.* Latinos Juridicos habebit, quibus etiam secundum similitudinem materiarum adjungentur Italici, Hispanici, Gallici & Germanici.

12) *Liber Cod. MS.* Latinos *Medicos* commemorabit, quibus etiam secundum similitudinem materiarum adjungentur Italici, Hispanici, Gallici & Germanici.

13) *Liber in duas partes divisus* continebit *Cod. MS. Latinos Historicos*, nempe partim *Ecclesiasticos*, quo inprimis Vitæ Sanctorum & Acta Conciliorum pertinent, partim autem *profanos*, quibus etiam secundum materiarum similitudinem adjungentur Italici, Hispanici, Gallici & Germanici.

14) *Liber Cod. MS.* Latinos *Philologicos* recitabit, quibus etiam sec. similitudinem materiarum adjungentur Italici, Hisp. Gall. & Germanici.

15) *Liber Cod. MS. Orientales* proferet, nempe

nempe Hebraicos, Syriacos, Arabicos, Turcicos, Persicos, Sinenses, & ejus generis alios, respectu Theologiæ, Jurisprudentiæ, Medicinæ, Philosophiæ proprie dictæ, Historiæ & Philologiæ in sex primarias classes divisos.

16) *Liber continebit Catalogum* ter mille numismatum, ut & aliarum nonnullarum antiquitatum & raritatum ornatui Augustisf. Bibl. Cæf. inservientium.

17) *Liber complectetur decem Centurias* selectarum Epistolarum, partim proxime superiori, partim autem hoc nostro seculo, vel a Bibliothecariis Cæsareis, vel ad Biblioth. Cæsareos scriptarum, quibus multa, quorum in præced. Libris facta est mentio, valde potuerunt illustrari.

18) *Liber* comprehendet Catalogum Libr. *impressorum* - - *Theologicorum.*
19) *Liber* - - *Juridicorum.*
20) *Liber* - - - *Medicorum.*
21) *Liber* - - *Philosophicorum.*
22) *Liber* - - *Historicorum.*
23) *Liber* - - *Philologicorum.*

25) *Liber* continebit *syntagma universæ hist. Litt.* divisum in XL. secula ante Christum & in XVII. sec. post C. N. ac primum quidem Hamburgi A. 1659.

ſub titulo Prodromi hiſt. lit. in f. editum, nunc autem beneficio Aug. Bibl. Cæſ. accuratius elaboratum, innumeris fere locis auctum, & præcedentibus XXIV. Commentariorum libris loco indicis Chronologici Univerſalis ſubjunctum.

§. 22. Noli putare, atque ſi hæc conſilia Lambecii literaria conjectando tantum & hariolando aſſecutus ſim, aut quaſi idem acciderit mihi quod Saturno olim, qui id ſomniare ſolebat, quod Jupiter in animo cogitarat. Davus ſum non Oedipus, nec ita augurii peritus, *abdita ſcire ut queam palam* ; Extant hæc omnia L. V. Comment. de Bibl. Vindob. p. 299. & 300. & quæ non extant ibi tanquam affecta, ea iſthoc tempore jam erant effecta, ut Liber. 1. 2. 3. 4. & 5. Et ſi miraris, hominem jam *quadragenario* majorem & ſubinde cum valetudine bella gerentem tot & tantos labores recepiſſe, quibus exantlandis vix unus ſuffeciſſet Hercules, etiamſi Neſtoris & Tithoni & Heſiodi ſenectam attigiſſet ; quantopere obſtupeſces, quæſo, ſi audieris, hanc enarratam operum affectorum Iliada vix eſſe partem tertiam eorum, quos orbi erudito promiſit. Novi non curtum eorum haberi numerum in Catalogo Librorum cum editorum tum edendorum Lambecii, quem Vir ἑλληνικώτατος Joh. Albertus Fabricius Originibus ſuis Hambur-

burgensibus ante quinquennium recusis præmisit; sed & hoc novi, eam messem non ita exhaustam esse & depastam, ut nobis plane nullum exinde relictum sit spicilegium. Ecce enim eorum scriptorum tantummodo Indicem, quæ in Comment. de Bibl. Vindob. se editurum spospondit, & quorum Vir diligentissimus Theodorus Jansonius ab Almenloven in Bibliotheca promissa plane nulla, Joh. Alb. Fabricius autem in Auctario Catalogi Lambec. tantum enarravit aliqua: scilicet spectat ad hunc rhombum

1) *Historia Generalis totius Germaniæ & specialis Aug. domus Austriacæ*, quam utramque nondum satis esse pertractatam scribit l. 1. sect. 25. p. 23.

2) *Annales Austriaci*, uti l. 1. sect. 50. p. 49. appellantur, vel *syntagma Antiquitatum Austriacarum*, quod nomen l. 2. c. 4. p. 75. habent, & quorum tractationi præliminari se Genealogiam, essentiali autem Historiam Austriacam in genere, & Rationarium Austriæ & Styriæ Helwici Turingi, & Chronicon Austriacum Florianense in specie inserturum scribit l. 2. c. 4. p. 75. & l. c. c. 8. p. 919. Et quia in Catalogo scriptorum ab ipso editorum & edendorum Num. 18. deprehendo, eundem eadem scripta Syntag-

mati

mati rerum Germanicarum quoque destinasse; in eam pedibus concedo sententiam, Lambecium, ut erat ingenio vario & mutabili, deinceps mutasse sententiam, &, quam volebat antea divisim edere Historiam Germaniæ & Austriæ, postea in unum idemque corpus utramque compegisse.

3) *Catalogus Autorum & Monumentorum veterum*, quæ ex variis Codicibus MSctis Bibliothecæ Cæs. *primum in lucem prodierunt*. l. 1. Sect. 56. p. 61.

4) *Auctarium Libri I.* Comment. de Bibl. Vindobon. in quo se acturum scribit tam generatim de universa illa omnium facultatum, scientiarum & artium Libris instructissima *Bibliotheca Fuggeriana*, quæ nunc Cæsareæ pars est, quam speciatim *de MSctis ejus Codicibus, & inprimis quidem de Historicis, Politicis, Mathematicis ac Chymicis*, quorum maximus est numerus. Imo & tunc se etiam commemoraturum promittit, quantum Aug. Bibliotheca Cæsarea aucta fuerit beneficio præclaræ Bibliothecæ nobilissimi Astronomi *Tychonis Brahe*, cujus ut & *Wilhelmi Schickardi*, *Mæstlini*, *Kepleri*, *Petri Gassendi* aliorumque clarissimorum Mathematicorum variæ observationes, Epistolæ atque alia eximia monumenta hactenus inedita, & maximam partem pro-

pria

pria manu ſcripta, ibidem adſerventur. l. 1. Sect. 59. p. 69. cui adde l. 2. c. 9. p. 995.

5) *Catalogus triplex Bibl. Vindobonenſis*, ſcilicet

α) *ſecundum continuam numerorum ſeriem*, quibus omnes libri, quo facilius inveniantur, in tergo notati ſunt.

β) *juxta varietatem materiarum* claſſis ſextuplicis, Theologicæ videlicet, Juridicæ, Medicæ, Hiſtoricæ, Philoſophicæ & Philologicæ ordine Alphabetico.

γ) *ſecundum nomina Auctorum* in Alphabeti formam redacta & quidem dupliciter, nimirum tam *particulatim* ſecundum jam memoratas ſex primarias claſſes materiarum, quam *generatim* & ſine ullo reſpectu ac diſtinctione promiſcue l. 1. Sect. 62. p. 72.

6) *Supplementum Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ.* l. 1. p. 132. Additam. 3. cui ſe inſerturum ſcribit

1) *Bibliothecam Conſtantinopolitanam* Gr. & Latine ex Codice MS. 49. & quidem multo emaculatiorem, quam ab Antonio Verdierio eſt edita. l. 1. Additam. 3. p. 147. & 151.

2) *Chronologiam Epiſcoporum & Patriar-*

triarcharum Byzantinorum & Constantinopolitanorum, quæ l. 3. Cod. 34. n. 6. p. 55. continetur.

3) *Antonii Monachi Studitæ, cognomine* τριψύχε, *Orationem habitam ob Liberationem Urbis Constantinopolitanæ* hactenus ineditam & l. 3. Cod. 65. Num. 10. p. 125. memoratam.

4) *Germani Patriarchæ* Constantinopolitani Mandatum seu Commonitorium synodale l. 5. Cod. 241. n. 4. p. 107. prolixius enarratum.

5) *Demetrii Cydonii epistolas* l. 5. Cod. 261. N. 4. p. 184. adductas.

6. *Nicephori Gregoræ* orationem Encomiasticam in Imp. Constantinum M. l. 8. Cod. 10. n. 4. p. 64. delibatam.

7) *Themistii Orationem* Eucharisticam ad Imp. Theodosium M. ob pacem A. 382. cum Gothis factam, hactenus ineditam & l. 5. Cod. 208. n. 3. p. 14. commemoratam.

8) *Theodori Imp. Constantini* Porphyrogeniti Pædagogi Orationes V. l. 4. Cod. 12. n. 2. p. 11. seq. adductas.

9) *Omnia ea*, quæ l. 7. in Codice 88. extare dicta sunt, ut Manuelis Palæologi Capita parænetica &c. Minatur etiam l. 4. Cod. 116. p. 73. se emendationes

Franci-

Francisci Combefisii Monachi Dominicani Parisiensis multis in locis emendaturum.

7) *Supplementum* Historiæ Conciliorum l. 1. additam. 127. in quo cum aliis se exhibiturum pollicetur.

1) *duplex miraculum* Berytiense & Constantinop. de quo l. 1. Additam. 3. p. 132. jam actum est.

2) *Theodori* ex Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diacono Patriarchæ Antiocheni expositionem Sacrorum Canonum Synodalium, de quibus l. 1. Addit. 3. p. 145. jam dictum.

8) *Supplementum Bibliothecæ S S. Patrum* l. 1. Addit. 3. p. 133. in quo se traditurum dixit

1) *Joh. Philoponi Libros VII.* Commentariorum in Historiam Hexaëmeri cum necessariis quibusdam notis & animadversionibus l. 1. Additam. 3. p. 139.

2) *Eusebii Cæsareensis Propheticarum Eclogarum de Christo* Libros IV. hactenus ineditos l. 1. p. 142.

3) *Marci Diadochi* Orationem *contra Arianos* hactenus ineditam & l. 3. Cod. 57. n. 36. p. 83. seq. enarratam.

4) *Di-*

4) *Didymi Alexandrini Librum contra Manichæos* l. 4. Cod. 105. p. 24.

5) *Timothei librum* de differentia hæreticorum ad orthodoxam Ecclesiam revertentium l. 5. Cod. 247. n. 17. p. 123.

9) *Supplementum historiarum de vitis & miraculis Sanctorum* l. 1. Addit. 3. p. 137. in quo de narratione Palladii Episcopi ad Præpositum Lausum de diversis S S. Patribus se prolixius acturum & variarum lectionum ex Codice Cæsareo MS. depromtarum Synopsin quam fidelissime exhibiturum promisit l. c. p. 144.

10) *Supplementum Philosophiæ Platonicæ* l. 1. Additam. 3. p. 148.

11) *Liber peculiaris, in quo ex professo se acturum pollicetur de præstantioribus nonnullis Cod. MSctis ad vitam & res gestas Caroli M. pertinentibus*. l. 2. c. 5. p. 261. 298. 322. 323. 465. &c.

12) *Nova vita Imp. Caroli M.* ab Eginhardo conscriptæ editio ex quinque Codicibus membranaceis, quorum unus 30. circiter vel 40. tantum annis post mortem Caroli conscriptus est. Item notæ in hanc editionem, in quibus inter alia de vera antiqua pronunciatione & genuina Etymologia ac interpretatione *nominum Germanicorum*,

quæ

quæ ipſe Carolus M. menſibus & ventis ſecundum patriam linguam impoſuit, agetur. l. 2. c. 5. p. 264. in notis.

13) *Correctio verſuum S. Damaſi & S. Hieronymi*, quos l. 2. c. 5. p. 286. multis mendis ſcatentes primus ex MS. attulit.

14) *Annotationes in Anonymi titulum de origine Prophetiæ David*. l. 2. c. 5. p. 278. in margine.

15) *Rabani Mauri* Archi-Epiſcopi Moguntini *Gloſſarium Latino-Theotiſcum in tota Biblia Sacra V. & N. T. nunquam editum cum neceſſariis quibusdam Annotationibus*. l. 2. c. 5. p. 416. & l. 2. c 8. p. 951.

16) *Diſſertatio peculiaris de numis quibusdam Ciceronianis rariſſimis* & in Bibl. Vindob. extantibus. l. 2. c. 8. p. 740.

17) *Hiſtoria Anonymi nunquam edita de origine & rebus geſtis Francorum*, plebejo & ruſticano ſermone Latino compoſita & a creatione Mundi perducta usque ad Caroli Martelli avi Imp. Caroli M. mortem, quæ in A. C. 741. incidit. l. 2. c. 8. p. 929.

18) *Genealogia S. Arnulphi Epiſcopi Metenſis* ab incerto Auctore conſcripta & diverſa ab ea, quam Petrus Pithæus edidit. l. 2. c. 8. p. 931.

19) *Dissertatio peculiaris de Aug. Bibl. Cæsareæ Cod. MSctis Græcis & Latinis*, quorum beneficio & ope *Historia Byzantina* f. Constantinop. illustrari potest & locupletari. l. 2. c. 8. p. 851.

20) *Dissertatio peculiaris de plus quam 200. Augustissimæ Biblioth. Cæs. antiquis & bonæ notæ Cod. MSctis partim Græcis, partim Latinis*, quorum ope & beneficio *Historia Conciliorum* tam generalium quam provincialium non mediocriter potest locupletari. l. 2. c. 8. p. 933.

21) *Dissertatio peculiaris de XII. Cod. MSctis Hist. Rom. Titi Livii*, *qui una cum XXXII ejusdem Historiæ primariis editionibus impressis* in August. Bibl. Cæs. adservantur. l. 2. c. 8. p. 944 & Addit. I. p. 997.

22) *Dissertatio peculiaris de S. Gregorii M. Libro Sacramentorum* & Benedictionali MS. ejusdemque ab impressis edit. insigni discrepantia. L. 2. additam. 4. p. 1003.

23) *Versio & illustratio Testamenti SS. quadraginta Martyrum Sebastenorum.* l. 4. Cod. 144. n. 25. p. 100.

24) *Judicium de celeberrima illa & multorum doctorum Virorum* contrariis opinionibus jamdudum agitata & dive-

xata

xata *donatione* Imp. Constant. M. l. 5. Cod. 284. n. 1. p. 237.

25.) *Editio secunda Excerptorum Georgii Codini* & alterius cujusdam Anonymi de antiquitatibus Constantinopolitanis, emendatior & auctior. l. 8. Cod. 50. n. 2. p. 463. Et l. 3. Cod. 65. p. 120. & alibi passim.

§. 23. Hæc sunt illa opera, quæ in Comment. Bibl. Vindob. *Petrus Lambecius* promisit. Et si ea iisdem addideris, quæ in calce Prodromi Hist. Litt. & Libri secundi rerum Hamburgensium Edit. primæ est pollicitus, quæque Vir Cl. Joh. Alb. Fabricius Catalogo Librorum Lambeciano p. m. 27. seq. adjecit; videbis omnino, nos sine Hyperbolę locutos, dum diximus, illa supra enarrata XXV. Volumina vix exhaurire partem tertiam eorum, quæ orbi erudito se daturum recepit. Ac licet tam emunctæ naris non sim, ut subodorari queam, an fiducia ingenii studiique permotus, an vero famæ captandæ illecebris delinitus & inescatus tam liberalis in promittendo fuerit; hoc tamen intelligo, eum a Dan. Georgio Morhoffio in Polyh. l. 1. c. 2. p. 11. & Dan. Nesselio in Præfat. Catal. Bibl. Cæs. hoc nomine non sine causa esse reprehensum. Vita brevis est, & series librorum longa. Æs magnum, tempus, quo id dispungere conatus est,

 par-

parvum. Et tantum abest, ut ea omnia ad denarium sive quadrantem persolverit, quæ sua sponte se soluturum dixit, ut ne prima quidem exsculpserit nomina, atque de XXV. Libris Commentariorum, quos de Bibl. Vindob. elucubrare cum L. V. eorum p. *299*. tum in Catalogo suorum librorum p. m. 18. constituerat, non nisi *octo priores* ad umbilicum perduxerit.

§. 24. Atque hi sunt illi ipsi, quos paulo propius inspicere, & quorum *Stylum*, *Methodum & argumentum* ad regulas subliminores Critices exigere decrevimus. Et ut inde hujus inquisitionis faciamus initium, unde faciendum istud omnino est, nisi velimus in ipso statim limine deficere, hoc de *stylo* ejus dicimus, eum *apertum* esse & *simplicem* & *extemporalem* & *illaboratum* & *omni nitore sic destitutum*, ut fere nullus in eo occurrat paragraphus, qui ungues præmorsos sapiat, aut Aristophanis & Cleantis lucernam oleat. *Verba* illius quotidiana sunt & obvia & ad humile genus dicendi referenda; *Sententiæ* vel nullæ vel adeo exiles, ut de trivio potius quam de tripode sumta esse videantur; Et *compositio* tota tam procul abest a calamistris, ut nil nisi vulgare & protritum & plebejum referat. Ac licet hoc omne non dedeceat fortassis *Historicum*, qui rebus intentior quam

quam verbis esse debet, nec etiam disconveniat *Historiæ* juxta nonnullos, utpote quæ putatur ipsis ornatissima, si omnis ornatus ceu vestis ipsi fuerit detracta; vehementer tamen animi pendeo, an isti permissum sit, qui *Historiam cum Critica* amico fœdere conjungens non enarrat tantummodo, quid observatu dignum sit, sed & de iis, quæ enarrat, subinde judicium suum interponit. Via media ubique est tutissima. Genus dicendi mediocre est optimum. *Sallustius*, *Suetonius*, *Nepos* & alii, quos nobis imitandos proposuimus, non omnis elegantiæ sunt expertes. Et omnes ii, qui meliori de luto conficta habent præcordia, in eo consentiunt, Historiam quocunque modo scriptam *delectare*, sed eleganter & terse & emaculate scriptam *delectare magis*. Et tantum decedere de ejus venustate in legendo, quantum leporis in scribendo ipsi detractum est.

§. 25. Absit, hoc omne Auctori velim imputare, quicquid hinc inde in orationis serie peccatum est. Typographorum procul dubio nonnulla sunt vitia; Et quando v. g. l. 1. p. 177. *Methodus* medendi Elzaharavi ex Arabica lingua in Hebræam dicitur *traductus*, contra leges Grammaticas, hoc potius amanuensium & Typothetarum, quam ipsius Lambecii accidisse culpa crediderim, utut in errato-

rum Catalogo de eo nihil monuerit: At vero quod *verba* interdum *minus Latina* sese offerunt, quod *phrases non satis ad normam antiquorum exactæ*, quod *connexio biulca*, sicca & subinde κοκκύζοντα, id quidem alteri tribui non potest, quam isti, qui universo huic operi primam, mediam & ultimam manum imposuit. Nec etiam exemplo Cæsaris se hic poterit defendere, quo se tuebitur fortassis, dum styli humilitatem ipsi objicimus: Siquidem & is teste Gellio l. 1. Noct. Attic. c. 10. p.m.24. *tanquam scopulum sic fugiendum inauditum atque insolens verbum.*

§. 26. Sed quid de *Methodo* existimem, nunc scire desideras. Et ecce meam mentem! Ego sic rationem duco, eam ita comparatam esse in libris posterioribus, ut non sine ratione in dedic. Libri 3. gloriari potuerit Lambecius, se, si fati iniquitas suam telam fortassis interrupturа sit & manum de hac tabula detorsura; relicturum tamen iis, qui in hoc munere sibi successuri sint, sufficiens exemplum & debitæ diligentiæ & facilis ac perspicuæ œconomiæ: Etenim & materiæ rationem habuit in digerendis Libris, & idiomatis, quo quisque Auctor usus, & temporis, quo vixit, adeoque altero oculo contemplatus *scriptum*, altero *scriptorem*, utrumque sua dispositione assecutus est,

&

& quod intelligimus actutum, *quæ* scientia præ aliis ab eruditis exculta sit, & a *quibus* & *quando?* Quæ sicut prima elementa sunt Historiæ Litterariæ: ita tantum abest, ut hunc ordinem reprehendendum existimemus, ut potius summis laudibus arbitremur extollendum. Sane Vir πολυμαθέστατος *Dan. Georg. Morhoffius* l. 1. Polyh. c. 2. p. 12. Oeconomiam Librorum Philosophicorum & Historicorum Lambecianam non perfunctorie laudavit. *Martinus Fogelius* Gymnasii Hamb. Professor rerum naturalium Bibliothecam eadem ratione ordinavit, qua Lambecius Vindobonensem, scilicet non habita ratione quantitatis, sed argumenti tantummodo & idiomatis & temporis. Et qui ob invenustum conspectum evitandum tantummodo hanc dispositionem Librorum fastidiunt, putantes, æque monstrosum esse libro grandiori pusillum dare comitem, atque

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere si velit & varias inducere plumas
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne.

Næ illi intelligendo faciunt, ut nihil intelligant, & hoc ipso demonstrant, se nescire, in quo Bibliothecæ formositas consistat, cui bono hæc sua bona possideant, & cui Librorum Dispositioni hi versus Horatiani adaptari debeant.

§. 27. Optimum procul dubio est diagramma, quo Petr. Lamb. l. 1. Sect. 62. p. 72. dispositionem Bibliothecæ Vindob. adumbravit, & quod deinceps l. 3. additam. 6. p. 292. accuratioribus lineis & coloribus distinxit; non quidem eo fine ac consilio, atque si aliis ideam voluerit præscribere, ad quam in ordinandis Biblioth. se religiose deberent componere, & a qua vel latum unguem declinare foret capitale: Norat ingeniorum ποικιλίαν Vir doctissimus, & ipse hanc suspicionem l. c. a se avertit atque devolvit, dum scribit: *Nolim hoc ita accipi, quasi recensionem illam ordinis Aug. Biblioth. Cæs. quam hic exhibeo, vel venditare vel obtrudere cuiquam cupiam pro idea s. exemplo, ad cujus imitationem quælibet aliæ Bibliotheca disponi & ordinari debeant. Ordinent enim alii Bibliothecas suas ut lubebit, & sua cuique methodus videatur optima, dummodo mihi quoque eadem concedatur libertas, nec temere aut insolenter exprobretur, si quid in mea Methodo aliis displicuerit: Et certe, ut verum fatear, nondum ipse mihi omni-*

omnino satisfeci, sed quidquid prima vice per summam festinationem & nimiam loci angustiam aliaque varia impedimenta minus recte ordinatum vel omnino omissum est, id volente Deo corrigetur ac supplebitur per absolutissimum omnium totius Aug. Bibl. librorum impressorum Catalogum, qui Catalogo omnium Cod. MStorum suo deinceps tempore subjungetur. Quod quo clarius est atque dilucidius, eo iniquius est judicium eorum, qui hanc Sciagraphiam Lambecii malevolo aspicientes lumine & sibi & aliis persuadere annituntur, eum omnibus Biblioth. præfectis voluisse modum præscribere, ad quem componere deberent librorum suorum exercitum. Non ita ignarus erat Vir optimus nec ita nescius sui, ut modulo suo & pede se metiri oblitus fuerit. Sibi nevit hoc filum Ariadnes, non aliis. Et si ipse ejus ductum ubique fuisset secutus, ita emersisset ex hoc Labyrintho, ut dubium sit, an ullibi pedem fuisset offensurus.

§. 28. Verum enim vero, hoc est, quod Oeconomiæ Lambecianæ labem affricuit; Scilicet ipse sibi ab initio nondum certas circumduxerat lineas, & postquam circumduxit, non ita tenax fuit istarum, ut non aliquando ab illis declinarit. Testem habeo hujus rei Opus ipsum, de quo disputamus in præsenti & uni-

versam ejus symmetriam, quam sub censuram vocamus. Sane hæc ita est anceps & incerta & dubia & πολύμορφος, ut Proteum atque Vertumnum mutabiliorem fuisse fere animi pendeam. *Liber primus* in certa segmenta divisus est, *Secundus* in capita, & *Tertius* cum cæteris in numeros. Et cum ipse sibi has leges indixisset Libr. 3. addit. 6. p. 306. *Zoroastris Persomedi, & Hermetis Trismegisti opuscula & fragmenta supposititia Pythagoræ & Platonis operibus esse præponenda*, & Theologica Theologicis, Juridica Juridicis, Medica Medicis, Philosophica Philosophicis, Historica Historicis, & Philologica Philologicis esse accensenda, & quælibet eorum in unum quasi fasciculum compingenda, ipse deinceps oblitus sui *Platonis scripta Hermetis & Zoroastris reliquiis præposuit*, & L. 7. de istis p. 1. & de his demum p. 22. & 164. egit, & L. 8. non pauca Historicis Ecclesiasticis immiscuit, quæ ratione argumenti multo rectius ad Juridica relata fuissent, ut ex solo Cod. 53. l. c. abunde liquet.

§. 29. Et o quam facile condonaremus ipsi hos lapsus, si illi soli essent! Homo fuit Lambecius & humani nihil a se esse alienum putavit; Et nos ea indole sumus, qua olim Horatius, qui paucis se offensum non esse dicit maculis,

culis, si plura in libro nituere; Verum & plura restant ejusmodi sphalmata methodica & graviora iis, quæ jam delibavimus. Etenim ut nihil dicam de c. 1. & 2. Libri 2. quo ὀνοματολογίαν Bibl. Vind. demum excutit, cum Libro 1. jam ejus πραγματολογίαν excussisset; quæ sane non tralatitia est Σύγχυσις Logica; quot intempestivis excursionibus deformatum est hoc opus! quot episodiis & diverticulis cuneatum?

Inceptis gravibus plerumque & magna professis
Purpureus, late qui splendeat, unus & alter
Assuitur pannus, cum lucus & ara Dianæ
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros
Aut flumen Rhenum aut pluribus describitur arcus.
Sed nunc non erat his locus.

Sic *totus Liber 2.* (qui omnium est vastissimus) & duo tertiaria Libri primi sunt ἀπροσδιόνυσα. Dissertatio prolixa l. 8. a p. 5. usque ad p. 43. de controverso Fl. Josephi testimonio de Christo est extra has oleas. Et omnia illa allegata ex Diario Sacri itineris Cellensis l. 8. a p. 132.

a p. 132. usque ad p. 198. nec non ex Prodromo hist.lit.lib.7. a p.22. usque ad p.31.& Lib.8. a p. 45. usque ad p.52. non pertinent ad hos cincinnos. Neque absolvitur Vir Doctissimus ab ἀμεθοδίας culpa, si dixerit, se Commentarios scripsisse de *Bibliotheca Vind.* non nudos Catalogos, & suos illos libros propterea tam prolixe excerpsisse, quod *rari* fuerint eo tempore & in bibliothecis juxta ac bibliopoliis vix amplius obvii: vid. l. 7. Comm. p. 23. & l. 8. p. 45. Etenim si *Comm. de Bibl. Vind.* scripsit, cur tot aliena attulit, quæ plane nihil ad illustrationem *hujus Bibliothecæ* faciunt? cum Commentarius cum Textu semper pari passu debeat ambulare? Et si propria sua vineta ob raritatem cædenda arbitratus est, cur non omnia alia scripta hujus commatis in hæc volumina traduxit?

Ordinis hæc virtus est & Venus, aut ego fallor,
Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat.

§. 30. Adde, & hanc esse virtutem Methodi & Venerem, *non dicere secunda vice, vel tertia, quæ semel dicta sunt:* Crambe bis posi-

posita mors est. Mel quoque, si immodica copia est, bilis erit. Idem verbum in eadem periodo recurrens est insuaue delicatis auribus. Et eadem res in eodem libro bis terue repetita lectori creat nauseam. Adeoque si v. g. l. 2. c. 6. p. 493. idem dicitur de *Casp. Scioppio*, quod l. 1. Sect. 50. p. 50. de eo jam dictum est, si aliæ sexcentæ dapes hujus commatis l. 2. recurrunt, quæ l. 1. jam fuere appositæ, tantum abest, ut dicere queamus, Auctorem hoc ipso satisfecisse regulis exactæ Methodi, ut potius ingenue fatendum nobis sit, eundem ab iis interdum δὶς διὰ πασῶν defecisse. Nec obstat illud πολυθρύλλητον, quo dicitur: δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν: Siquidem cum grano salis id accipiendum est, & nosmet huic proverbio proverbium opponentes respondemus, πᾶν τὸ περιττὸν ἄκαιρον.

§. 31. Verum *ad rem.* Hanc enim post stylum & Methodum visuros nos diximus, & hanc quoque promisi hujus memores in præsenti, qua fas est, quaque decet ἀπαθείᾳ, perlustrabimus. Et sicut in duas Classes concinne potest digeri materies, quæ hisce voluminibus continetur, quarum altera recipiat *imagines æri incisas*, altera *descriptiones* earum rerum, quæ ad Bibl. Vind. spectant, ita *primo* de prioribus, & *postea* de posterioribus ut dissera-

ſeramus, ratio ordinis &, quam nobis præſcripſimus, lex Methodi requirit. Sunt autem in univerſum CXC. tabulæ æneæ, quæ in hoc opere viſuntur, & illæ quidem pro diverſitate ſcripti & ſcriptoris ipſius arbitrio ita ſunt digeſtæ, ut Tomus *primus* XX. *ſecundus* XL. *tertius* LV. *quartus* XXX. *ſextus* XIV. *ſeptimus* XII. & *octavus* XVI. tanquam peculium acceperit, ſolusque *quintus* harum deliciarum ſit expers. Et ſi in iis ſeligendis id adhibuiſſet judicium Lambecius, ut utiles ac neceſſarias ab inutilibus & ſupervacuis diſcernendo priores tantum impertiviſſet nobis, non poſteriores illas; haberemus ſane, quod ipſi gratias decentes perſolveremus; imago enim obſcura ignotæ rei diſtinctiorem nobis ingerit ideam quam deſcriptio clarisſima: Aſt quod dolendum omnino & juſta indignatione perſequendum, tam parum ſtudioſus fuit hujus cautelæ, ut ſubinde imaginibus neceſſariis omisſis eas tantummodo nobis tradiderit, quæ nulli alii rei inſerviunt & inſervire poſſunt, quam ad pretium libri augendum & crumenas ſculptorum & bibliopolarum ditandas. Sic v. g. Libr. 1. p. 7. torquem illum aureum cum numiſmate appenſo exhibet, quem A. C. 1662. a Sereniſſ. Imp. Leopoldo I. tanquam ἀντίδωρον pro dedicatione Tom. I. Hiſt. Litt. acceperat, & p. 68. ejusdem libri omittit *Philippi*

Edu-

Eduardi Fuggeri icona, qui Bibliothecam Fuggerianam præ cæteris adauxerat & amplificarat, & cujus effigiem secundum justam corporis magnitudinem depictam cum aliis quibusdam raris & pretiosis rebus e dicta Bibliotheca privata in publicam Vindobonensem profectis non sine religione ibidem asservari dixerat. Et o quam larga imaginum supervacanearum segete luxuriare videmus Librum tertium? sistuntur ibi ordine non interrupto XLVIII. effigies, quæ omnes in uno Codice membranaceo repertæ & ab imperitis Monachis tam rudi & inepto penicillo delineatæ sunt, ut Catoni ἀγελάςῳ risum queant elicere. Et aut ego vehementer fallor, aut illæ non aliam habent utilitatem, quam quod Sec. III. quo adumbratæ esse creduntur, suam ruditatem in arte pictoria queant exprobrare.

§. 32. Equidem non latet, Lambecium l. c. Cod. 2. p. 2. in omnia alia abeuntem Lectori ora mulso circumlevisse atque dixisse, beneficio illarum posse cum alias varias antiquitates tam sacras quam profanas, tum inprimis Romæ subterraneæ imagines & magnam partem rei vestiariæ apud diversas gentes antiquitus usitatas plurimum illustrari; at enim nec ipse hujus rei exemplum ullum proferre voluit, nec etiam

etiam, ut plane persvasum mihi est, proferre valuit, etiamsi voluisset.

> - - *pictoribus atque poëtis*
> *Qualibet audendi semper fuit æqua potestas.*

Hi fingunt; illi pingunt pro suo arbitrio. Nec dant unicuique personam quam debent, sed quam volunt. Et qui ex hisce Monachorum umbris Antiquitates sacras & profanas illustrare, aut de re vestiaria antiquorum velit ferre judicium, æque se deridendum propinaret atque ipse Lambecius, qui l. 3. Additam. 12. p. 344. & l. 4. Addit. 9. p. 320. ex imagine quadam S. Evangelistæ Lucæ, quam otiosus Monachus pro genio sui temporis & ordinis cum capite attonso & circumciso in Codice quodam N. T. MS. repræsentaverat, χερσίν τε ποσίν τε demonstrare voluit, hunc Evangelistam gessisse coronam Monasticam vel Clericalem. Der Evangelist Lucas habe sich eine Mönchs-Platte scheeren lassen, scilicet!

> *Spectatum admissi risum teneatis Amici.*

§. 33. Sumsit sibi hanc materiam *Prosper Stellartius* Ordinis S. Augustini per Germaniam

niam inferiorem Visitator primarius, & in peculiari quodam opere *de coronis & tonsuris* paganorum, Judæorum & Christianorum Duaci A. C. 1625. in 8 edito, originem hujus ritus inde ab ipso Servatore J. C. & S. Petro Apostolo arcessere conatus est: sed sumsit sibi materiam non æquam suis viribus, & vires non æquas huic materiæ, & proinde ab incorruptis rerum æstimatoribus non majorem assensum impetravit, atque Lambecius, qui L. 8. Cod. 31. n. 13. p. 325. persvadere nobis satagit, Icona quandam B. M. V. *ὀ χειρόγραφον ἀλλὰ θεόγραφον* circa finem Imperii Leonis Isaurici a S. Germano Patriarcha Constantinopolitano ob persecutionem iconomachicam alto mari impositam miraculo prorsus stupendo Constantinopoli Romam tranatasse, & pervenisse ad Papam Gregorium III. qui A. C. 741. fatis concesserit; post integros autem centum annos, cum supra memorata persecutio cessasset, sub Imperatrice Theodora Imp. Theophili vidua, eodem miraculoso transnationis modo ultro & sua sponte Roma remigrasse Constantinopolim.

§. 34. Sane quam oporteret eum admodum esse credulum, qui huic fabulæ fidem adhiberet, & eum contra nimiopere incredulum, qui dubitaret, Lambecium amore suæ Sectæ potius quam veritatis ejusmodi commenta

amplexum & exosculatum. Hi enim fuere effectus, qui ex divortio ejus cum avita, & conjugio cum religione novella sunt consecuti. Omnes aureæ Legendæ fuerunt ipsi Sibyllæ folia. Papicolæ orthodoxi, Protestantes orcodoxi, Pontificii laudandi, Lutherani autem & Reformati quacunque data occasione reprehendendi, atro carbone notandi & stigmate fœdo perurendi. Sic illud pervulgatum *dogma* nostræ Ecclesiæ, quo dicimus: *Hominem per solam fidem justificari sine ullis suis meritis*, vocatur ipsi l. 2. c. 5. p. 418. Epicureum & perniciosissimum, *Lutherani* & *Reformati* Libr. 4. Cod. 189. p. 209. sunt hæretici. *Lutherus* l. 2. c. 8. p. 804. est hæresiarcha. *Matthaus Dresserus* l. 8. Cod. 14. n. 38. p. 133. impius festi Mariani calumniator. *Andreas Rivetus* l. 4. Cod. 107. n. 10. p. 33. Calvinianæ hæreseos Doctor & Professor. *Theodorus Bibliander* L. V. Cod. 254. p. 168. hæreticus Zwinglianus. *Joh. Hussus* l. 2. c. 8. p. 808. hæresiarcha. *Joh. Wicleffus* l. 2. c. 8. p. 777. perniciosissimus hæresiarcha. *Respubl. illustris Hamburgensium*, in cujus sinu natus & educatus, l. 1. Sect. 27. p. 26. & l. 2. c. 5. p. 205. defecit a fide Catholica ad Lutheranismum. *Libri Lutherani* l. 2. c. 8. p. 808. sunt hæretici & caute legendi: Et quis omnium eorum maledictorum posset inire catalogum, quæ liberali calamo

lamo & illiberali animo in eos contulit, qui suæ sectæ non erant addicti. Contra, quam nulla occasio ab illo prætermissa est Papicolarum Doctores juxta ac Doctrinas & hasta & scuto defendendi? Si quando Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis mentio injicitur, tunc insimul sollicitissime cavetur, ne *Orientalis* forte prius nominetur quam *Occidentalis*, & sic hujus πρωτοκαθεδρία vel sola appellatione minuatur. (Vide l. 8. Cod. 6. n. 1. p. 503.) Ordo accumbendi a Christo in S. Cœna servatus ita ab eo adumbratur, ut S. Petrum in sinistro stibadii cornu primo, s. summo loco accubuisse appareat. l. 4. Additam. 8. p. 314. Et cum in plumbeis nonnullis summorum Pontificum sigillis capita Petri & Pauli ita essent exscripta, ut ipsa αὐτοψία constaret, huic locum dextrum esse tributum tanquam honoratiorem, & isti sinistrum; hoc l. 4. Addit. 9. p. 319. ita ab eo temperatur: Paulum stare tantum e regione Petri velut auscultantem & modestiæ ac reverentiæ causa dextrum brachium pallio cohibentem, cum contra S. Petrus loco stet superiori, & primatus indicandi causa tanquam benedicens:

Tanta molis erat, Romanum pegma tueri.

e † 2 §. 35.

§. 35. Taceo cæteros mellitos verborum globulos & dicta byssina, quibus quasi papavere & sesamo exulceratam Pontificiorum causam conspergit. Hæc enim fuit maxima labes Lambeciani judicii, non fuit absque partium studio. Quibus bene cupiebat, iis maxima ignoscebat crimina, quibus male, iis minima imputabat. Gabriel Naudæus eminentissimi Card. Mazarini & Serenissimæ Svecorum Reginæ Christinæ olim Bibliothecarius erat ipsi amicitia & sensibus & religione conjunctus: Siquidem & ipse in verba Pontificis Romani juraverat & in Galliis olim amoris fœdus cum ipso inierat: Atque hoc satis erat ad ejus pudenda obnubenda. Cum enim in tr. quodam gallico, de plus belles Bibliotheques publiques & particulieres qui ont eté & qui sont à present dans le monde, Parisiis A. 1644. excuso, scripsisset, Fridericum II. Bibliothecam Vindobon. condidisse, & eandem multis *libris impressis* & MSctis ditasse, contra manifestum Hist. Lit. testimonium, utpote quæ diserte tradit, Friderici II. tempestate nondum fuisse Bibliothecam Vindob. & si fuisset etiam, locupletari tamen Libris impressis non potuisse, cum Typographia demum Anno 210. post ejus obitum Europæis innotuerit; hic lapsus inelegans eleganti nomine involvitur diciturque l. 1. Addit. 3. p. 116. esse *hoc mendum*

dum

dum Typographicum. At vero quanti clamores excitantur, cum idem in ſcriptis Proteſtantium occurrit! Dixerat *Henricus Pantaleon* parte 3. Operis de illuſtr. Viris Germ. & *Abrahamus Bucholzerus* in Indice Chronologico, Wolffgangum Latzium obiiſſe A. C. 1555. qui tamen A. C. 1565. deceſsit. Et licet hic Parachronismus vicies minor ſit illo altero, quem Naudæus commiſit, utpote qui tantum uno deficit decennio, cum ille contra duo integra fallat ſecula; tamen ita amplificatur verbis & adaugetur l. 1. Sect. 40. p. 37. ut illum Naudæano iſthoc vicies majorem fuiſſe credideris. Scilicet duo cum faciunt idem, non eſt idem. Alia voce graculi loquuntur, alia Muſæ. Et graviori cenſura vexandi ſunt corvi, quam columbæ.

§. 36. Quoties, quæſo, heu! quoties Cardinalis *Baronius* a lineis veritatis aberaſſe deprehenſus eſt? Nunc ſcriptores Homonymos confudit; Nunc res neceſſarias vel plane omiſit, vel mutile tantum deſcripſit; Nunc temporis articulos non recte ſupputavit. Nullus fere eſt liber, in quo ejus Annales virgulam cenſoriam non ſentiant, & a Lambecio vel ſuppleantur, vel emendentur, vel in ordinem redigantur; Et tamen l. VIII. Cod. 14. p. 127. dicitur: *Vir de Eccleſia Catholica bene meritus.*

ritus. Quippe qui pro ratione temporis saltim pot rat corrigi, non corrigere, pati, non agere, ferre, non referre : At vero, quam longe alio titulo condecoratus est *Franciscus Combefisius* monachus Parisinus Ordinis Prædicatorum ? Ediderat ille Parisiis A. C. 1664. manipulum Originum Constantinopolitanarum. Et quia in februis iisdem adspersis Lambecii animadversiones in Codinum, quas in itinere Gallo - Italico obiter ac cursim, ut ait l. 3. Cod. 65. p. 120. adornarat, & postea se absente A. C. 1655. Parisiis in fol. impressæ erant, hinc inde sale Critico perfricuerat: adeo commoverat eidem stomachum, ut nunquam sine bile ejus meminisse potuerit. Sic l. 5. Cod. 65. p. 120. ejus notæ dicuntur insolentes ac futiles, totaque farrago Originum Constantinopolitanarum plagiaria & ex suis potissimum laboribus corrasa l. 4. Cod. 116. p. 70. Combefisius homo est insolentissimus atque maledicentissimus , qui orationem Leontii Presbyteri Constantinopolitani cum variis ineptis conjecturis, & pravis minimeque necessariis emendationibus ediderit. -- Emendationes ejus sunt meræ σμικλογίαι & putidæ supinæ ignorantiæ indicia - imo petulantes & caninæ cavillationes - ingeneratam ei esse calumniandi & in alienos labores plagiarie invadendi libido - l. 8. Cod. 14. n. 17. p. 120.

Idem

Idem hic Criticus est magnus Orbilius, qui promiscue in quoscunque Viros doctos, ex quorum scriptis plagiarie compilandis putidam gloriolam sibi quæsierit, loco gratiarum actionis insana licentia debacchetur - quique Tomo II. Auctarii novæ Bibliothecæ Veterum Patrum Græco-Latinæ columna 805. initium Historiæ obsidionis Urbis Constantinopolitanæ tam absurde transtulerit, ut si quis puer in scholasticis ex Græco in Latinum vertendis exercitiis στρατὸν & στρατηγὸν, h. e. Exercitum & Ducem exercitus, tam enormiter confunderet, atque ille ferula dignus haberetur - tantam ejus esse philautiam, vt in alieno oculo videat festucam, trabem autem non videat in suo - l. 8. Cod. 31. n. 1. p. 372. Et contra Cæsarem Baronium & Rob. Bellarminum absurda & inepta dicitur effudisse, & ridicule scripsisse *restaverint*, pro *restiterint*, ex n. 4. p. 373. arrogantissimus ille Critico-mastix sine ope aliorum Veterum Codicum MSctorum solis conjectationibus suis loca corrupta emendavit, vel potius depravavit & polluit L. 8. Cod. 50. n. 2. p. 463. Est rursus arrogantissimus alienorum laborum obtrectator, s. potius, ut ipse thrasonice loqui amat, exsufflator, qui anonymi narrationem de structura templi Hierosolym. depravate & imperfecte ediderit, & multo adhuc pejus in Latinum ser-

monem transtulerit. Et in indice hujus libri 8. p. 603. audit impudentissimus plagiarius & insolentissimus alienorum laborum cavillator, & exsufflator.

§ 37. Hæc, inquam, & alia sexcenta hujus farinæ, quæ enumerare nihil attinet, sunt encomia, quibus Lambecius *Franc. Combefisium* in suis Commentariis persequitur. Non illi reverentia ætatis, dignitatis, doctrinæ, pietatis & aliarum rerum plurium, quæ Galliæ in hoc suo adversario tum adorabat, siquidem totos XXIII. annos ætate erat major Lambecio S S. Theol. apud Parisios Professor, & tanti inter cæteros Doctores sui metalli nominis, uti Perraultius Tom. 2. les hommes illustres qui ont paru en france pendant le XVII. siecle pag. 52. eundem & propter insignem polyhistoriam Catalogo eruditorum dignum judicet, sed & fastis Sanctorum propter prodigia pietatis inferendum: omnes virtutes Combefisianæ sequestrantur, tacentur, & æternis, si fieri potuisset, tenebris involvuntur, sola vitia producuntur in apricum: idque cum tanta acerbitate & amarulentia & bile, ut omnes apices studium partium clamantes clarissime testentur, hanc insectationem ex insectatione esse ortam, & Lambecium non aliam ob rationem tam acri dente Combefisium momordisse, quam

quam quod ipse prius ab eo in Manipulo Origin. Constantinop. admorsus fuerit.

§. 38. Quod licet sua macula & labe & infirmitatis nota non careat; id tamen arguendum cumprimis est, quod illas ipsas culpas commisit in suis Commentariis Lambecius, quas in Combefisio redarguit. Quid enim magis in eo reprehendit, quam quod e conjecturis potius, quam libris bonis fidisque hinc inde quædam in Auctoribus correxerit? hæc sane l. 8. Cod. 35. n. 4. p. 373. Et l. 4. Cod. 116. p. 70. prora & puppis suæ querelæ est; Et hæc etiam l. 2. c. 5. pag 324. seq. est nota culpa, quam *Caspari Barthio* inurit: sed quoties, quæso, ipse hoc ancipiti remedio in sanandis Scriptorum visceribus usus est? quoties mendis lituram inducere conatus solo ingenio innixus? quoties hoc stigmate, id asterisco signandum esse scripsit, non alia persvasione, quam solius conjecturæ inductus? sane non unas hic implere possem plagulas, si ea omnia ordine decenti enarrare velim, quæ pertinent ad hos corymbos. Et satis ad meam hanc causam sustinendam esse arbitror, si dixero, eo usque audaciæ processisse Lambecium in Criticis, ut non tantum Codices MSctos, sed & ipsa diplomata & Numos ex ingenio emendare annisus fuerit, teste lib. 2.

cap. 5. pag. 83. & lib. 2. cap. 7. pag. 586. ſeq.

§. 39. Accedunt ſexcenta commiſſionis & omiſſionis vitia, quæ hiſce ejus Commentariis paſſim, ceu quædam emblemata, ſunt intexta. Etenim ut brevi faſce ſaltim complectar ea, quæ magno verborum ambitu dicenda eſſent, ſi ad unguem omnia velimus excutere, quot ipſe non delevit in hoc opere ſphalmata? quot alii non ſuſtulere? quot non ſuperſtitant adhuc a nemine viſa, notata, animadverſa? Cogitationes poſteriores exactiores omnino ſunt prioribus. Navigatio ſecunda & tertia auſpicatior eſt prima. Hoſtia ſuccidanea elegantior ea, quæ ſe ſubduxit. Et in libris ſequentibus expoliuntur, edolantur & expumicantur quamplurima, quæ in antecedentibus per negligentiam errata ſunt. Neque etiam defuere alii, qui vulnera hujus corporis medicabilia ſanare, immedicabilia enſe recidere allaborarint. Joh. Chriſtoph. Wagenſeilius c. 2. libri von der Meiſterſinger holdſeeligen Kunſt, p. 465. & nomen Joh. Ennichelii Vindobonenſis corrigit l. 2. c. 8. p. 958. a Lambecio adductum, Autoremque hunc ſuo nomine potius Janſen Enenchels appellandum, & id quoque obelo notandum eſſe docet, quod in Diario Itineris Cellenſis p. m. 15. addidit, Chronicon hujus Viri Auſtria-

ſtriacum Germanica lingua rythmice compoſitum adhuc eſſe ἀνέκδοτον. Es ſtehet dahin, ait, was der Lambecius in ſeinem Syntagmate rerum German. würde hervor gebracht haben. Er rühmt vor allen Herrn Janſon Ennichels, oder wie er ihn billiger hätte heiſſen ſollen, Janſen Enenchels eines Oeſterreichiſchen Ritters Chronic in teutſchen Reimen, als welche noch nie zum Fürſchein kommen, zweymahl aber in der Käyſerl. Biblioth. geſchrieben vorhanden, und allegiret daraus in ſeinem Diario Sacri itineris Cellenſis p. 40. ſeq. und Lib. 2. Comment. de Bibl. Vindob. c. 8. ziemliche groſſe fragmenta. Allein es iſt ſolches Buch ſchon vorlängſt, nemlich im Jahr 1618. zu Lintz durch Hieronymum Megiſerum Käyſerlichen Comitem Palat. der Ertz-Hertzogen, wie auch der Landſchafft in Oeſterreich ob der Ens beſtelleten Hiſtoricum in offenen Druck gegeben worden unter dem Titul: Fürſtenbuch von Oeſterreich und Steyerland, beſchrieben von Herrn Janſen dem Enencheln, bey nahent vor vierhundert Jahren. Es hat beſagter Megiſerus nicht allein die varietates lectionum, welche in denen beyden auf Pergament geſchriebenen Käyſerl. Codicibus ſich ereignen, fleißig bemercket, ſondern auch noch etwas in ungebundener Rede hinzugefüget, welches er nicht in denen

Käyſerl.

Käyserl. MSctis, wohl aber in einem ebenmäßigen Pergamenen Buche, dessen Herr Joh. Ulrich Freyherr von Starenberg Besitzer gewesen, gefunden. Wilhelmus Ernestus Tentzelius carpit in Colloquiis menstruis Ann. 1695. Mens. Sept. p. 712. quod l. 6. Cod. 26. n. 5. p. 119. de Apologo Indico *Kylile & Dimne* agens, in margine monuerit tantummodo, eum apud Leonem Allatium in dissert. de Symeonum scriptis pag. 183. & 184. *Cybile & Dimne* inscribi, non autem docuerit simul ex MSctis Cæsareis, quæ vera & genuina sit lectio, prior an posterior? Et Vir illustris Christianus Thomasius in selectis feudalibus § 46. seq. p. 60. sequ. tot mendas detexit L. 2. c. 8. p. 825. sequ. admissas, ut, si ex hoc ungve leonem velimus æstimare, & ex pulsu hujus arteriæ judicare de tota corporis valetudine, vix ac ne vix quidem aliquid egregii nobis possimus promittere.

§. 40. Est ita. Emendatores ipsi quandoque emendatione videntur indigere. Fallitur enim atque fallit Vir Doctissimus Wilh. Ern. Tentzelius, dum l. c. scribit: utrumque codicem MS. Apologi Indici in Bibliotheca Cæsarea extantem uno prorsus eodemque gaudere initio, atque ita incipere: Ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς Ἀβεσαλὼν ἐπήρετό τινα

τῶν

τῶν περὶ αὐτὸν Φιλοσόφων. Siquidem quod lib. V. Cod. 288. n. 2. p. 241. reperitur Exemplar, ab eo, quod lib. V. Cod. 26. p. 5. p. 119. duplici vice habetur, discrepans ita infit: τῶν Ἰνδῶν ὁ βασιλεὺς Ἀβεσαλὰν ἤρετέ τινας περὶ αὐτὸν τῶν Φιλοσόφων &c. Et quod l. c. scribit: Er verwundere sich über den Lambecium, daß, da Er die MScta der Käyserlichen Bibliotheque in Händen gehabt, er des Allatii Irrthum, der den Apologum Indicum Cybile & Dimne genennt, nicht gemercket, sondern l. c. Comment. p. 119. es in marginem als eine variam lectionem notiret: mihi quidem usque adeo mirandum non videtur, ut mirer potius, Tentzelium propterea negligentiæ cujusdam Lambecium insimulare potuisse. L. V. Cod. 288. n. 2. p. 241. non nisi unicum & primum de hoc apologo extat Tmema s. segmentum, atque id, uti ex enarratione Lambecii satis liquet, ἀνεπίγραφον καὶ ἀδέσποτον. Libro autem VI. Cod. 26. n. 5. pag. 119. adest quidem ἐπιγραφή, sed Græca tantum, non autem Arabica, & voces Στεφανίτης καὶ ἰχνήλατης, vel potius, Σρεφανίτης καὶ ἰχνιλάτης, uti leguntur in Lambecio l. c. (id quod Tentzelium non monuisse miror) occurrunt ibi quidem, non autem Κυλίλε καὶ Δίμνε. Sic enim l. c. se habet inscriptio: Σεκὔνδυ φιλοσόφυ ἱςορία

ἐνε-

ἐνεχθεῖσα ἀπὸ τῆς τῶν Ἰνδῶν εὐδαιμονεστάτης χώρας, ἡ λεγομένη τὰ κατὰ Στεφανίτην καὶ ἰχνιλάτην &c. Ubi ſane admodum oculatum oporteret eſſe, qui id velit notare, quod Tentzelius, Lambecium notare debuiſſe, ſcribit, & ex verbis adductis illas lites componere: An *Apologus iſte indicus* nomine Arabico Kylile, an vero Cybile ſit appellandus?

§. 41 Neque etiam objurgatio Wagenſeilii eſt ἀναμάρτητος. Etenim in eo labitur primum Vir πολύγλωσσος καὶ πολύγνωτος, quod putat, Lambecium Chronicon Johannis Ennichelii Syntagmati ſuo rerum Germanicarum inſerere voluiſſe, id quod neque in Commentariis Bibl. Vindob. neque in Diario ſacri itineris Cellenſis promiſit unquam; neque etiam in Catalogo ſuorum Librorum eſt pollicitus, utpote in quo omnia illa Scripta examuſſim recenſet, quæ huic Operi diffuſo deſtinarat, quod ea tempeſtate jam ſub prelum miſſum, poſtea, neſcio qua de cauſa, ſuppresſum & ipſo quaſi partu occiſum eſt. Tum & in eo hallucinatur, quod ſcribit, eum in Diario ſacri Itin. Cellenſis & l. 2. Comment. de Bibl. Vindob. ſatis magna ex eo afferre fragmenta, cum ipſa αὐτοψία doceat, perpauca eſſe, quæ in Comment. de Bibl. Vindob. ex eo enotavit, & vix ultra 30. eſſe verſiculos, quos

in itinerario Itin. Cell. inde excerpsit: Ac tandem hoc quoque nomine offendit, quod opinatur, Lambecium in nomine Auctoris allegando offendisse, & eum appellasse Janson Ennichels, quem Jansen Enenchels dicere potius debuisset. Nusquam enim hunc Chronicographum vocavit Jansonium, sed ubique Johannem; Ennichelium autem cognominatum ex ipso MSto Ambrosiano probat, adducendo ex eo sequentes versiculos:

Ich bin Jans genannt
Das Gedicht ich von mir selb vänd
Heren Jansen Ennichel haiz ich
Des mag ich wohl vermezzen mich
Das ich ein rechter Wienner pin
Nun geb mir GOtt solchen Sinn
Daß ich daz Puch muzze enden. &c.

Atque ne eundem in *πραγματολογίᾳ* hujus Scriptoris indaganda solum fuisse districtum & occupatum existimes, de *ονοματολογίᾳ* autem ejus parum laborasse; Ecce ejus observationes, quas margini illevit: Ita, inquit, hoc nomen non solum hic scriptum est, verum etiam in altero quodam ejusdem Chronici exemplari MS. quod extat in Aug. Bibl. Cæs. Codice MS. historico Latino 161. Wolffgangus autem Latzius c. 1. l. 1. Comment. in Ge-

nea-

nealogiam Austriacam vocat illum Johannem Ennyckel, simul etiam addit, eum fuisse equitem Austriacum. Hieronymus Megiserus in Theatridio Heroum Austriæ A. 1618. Lentii ad Istrum edito eundem appellat Johannem Ennenkel, additque, natum illum esse A.C. 1227. & Canonicum Ecclesiæ Cathedralis Vindob. S. Stephani fuisse A. 1250. Et pro eo, quod in hoc Cod. MSčto extat:

Heren Jansen Ennichel haiz ich
in altero illo legitur:
Herr Jansen der Ennichel heizze ich.

§. 42. Et sicut ex his omnibus quam liquidissime apparet, & Solem, dum alios illustrat, habere suas nebulas, & eos non raro contaminasse semetipsos maculis, qui Operi Lambeciano maculas detergere allaborarunt: Ita utrumque nobis in Censoribus hisce censendis evitandum est, & ne putemus, eos omnia sine ratione correxisse, & nihil. Sunt quædam, quæ non tetigisse fortasse fuisset satius. Sed sunt etiam non pauca, quæ tetigisse juvat; Et quæ procul dubio plures in errorem induxissent, nisi larva ipsis fuisset detracta. Et o nos felices ter & amplius! si omnia sphalmata in hoc opere essent retecta, & per universam quacunque patet rempubl. litter. ebuccinata; Scopulos

pulos notos gubernator catus tranſit; Lapides extantiores pes providus prætergreditur; Tela prævisa miles agilis oportuna declinatione corporis evitat. Sed pleraque eorum adhuc denſo velo obducta ſunt, tantum abeſt, ut omnia ſint revelata. Non dicam in præſenti de erroribus Typographicis a Lambecio non viſis, utut iis colligendis ſummam diligentiam, navitatem & induſtriam adhibuerit; Nec declamabo ambitioſe, me L. I. Addit. 5. p. 177. in unius Libri Hebraici titulo Hebraico quatuor vel quinque mendas deprehendiſſe ab Auctore non animadverſas: Aliorum hæc culpa eſt, non ipſius, nec Auctor poteſt plecti ob id, quod incauti Typothetæ delirarunt: Hoc dicam ſolummodo, ſupereſſe in rebus ipſis adhuc errata quam plurima, quæ & Auctoris & Lectorum induſtriam a ſe ſubduxere, & quæ omnino emendari debent atque corrigi, niſi velimus dare adverſariis, opus hoc navi eſſe perſimile, plenæ rimarum & hac illac perfluenti.

§. 43. Non foret difficile hoc ipſum demonſtrare, quod diximus; Res manifeſta eſt, nec Delio natatore indigemus ad iſtam ex tenebris in apricum proferendam: Et ſicut L. VII. Cod. 65. p. 106. ſeq. animadvertimus, non dixiſſe Lambecium, quod omnino debe-

bat dicere, ſcilicet, Paraphraſin illam Anonymi Antiqui Auctoris in Ariſtotelis Ethicorum ad Nicomachum Libros X. cujus l. c. mentionem injicit, quamque ſic ſcribit incipere: *ἐν πάσῃ τέχνῃ καὶ μεθόδῳ ἀγαθόν τι ζητοῦμεν* &c. & ita finire tandem: *καὶ πῶς ἑκάστη ταχθεῖσα καὶ τίσι νόμοις καὶ ἔθεσι χρωμένη, πολιτευομένοις λυσιτελήσει. λέγομεν οὖν ἀρξάμενοι*, jam circa initium ſuperioris ſeculi a Daniele Heinſio ex Bibliotheca Lugduno-Batava eſſe Græce editam, emendatam & Latine redditam: Ita non pauca eundem dixiſſe, poſſemus oſtendere, quæ vel non debebat dicere, vel aliter, ſi ſtylo indulgere, & otio cum noſtro tum aliorum diutius abuti fas eſſe exiſtimaremus: ſed contrahenda ſunt vela, & ſi vel maxime explicare velimus & ratem audacem truci Oceano committere, remoram nobis Lambecius ipſe injicit, & otium facturus ad negotium ruentibus de malo ſublimi occlamat: *γῆν ὁρῶ*, terram video.

§. 44. Quot enim & quanta ipſe in ſuis Commentariis non correxit, emendavit, expunxit? quod lituras iisdem non induxit? quot anomalias in ordinem redegit? Dixerat l. 1. Addit. 3. p. 135. Joh. Jacobum Friſium in Bibl. univerſali mentionem feciſſe Orationis cujusdam MS. Georgii Nicomedienſis Archi-

Epi-

Episcopi de cruce, tanquam in Bibl. Vindob. extantis; Atque hæc omnia Antonium Possevinum suo more ex eo in Apparatum suum Sacrum transtulisse; se autem hactenus nec hunc, nec ullum alium librum, Georgii Nicomediensis nomine inscriptum, in Bibl. Cæsar. reperire potuisse, adeoque placere sibi conjecturam V. Cl. Leonis Allatii, qui per librum hunc Georgii Nicomediensis de cruce, quem alii Michaëli Psello attribuerint, significari existimet Michaëlis Pselli orationem in σαύρωσιν s. crucifixionem Christi: sed

- - - *quantum mutatus ab illo*
Tempore Lambecius - -

Reperiit videlicet l.4.Cod.102.n.3. p.21. Γεωργίου Ἀρχιεπισκόπου Νικομηδείας Ὁμιλίαν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευὴν καὶ εἰς τὴν σαύρωσιν. Atque hæc totam istam conjecturæ Allatianæ basin conquassavit & machinam evertit. Corrigendum esse ait *l*. c. quæ Libro primo de hac Oratione scripta sunt: Hanc, hanc esse illam Georgii Nicomediensis Homiliam de Cruce a Frisio & Possevino citatam, & a Michaëlis Pselli oratione in σαύρωσιν Christi toto cœlo diversam! Et Possevinum in ejus allegatione nil amplius peccasse, quam quod Frisii vineta cæciderit, & Georgium Nicomediensem corrupte Georgium Nicodium appellando, entia præter necessitatem mul-

tiplicarit in republ. litteraria, & sibimetipsi quendam Georgium Nicodium effinxerit & formarit, qui nunquam in rerum fuerit natura.

§. 45. Porro l. 4. p. 258. Theophanem s. Gregorium Cerameum vel Figulum ad Sec. 9. post C. N. retulerat, secutus auctoritatem Francisci Scorsi Panormitani S. I. qui Homilias ejus numero 62. Gr. & Latine A.C.1644. Parisiis ediderat, & eundem Photio Patriarchæ, Constantinop. synchronum fecerat; sed postea L. V. Cod. 228. n. 1. p. 55. a Leone Allatio Diatriba de Symeonum scriptis p. 60. seq. meliora edoctus defecit ab hac priori hæresi, & ad sententiam posteriorem accedens eundem duobus integris seculis fecit juniorem, & Centuria XII. post C. N. floruisse edixit. Atque eandem quoque cum Constantino Harmenopulo Judice Thessalonicensi tentavit Metamorphosin Chronologicam: Siquidem L. V. p. 319 & alibi eum A.C. 1150. vixisse scripsit; & L. VI. ex Cod. 11. n. 8. p. 40. se ipsum corrigens decernit, eum A. C. 1345. aura vitali fuisse pastum.

§. 46. Spissum volumen adornandum mihi esset, non macilentum Schediasma, si omnia ea loca coacervare vellem, in quibus Lam-

Lambecius intra proprios limites consistens se ipsum correxit. Pleni sunt hujus rei omnes ejus libri, plenæ eorundem additiones, plena errata Typographica, quæ tomis singulis, excepto tantum primo & secundo, adjecit. In his enim omnibus quasi intra suam pelliculam se continens in sinum proprium inspuit, & alienorum vitiorum incuriosus domestica emendat. Et in hoc negotio eo usque procedit liberalitatis, ut & ipsas correctiones suas corrigere quandoque non vereatur. Cum enim l. 4. Addit. 14. p. 322. scripsisset, se credidisse olim, cum Libro 3. ageret de Codice 77. n. 741. per *Joh. Philosophum*, cognomine *Italum*, significari *Joh. Philoponum* Grammaticum & Philosophum Alexandrinum, qui Sec. VI. post C. N. floruerit, nunc autem opinionem illam improbantem ingenue fateri, revera intelligendum esse ibi *Joh. Philosophum*, origine & cognomine Italum, qui Sec. IX. post C. N. sub Imp. Michaële Duca & Nicephoro Botoniata inclaruerit: Hanc ipsam emendationem emendavit postea, & l. 7. Cod. 86. n. 1. not. 7. p. 148. lectorem monuit, delenda esse hæc verba ultima, & pro *sub Impp. Michaële Duca & Nicephoro Botaniata* esse legendum, *sub Imp. Michaële Duca ejusque fratribus, Andronico & Constantino.*

§. 47. Tota autem via, totaque regione & fere toto cœlo a veritate aberras, si putas, me reprehendere has reprehensiones proprias in Lambecio. Argumentum hoc est in melius translati animi, infirmitates suas nosse. Res plena candoris & apertæ sinceritatis est, easdem profiteri. Ingenuitatis est indicium, non dissimulare, si quid peccaveris. Sordet laus in ore proprio, non ita reprehensio. Augustinum non dedecuit scripsisse retractationum libros. Et auctor noster non male se hoc exemplo defendit l. 3. p. 398. ubi ait: se, si quos in suis Libris deprehensurus sit errores, vel mnemonicos, vel typographicos, suppleturum subinde & correcturum & retractaturum exemplo S. Augustini. Fretus enim, pergit p. 399. tanti viri auctoritate & exemplo, non ego erubescam scripta mea, dum vivo, propria censura recognoscere, supplere & corrigere.

§. 48. Egregia hæc virtus est Lambecii, fateor, & non multis data hoc sinopissante cumprimis seculo, quo quivis personam mavult, quam faciem, & quo

Candor scriptorum res intermortua pene.

Sed tamen non sola est in hoc Auctore nostro; Accedit & *diligentia* & *modestia*, & sic hanc triada præclaram reddit perfectam. Non enim contentus Catone isthoc, quo plerique

Ca-

Catalogorum scriptores contenti esse solent, dum suo se muneri abunde satisfecisse autumant, si de nomine Auctoris & scripto qualemcunque Lectoribus dedere gustum. Primum scriptoris cujusque appellationem, ætatem, patriam & vitæ rationem, qua fieri potuit sedulitate indagavit, & eundem ab aliis Homonymis distinxit; Et postea istius scripti, quod elucubravit, exhibuit quandam Sciagraphiam, argumentum exposuit, initium & finem adduxit, imagine adumbravit, editiones, primas & optimas, si quæ fuerint fortassis, indicavit, errores emendavit, lacunas supplevit, tenebras illustravit, & omni nisu id egit, uti Lectori de quovis Cod. MS. in Augustiss. Biblioth. Cæsarea extante clarissimam & distinctissimam impertiret ideam.

§. 49. Et quia multa in Hist. literaria sunt δυσνόητα & numeris Platonicis fere obscuriora, memor imbecillitatis suæ, quæ cum humanitate nostra indivulso nexu conjuncta est, non nubes captavit & inania, neque fumos vendendo Lectori nubem pro Junone obtrusit; sed ore simplici & aperto & ingenuo confessus est, quæ nesciret ipse, & plane a sua dignitate non putavit esse alienum, interdum nosse suam ignorantiam & istud senatorium usurpare N. L. Sic v. g. fatetur l. VI.

Cod. 35. n. 6. p. 146. ſibi *non liquere*, an Alexipharmaca & Theriaca Dioſcoridis ſint genuina an ſuppoſititia? L. 4. Addit. 13. p. 322. concedit, ſe olim (ſcilicet l. 3. p. 151. & 255.) precationem ad beatiſſimam virginem Deiparam, Calliſti nomine inſcriptam, Nicephoro Calliſti filio, cognomine Xanthopulo, aſſeveranter attribuiſſe; (putaſſe enim librariorum culpa ante Καλλίςȣ omiſſum eſſe Νικηφόρȣ τȣ͂) at certas ob cauſas nunc lubenter fateri, nondum ſibi ea de re conſtare ſatis, atque idcirco in medio relinquere, utrum ibi memoratus Nicephorus Calliſti intelligendus ſit, an potius Calliſtus Patriarcha Conſtantinopolitanus, cujus variæ precationes ſacræ extent in Euchologia Græcorum a R. P. Jacobo Goar O. P. Pariſiis A. C. 1647. Græce & Latine in fol. edito. Et L. 4. Addit. 1. p 290. paſſim quidem in Calendario Romano MS. ſub Imperatore Conſtantio Imper. Conſtantini M. filio circa annum Chriſti 354. compoſito & in Bibliotheca Cæſarea reperiundo mentionem fieri ſcribit *Diei Ægyptiaci*, nondum autem ſibi liquere, quid per eundem ſit denotatum.

§. 50. Solvit hoc ænigma Vir κριτικώτατ☉, cum viveret, Joh. Georgius Grævius in præfat. Volum. VIII. Antiqu. Romanarum; ſic

ſic enim l. c. ſcribit: *Erant dies Ægyptiaci infauſti, in quibus nihil rei ſeriæ ſuſcipiebant ſuperſtitioſi homines, metu infelicis ſucceſſus. Latinis dicebantur Allienſes, Græcis ἀποφράδες: Id nos docet Auguſtinus in Comm. in Epiſtolam ad Galatas, ubi conqueritur de illa ſuperſtitione. Jam vero ne aliquid inchoëtur, aut ædificiorum, aut ejusmodi quorumlibet operum diebus, quos Ægyptiacos vocant, ſæpe etiam nos monere non dubitant. Credibile eſt, hoc nomen dies hos accepiſſe ab Ægyptiis, qui earum ſuperſtitionum ut plurimarum aliarum fuerunt Auctores;* ſed ſolvit κατόπιν τῆς ἑορτῆς, quod ajunt Græci, hunc nodum Gordium. Lambecius enim jam e Catalogo vivorum exceptus erat, cum Tomus hic VIII. Grævii compareret in Librorum Catalogo. Et dubitari quoque poſſet, etiamſi prodiiſſet citius, utri horum Duumvirorum major laus debeatur, Lambecio, qui ſe neſcire hunc griphum, an Grævio, qui ſcire ſemet profeſſus eſt?

§. 51. Scire ea quæ neſcias, ea docta eſt inſcitia. Fateri ingenue eſt liberalis modeſtia. Dare operam ut expugnes, illa demum eſt vera Philoſophia. Atque hæc omnia fuere in Lambecio. Ignorantiam ſuam habuit cognitam. Confeſſus etiam, quæ ſibi Muſa-

rum inclementia negaverat. Et omnes ingenii nervos in id contulit atque intendit, ut ſuperata ἀνιςορησία ad veram & ſolidam & exactam quandam Polyhiſtoriam adſpiraret. Neque etiam nullos in hoc eleganti ſtadio fecit progreſſus. Teſtes ſunt hujus rei lucubrationes quam plurimæ, quas nobis impertiit. Et ſi nullum haberemus de eo fœtum alium, quam cujus proſopographiam hiſce ſchedis inſcripſimus, non tamen coactos nos arbitraremur hanc cauſam deſerere, & mutata priori ſententia a nobismet ipſis diſſentire. Accedunt ad noſtram hypotheſin Viri undiquaque doctiſſimi, qui ſe Commentariis Lambecianis in ſuis conatibus egregie adjutos profitentur, & nomen hujus Polyhiſtoris, quod in Bibliotheca Græca Joh. Alberti Fabricii, & in Palæographia Græca D. Bernardi de Montfeauçon, & in aliis ejusmodi præclaris operibus, velut herba parietaria per ſingulas pagellas fere ſerpit & omnibus capitibus inerrat, ſatis oſtendit, quo loco & numero apud eos ſit, quos Muſæ intra velum docuerunt.

§. 52. Integram fere Bibliothecam Græcam habet, non unicum & privatum librum, quicunque hoc opus poſſidet; Et ſi per fati aſperitatem Auctori licuiſſet eidem coronidem imponere, & huic fabulæ ultimum adjice-

re

re actum: Non Græcam tantum indepti essemus Bibliothecam, sed & Latinam, & Germanicam,& Gallicam,& Hispanicam,& Italicam, & Hebraicam, & Syriacam, & Arabicam, & Turcicam, & Persicam, & Sinensem &c. Constat hoc ex Sciagraphia hujus Systematis, quam supra §. 21. vidimus. Et indefessum studium Lambecii nobis fidem facit, eum non tantum se confirmaturum fuisse, quæ verbis sposponderat, sed & plura præstiturum, quam initio receperat; ast fatum intercessit hisce cœptis præclarissimis, & fortunæ malignitas excussit huic Apelli penicillum prius, quam delineatam hanc Venerem ad umbilicum perducere quivisset: Quod quanto damno & detrimento & dispendio fuerit Reipubl. Literariæ, breviter sane & perfunctorie dici non potest, illud potest, jacturam quam in præmaturo hujus Viri obitu fecimus, esse pene irreparabilem.

§. 53. Non latet, ejus Successorem Dn.Danielem de Nessel resumsisse hanc lampada, quam dura necessitas Lambecio extorserat, & eam ultra illam lineam proferre conatum, in qua ejus Antecessor defecerat. Etenim & Codices Græcos MSctos ab eo prolixe enarratos enarravit breviter & quasi ἐν κεφαλαίῳ, ut Græco proverbio utar, & quos adhuc a ma-

nu

nu Lambecii intactos noverat, puta Historicos Græcos profanos & Philologicos, nec non Hebraicos, Syriacos, Arabicos, Turcicos, Persicos, Armeniacos, Æthiopicos, Mexicanos & Sinenses, eos adjecit adhuc, quasi huic turmæ colophonem additurus: sed eheu! quam distant æra lupinis, & quam non contingit cuivis adire Corinthum. Non omnes possunt olere unguenta exotica.

- - non præcinit omnem
Ad digitum Phœbæa Chelys, non norimus aures
Aonia mulcere lyra, non pectinis hujus
In plebem vilescit aper, hæc gloria vatum,
Hoc jubar, hic titulus solos contingit Homeros.

§. 54. Non dicam in præsenti de inscriptione operis Nesseliani, quod titulum Breviarii & supplementi Commentariorum Lambecianorum in fronte gerit: nec opponam primæ huic voci vocem Senecæ, qua Ep. 29. p. 301. dicit: *Breviarium* nunc vulgo dicitur, quod olim, cum Latine loqueremur, *summarium* vocabatur: Damus hoc, & quidem ambabus, quod ajunt, damus manibus: novam fuis-

fuisse hanc vocem ætate Senecæ, sed post ejus tempora ita invaluisse, ut nec Plinium, nec Suetonium, nec alios ejusdem puduerit,

Quos penes arbitrium est & jus & norma loquendi.

Sed frontis munditles iliorum sordes non expurgat, & vestibuli venustas penetralia ab invenústate non absolvit. Potest mulier superne formosa in atrum piscem desinere; Potest pannus vilissimus habere purpuram prætextam; Potest pyxis plumbea Epigraphe aurea superbire; Potest liber ineptissimus inscriptione gaudere non inepta. Et licet animus non sit, Nesselii scriptum in hunc censum referre, utpote qui suis scoriis non pauca auri ramenta admixta habet; tamen ex iis, quæ de eo dicturi sumus constabit arbitror, istud Lambeciano opere multis parasangis esse inferius, tantum abest, ut illud eidem existimemus æquiparandum.

§. 55. Equidem si ad duorum scriptorum æqualitatem nil requireretur amplius, quam chartæ & typorum similitudo, res conclamata esset & causa finita: Tanta enim utriusque in utroque est parilitas, (si fas uti hoc vocabulo) uti jurares fere, utrumque in eadem officina

iis-

iisdem litteris esse descriptum, utut Commentarii Lambeciani Vindobonam solam, Nesselianus autem Catalogus cum Vindobona & Noribergam suam esse patriam diserte fateantur: sed quia æque ineptum esset lites de Librorum parilitate & disparilitate ex chartæ & typorum similitudine & dissimiludine dirimere, atque ex harmonia vestium externa pronunciare de interna animorum conspiratione; ingentis sane ἀσυλλογιςίας nos reos faceremus, si ex istis præmissis hanc conclusionem velimus elicere. Est ita; Opus Lambecii & Breviarium Nesselii ratione formæ externæ, chartæ, typorum &c. ita concordant inter se, ut vix ovum ovo possit esse similius, lac lacti, aqua aquæ: sed non obstante hac convenientia differunt inter se ratione styli, methodi & argumenti. Siquidem & stylus Nesselii Lambeciano est incultior, lutulentior & dissolutior; & methodus turbatior, confusior, inordinatior; & tractatio tota indoctior, negligentior & rudior.

§. 56. Non credes mihi has Categorias, nisi easdem probavero; ita autem probabo illas, ut facile sis crediturus. Etenim ad dictionem ejus quod est, unde primam accusationis sumsimus materiem, ubique quidem fere Lambecium κατὰ πόδα est secutus, ejusque vo-

voces, phrases, connexiones & loquendi formulas ita expressit, ut & Solœcismos ipsos irreligiosa religione retinuerit; at vero interdum & suo ductus est impetu, & tunc quasi alio sidere afflatus, vel œstro novo perculsus, orationem vel intempestivis parenthesibus discerpsit & truncavit, vel vocibus quibusdam lutulentis polluit, vel connexionibus ineptis rimosam & semihiulcam reddidit. Et ne hoc gratis dixisse videar; age, & primas tantummodo perlustrabimus lineolas, quas Operi Lambeciano addidit, & videbis, typos Nesseliani voluminis cum typis Lambecianorum librorum non conspirare amicius, quam hoc nostrum assertum cum veritate. Hæc autem est descriptio primi Codicis, quo Lambecianos Commentarios adauxit, & quem in Librum 2. Partis 2. rejecimus, ne Codices Historicos divelleremus: Tertius (inquit Parte 4. Catalogi p. 4. n. 3.) *Codex MSctus Philosophicus & Philologicus Græcus est membranaceus antiquus, elegans & optimæ notæ, in folio majori, constatque foliis centum octoginta octo, olim ad Virum Cl. Johannem Sambaucum, ut ipsa solita propriæ manus inscriptione testatur, pertinuit, quo continentur Isocratis Oratoris Atheniensis celeberrimi, (qui annos natus centum & sex obiit anno ante æram Christianam 321. vel 330.) Orationes.* Atque hujus quidem

der : delineationis præsidia ; vel, si accuratius adhuc velimus ponere calculum, duo tertiaria e Lambecii penicillo defluxero. Hic enim in omnibus fere Codicibus MSS. qui ex Bibliotheca Sambuci in Cæsaream translati & a se descripti sunt, hoc prologo est usus. Et Nessellius fiducia hujus Viri fretus ita ejus vestigia secutus est, ut nec a locutionibus ejus dubiis & semibarbaris se abstinuerit, sed quasi ex tripode delapsa essent omnia, quæ scripserat Lambecius, cum eo dixerit : Sambucum *manu propria* scripsisse, pro eo, quod latine debuisset dicere ; manu sua. Et quam inconcinna, insulsa & insipida sunt illa omnia, quæ de suo deinceps addit || Dicit, Isocratem fuisse *Oratorem* Atheniensem, quem constat ex Plutarchi Vitis X. Rhetorum, p. m. 837. seqq. Tom. 2. Opp. fuisse *Rhetorem* magis, quam *Oratorem*. Primum quidem, quia voce erat gracili, & ingenio timido & parum apto ad dicendum, tum, quia per totum vitæ spatium non nisi unicam orationem ipse habuit, & tandem, qua interrogatus, cur alios instrueret ad perorandum, hac facultate ipse indutus non esset, respondit, se cotis instar esse, quæ non habens facultatem secandi ferrum tamen acuere. Nec veritati est consentaneum, quod scribit, eum obiisse annos natum 106. ante æram Christianam 321. vel 339. Natus est enim teste Plutarcho

[illegible] ex Dion. Halicarnassensi de antiquis Oratoribus apud Hieron. Wolfium in Vita Isocratis Opp. praemissis, Olympiade LXXXVI. [illegible] bellum Peloponnesiacum [illegible] ante aeram Christianam 434. [illegible] annum aetat. 106. attigisset, ut scribit Nesselius [illegible] Anno 331 vel 330 ante aeram Christ. [illegible] A. 338 decessisset; sed & hic [illegible] est, quod dicit, eum annos [illegible] Diserte enim Philostratus lib. I. de [illegible] II. 7. p. 506. scribit, eum ex[illegible] ἑκατὸν ἔτη, id est, fere centum [illegible] Plutarchus l. c. vixisse [illegible] (ὡς ἕτεροι) ἑκατὸν, i. e. annos [illegible] velint C. Et quo pro[illegible] ab aetate Isocratis, eo [illegible] quam Suidas, qui solus ex [illegible] dissidit [illegible] Nesselii. Et si ex[illegible] haec omnia nolumus ὀβελίζειν, hoc tamen [illegible] possumus non atro carbone notare, quod [illegible] necessitatem duobus hic usus est [illegible] & dictiones innocentes quasi carceribus inclusit, & quod tam jejune de [illegible] hujus Codicis MS. est locutus. [illegible] non dixit, *Quot & quae Orationes Isocratis eadem essent comprehensa?* Et si ad narrationem Lambecii de aetate ejus quaedam voluisset adjicere, [illegible] non ita disposuit verborum seriem: *Continentur eo Isocratis Oratoris*

toris Athenienfis celeberrimi orationes, qui annos natus CVI. obiit ante æram Chriftianam 331. vel 330. fic enim exactiorem dediffet nobis de hoc MS. ideam, & junctura verborum fuiffet concinnior, lenior, mollior & rotundior.

§. 57. Sed maluit Neffelius orationem dubiam, quam certam, ftrumofam, quam planam, hiulcam, quam apte cohærentem. Et fi a minori ad majus valet confequentia, fecundum Logicorum axioma; non erit difficile hariolari, quot monftra in Methodo univerfi Operis debellanda nobis fint, cum in uno paragrapho tot portenta fe nobis objecerint? fane quam œconomia Catalogi Neffeliani in primis lineis ilico depravata eft, & rudis umbra hujus imaginis admifit ftatim quasdam illuftres Anomalias. Cum enim ita digerendæ fuiffent illæ VII. partes, in quas hoc fpiffum Volumen difpofuit, ut Pars præmiffa Bibliothecæ Vindobonenfis hiftoriæ, I. reciperet Cod. MSctos Theologicos, II. Juridicos, III. Medicos, IV. Philofophicos, V. Philologicos, VI. Hiftoricos, VII. Sacros fectione I. profanos II. Hebraicos, Syriacos, & alios hujus commatis; Ecce eosdem ita ordinavit, vel potius turbavit, uti Parte I. Cod. Græcos MS. Theologicos, II. Juridicos, III. Medicos, IV. Philofophicos & Philologicos, V. Hiftori-

cos

[illegible] Sacris & profanis VI. Indices praecedentium IV. partium, VII. Codices Orientales descripserit. Quod quanto detrimento fuerit [illegible] universo operi, Margites sit & canone [illegible] praesertim, qui non perspicit? Cruditas, quae in concoctione prima residet, non corrigitur in secunda. Vitium, [illegible] imaginis ineptam reddi[illegible] emendatur. Et haec [illegible] quae ab auctore in ingressu operis [illegible] excentas [illegible] anomalias alias [illegible] adgiferit. Hunc enim factum, [illegible] Historiam Biblio[illegible] continuis ad additamenta re[illegible] Licet lectoribus, qui appendicis lo[illegible] poterunt, profitur fue[illegible] Itinerarium, ut parte IV. Codi[illegible] MS. Philosophici cum Philologi[illegible] V. Historici Sacri vel Ecclesia[illegible] profanis confusi fuerint, quos [illegible] ante non sine labore disjunxerat; [illegible] ut Index Operis contra [illegible] totius Reipublicae litterariae principia [illegible] chronica partibus Operis connumera[illegible] Parti VII. juxta & additamentis omnibus praepositus, & nec omnibus partibus adaptatus fuerit, nec omnes partes habeant Indicem; Hinc quoque factum, ut aera cum Indice, & Syllaba cum capitibus, & Opera

 Lam-

Lambeciana cum Supplementis Nesselianis ita permixta fuerint & conturbata, ut ab eo, qui delicato est stomacho, vix sine nausea & fastidio possint conspici.

§. 58. Neque etiam evadit Nesselius ex nostris retibus, etiamsi dicat, se in dispositione Codicum MSctorum rationem habuisse tantummodo formæ externæ, non vero materiæ, non argumenti, non temporis. Hoc enim eundem causatum, ex eo conjicio, quod Parte VII. p. 180. scribit, se ordinem & collocationem Codicum MSctorum Græcorum olim a Cl. Lambecio usurpatam suisque Commentariorum libris insertam, immutare coactum, ut consuleret elegantiæ & concinnæ collationi & magnitudini librorum, quæ in instructissimis Bibliothecis observari debeat, ne jucundum amitteret prospectum: Inquidem hoc ipso suam causam adhuc reddit deteriorem, tantum abest, ut meliorem faciat. Etenim ut non dicam hanc rimam jam supra §. 26. ita a nobis esse obstructam, ut omnis linea per eam elabendi jam decollaverit. Qua ratione hæc cohærent inter se: Facies Bibliothecæ Cæsareensis immutata est a me, Ei non potui Breviario & Supplemento Commentariorum Lambecianorum aliam dare faciem, quam dedi? an propterea, quia Libri Augu-

stiss.

[illegible] indepti erant [illegible] Liber I. Lamb[illegible] [illegible] Liber secundus [illegible] omittendus ? [illegible] philosophico [illegible] Historici [illegible] cum Poli- [illegible] ad Indicem [illegible] medio operan- [illegible] Bibliotheca [illegible] valde [illegible] Cassia [illegible] bono [illegible] Catalogum [illegible] prudentia [illegible] Catalog[illegible] [illegible] ipsius [illegible] Cur librum [illegible] Lambecianorum non [illegible] Cur Libro secundo non [illegible] [illegible] locum ? Cur pari [illegible] Indicem ? Cur codices Philolog- [illegible] & Historicos profanos [illegible] [illegible] non signo peculiari [illegible] [illegible] quid esset a manu [illegible] Lambecii ? Cur eos, qui [illegible] [illegible] materiam, & [illegible] [illegible] non con- [illegible] Cur v. g. duo- [illegible] bus

bus Codicibus MS. Chronico[illegible] Manassis comprehendentibus [illegible] 91. & 93. Codicem alium [illegible] terbosuit? Uterque est charta[illegible] in quarto, uterque ejusdem [illegible] æ.

Sane indicio est [illegible] tralatitium in animo ejus fui[illegible] tum Catalogum, cum huic C[illegible] num conficiendo manum adm[illegible] positio enim generalis docet, [illegible] pati in numerato habuisse, jud[illegible] tem. Et specialis ostendit, e[illegible] libris ne quidem tantum intu[illegible] ut titulos inspiceret. Et tamen hos o[illegible] condonaremus ipsi nævos, dum[illegible] in forma neglectum est, in ma[illegible] fallat; sed eheu [illegible] Nescio quantum est in [illegible] Injuriam mihi facere videntur [illegible] becio, qui eundem virum Lam[illegible] tuantur; nihil hic Lambecian[illegible] olet; nihil peculiare [illegible] nihil præ aliorum ejus ... [illegible] quotidiana, vulgaria, proclivia [illegible] digesta, concocta, nec attent[illegible] superficiaria, dicta chartis potiu[illegible] pta. Et si qua fortassis ex per[illegible]

[illegible] dagmenta sunt in recensione Codi-
cum MS. Græcorum historicorum profano-
rum [illegible] ad videtur Pantzelio in Colloquiis
[illegible] A. C. 1696. Mens. Octobr. p. 947.
[illegible] proiecto & ex trium vel qua-
[illegible] descriptionem continentia,
[illegible] VII. Menses tantummodo post edi-
[illegible] Octavi [illegible] superstes fuit
[illegible] eodem tempore fere semper cum
[illegible] colloquatus, ut adeo non
[illegible] relinquere potuerit
[illegible] omnia, si tres vel
[illegible] rudi penicillo
[illegible] si vel hoc nomine solo Nes-
[illegible] plagii suspicione sit absolvendus.

[illegible] Non facimus, quod vici solent
[illegible] ad populum, nostris potius
[illegible] armis confligere. Et sane si o-
[illegible] vellemus referre
[illegible] non dies hic sufficeret, non
[illegible] non charta, non atramentum. De-
[illegible] §. 26. quendam hujus rei gu-
[illegible] est eos imitari, qui terrarum
[illegible] & imaginem rei magnæ in ta-
bula [illegible] describere, ad duo re-
vocabimus capita omnia, quæ [illegible] Nes-
[illegible] maculas inesse & adhibere
[illegible] dicemus [illegible] adeo laborare [illegible] Sup-

 ple-

plementa & *brevitatis nimiæ* ...
culpa.

Non parva interdum conjuncta est ...
parvis.
fateor. Pumiliones sunt in deliciis ...
corporis exilitatem; Sculpturæ ...
sunt cariores, quo minutiores. Libri ...
non raro se brevitate commendant ...
apud fastidiosos & occupatos: sed brevitas ...
non debet esse dissoluta, sed exacta ...
perfecta, sed perfecta, & ex con...
rum partium exsurgere, quam rem ...
non vero ex amputatione, ...
exlectione earundem.

§. 61. Largimur Nesselio, eundem Bre-
viarium scripsisse, non Commentario-
rum & hoc nobis ab eo concedi ...
scripsisse Breviarium Commentariorum Lam-
becianorum & insimul eorundem Supplemen-
tum. Adeoque non inique ab eo ...
postulamus, quare Librum eorum ...
dum in Breviario suo totum recenserit & ...
carit, cum aliud omnino sit breviare, aliud
mutilare? Item quare in Supplementis de Scri-
ptoribus tam jejune, & de scriptis eorundem
tam frigide egerit? Siquidem ...

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Scriptores ...

quo-

[illegible] patriam [illegible] fatis [illegible]
[illegible] & si quando ultra titulum aliquid ex-
[illegible] Cod. MS [illegible] in hoc
[illegible] videtur [illegible] Hæ enim sunt lineæ,
[illegible] duxit. Scilicet,
[illegible] proximos esse celanda, & præ-
[illegible] nomen Scriptoris & scripti [illegible] esse
[illegible] Codicibus [illegible] non
[illegible]
[illegible] Daretur ipsi veniam hujus delicti,
[illegible] fed, qui minus est, vix dare pos-
[illegible] error, si æque brevis esset in
[illegible] atque est in Supplemento,
[illegible] possemus huic togæ purpuram præte-
[illegible] dicere: Eandem tam angustis ca[illegible]
[illegible] Lectoris causa, cujus nauseam
[illegible] quia longiorem se exhibuit, ubi
[illegible] esse C[illegible]us, & Curtium, ubi Longi-
[illegible] quia in Codicibus iis recensendis,
[illegible] suis Commentariis [illegible]
[illegible] satis prolixus, & in iis tantummo-
[illegible] est quod suo Marte evolvere & de-
[illegible] non possumus aliam rationem,
[illegible] hanc, cum ideo
[illegible] & brevem in Sup-
[illegible] alio largiri potuit.
[illegible]
[illegible]

§. 63. Et utinam ea, quæ desuper largitus est, illi etiam cautione & providentia dedisset, qua decet, tum sane pluribus adhuc nominibus ipsi essemus obstricti; sed quasi non satis fuisset dare notitiam mutilam de Codicibus MSS. dedit etiam corruptam, & interpolatam de eorundem Scriptoribus. Cujus rei ut exemplum quoddam in medium proferamus, non est necesse ad §. 56. recurrere & ea hoc loco repetere, quæ ibi jam adduximus; neque etiam opus esse opinor ad sphalmata typographica confugere atque ab iis probationem hujus causæ emendicare; nam licet illorum tantus in hoc Volumine sit numerus, ut cum Xerxis numeroso exercitu multitudine possint contendere, & omnes fere paginæ testentur, Lambecii sphalmata a Nesselio non tantum fidelissime retenta, sed & largissimo proventu ita adaucta, uti ex tribus in una Periodo tredecim facta fuisse animadverterim; tamen non indigemus in præsenti his suppetiis, cum armis fortioribus non queamus defendere & illum oppugnare. Scilicet agit Nesselius Parte V. Cod. 122. n. 6. p. 175. de Agathemeris Hypotyposi, s. compendiaria Expositione Geographiæ, dicitque, Samuelem Tennulium eandem primum ex Bibliotheca privata V. Cl. Joh. Jacobi Chiffletii in lucem edidisse, cum pereruditis Notis, & esse veram hujus nominis scripturam Ἀγαθημέρου,

s. Aga-

[illegible] nem Ἀγαθήμερος, [illegible] [illegible] o quam procul roshuisset; [illegible] Nollenius, si notas Tennulii in [illegible] n. Extant in his duo vel [illegible] hunc à Godofrido Ven- [illegible] allata, in quibus L. Ælius [illegible] prius Agathemer com- [illegible] In Mosq. Christiano in flexio [illegible] Ἀγαθημέρους, non vero A- [illegible] apud vero Vestibus, atque multo [illegible], ut ipse scribit [illegible] infra [illegible] Grammaticam [illegible] semel maxi- [illegible] Codicibus MS. & lapidibus, [illegible] lucret Ἀγαθήμερος, & [illegible] non tamen [illegible] præstantia ejicienda, & [illegible] pronunciandum fuisset, hanc [illegible] & illam falsam, sed potius cum [illegible] hoc dicendum, utram- [illegible] suas habere rationes probabi- [illegible] alterius [illegible] eligendis [illegible] [illegible] foret operæ difficilis adhuc plu- [illegible] generis in hoc Opere manifesta- [illegible] Tot enim & tantæ sunt, aut ali- [illegible] quam ut quærendæ videantur, sed [illegible] vacat in præsenti ulterius [illegible] Est modus matulæ. Et videor

 vide-

videre Prætorem, qui nostram sententiam de tabulis & imaginibus hinc inde interspersis exquirat. Non sunt illarum tam multæ, quam in Commentariis Lambecii; plures tamen sunt, quam deberent esse in Breviario, & pauciores, quam in Supplemento. Etenim si recte posui calculum, ultra centum sunt, quas ipse debet Lambecio, & his centum quidem addidit, quas nosmet delevimus ipsi. Oportuisset autem in aliis exhibendis parciorem esse potius, & liberaliorem in suis, si gratiam inire voluisset apud posteros, tum quia illæ jam semel excusæ & æri incisæ erant, hæ vero non item, tum quia Supplementum decebat potius superbire ejusmodi elegantiis, quam Breviarium. Neque etiam causari potest, defuisse sibi occasionem Pinacothecam Lambecianam augendi: siquidem ipse Parte VI. Cod. 53. p. 9. ille testatur, in Nicetæ Acominati Choniatæ Historia auctoris imaginem fuisse depictam, & l. c. Cod. 80. pag. 141. memorat, Vaticinia nonnulla Constantinopolitana a Gennadio Patriarcha explicata cum figuris eleganter pictis eodem comprehendi. Taceo alias hujus commatis figuras, quas si loco illarum XLVIII tabularum Historiæ Mosaicæ prima elementa continentium & Parti I. p. 55. sequ. insertarum curasset æri insculpi, & sumtibus Bibliopolarum

[illegible] t, & [illegible] Reipublicæ literariæ
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] da & [illegible] da
[illegible] Longius [illegible] impetus
[illegible]
[illegible]
[illegible] Hæc autem potissimum
[illegible] bis sunt problemata, si [illegible]
[illegible] nstrare velimus. Scilicet [illegible]
[illegible] Opera majora
[illegible] Opera Latina
[illegible]
[illegible] quod ad [illegible]
[illegible] nobis esse
[illegible] Epistolas atque Epi-
[illegible] Casaubonum in Epist. [illegible]
[illegible] Henricum IV. Regem Galliæ
[illegible] Georgium Græviumsuum præfat.
[illegible] quæ jam in Epistolis ejus est
[illegible] præfat.
[illegible] dedicat [illegible]
[illegible] plures hujus [illegible]
[illegible] rum hominum Respubl. literaria
[illegible] incompo-
[illegible] iisdem dissentiant, &
[illegible] argumentis [illegible]
[illegible] ptores ejusmodi cum scriptis in-
cu-

cusant, quam qui defendunt. Livios putant, & Trojos Pompejos, & alios Auctores nobilissimos eorum culpa periisse; sed fallacia non causæ ut causæ hæc est, & recte hanc objectionem diluit Vir doctissimus Laurentius Begerus in Apologia pro Floro, idum scribit: Quis non videt, hoc non Epitomatoribus aut Compendiis, sed socordiæ hominum & fato rerum adscribendum? Epitomatoribus autem gratiam habendam esse, quod ex voluminibus magnis res plurimas servarint, quarum sine his forsan ne Jota quidem superesset? Quam felices essemus, si Compendia eorum haberemus, quæ passim etiam antiquis Auctoribus allegantur? Quis autem hæc abolevit? sane non Compendia, nam non erant, sed temporum iniquitas, bellorum furiæ, incendiorum rabies, quibus & alia mundi decora periere, quorum hodienum indicia, utut interdum exigua, nullo modo tamen contemnimus, sed potius anxie inquirimus, summaque æstimatione dignamur, quod in tanta rerum humanarum paupertate memoriam præteritorum utcunque renovent.

§. 66. Possem his rationibus Begerianis sexcentas alias annectere atque iisdem hanc meam causam tueri: possem & ἄτεχνα quædam argumentis ἐντέχνοις subjicere, & non


pau-


paucioribus Exemplis, quam testimoniis meæ sententiæ lenocinari; sed quid opus est prolixa dissertatione, ubi tria verba sufficiunt? Sic enim rationem duco, & utile esse, & necessarium præstantissimorum ingeniorum monumenta redigere in Epitomas, si videlicet rara, cara & præclara fuerint, & si omnis spes ea rursus integra recudendi decollaverit. Et cum hæc tota tetractys ita insit & adsit Lambecianis voluminibus, ut vix ullis quibusdam magis inesse credam; non puto, quenquam in Republ. Liter. fore tam iniquum rerum æstimatorem, qui hanc nostram Epitomen scriptis pestiferis sit annumeraturus. Non illa eo fine a nobis concinnata est, ut Commentarii Lambeciani pereant, sed ne pereant. Servabit hoc Compendium eorum spiritum, nucleum, centrum. Et quamdiu istud per fati benignitatem superit, tamdiu non omnis morietur Lambecius.

§. 67. Et hæc etiam est fidelia, qua parietem alterum dealbare possumus; Hic gladius, quo nodum sequentem solvere; Hæc regula, qua ad quæstionem secundam respondere. Quicquid dicitur de omnibus, dicitur de singulis. Et quod fas est in quovis, non interdictum est in quodam. Licet ex omnibus corticibus excerpere nucleum; licet ex herbis

cun-

cunctis salubrioribus succum exprimere; licet radios dispersos omnes colligere in centrum; licet Opera omnia, quæ sunt ejus generis, ut diximus, in formam minorem contrahere, & sic ab imminente interitu quasi vindicare. Satius est de iis habere aliquid, quam nihil. Et præstat ullam retinuisse eorum ideam, quam nullam. Cultores Sanctorum ancipites reliquiæ delectant; Antiquitatum amatores rudissima fragmenta venerantur: Et qui corpori posuerunt pretium, illi nec umbram ejus solent fastidire. Non fuit in nostris viribus dare totum Lambecium, & ejus Commentarios integros denuo luci publicæ restituere. Dedimus igitur hanc Epitomen, & putavimus, esse satius, habere ejus Compendium, quam dispendium.





PETRI LAMBECII,
HAMBURGENSIS,
DE
AUGUSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI.
LIBRI PRIMI
PARS PRIMA,

Continens Historiam

I. Bibliothecæ Vindobonensis Cæsareæ ejusque præcipuè Præfectorum, ut:

1. *Conradi Celtis.*
2. *Johannis Cuspiniani.*
3. *Caspari à Nydpruck.*
4. *Wolffgangi Lazii.*
5. *Augerii de Busbecke.*
6. *Hugonis Blotii.*
7. *Sebastiani Tengnagelii.*
8. *Wilhelmi Rechbergi.*
9. *Matthæi Mauchteri.*
10. *Petri Lambecii.*

A *II. Ethni-*

II. Ethnici cujusdam sarcophagi Vindobonæ A. C. 1662. reperti.



Umaniores literas sub Friderico Imperatore, qui A. C. 1440. imperare cœpit, & reverâ QUINTUS fuit illius nominis, licet TERTIUS appelletur vulgò, revixisse in Germania, partim inventione Typographiæ circa jam memoratum annum 1440. partim verò instauratione studii linguæ Græcæ per *Rudolphum* præcipuè *Agricolam*, discipulum *Theodori Gazæ*, qui Constantinopoli à Muchamedo II. A. C. 1453. d. 29. Maji expugnatâ, una cum aliis quibusdam eruditis Græciæ exulibus, in Italiam se contulit; tam manifestum est ex Historia literaria, ut prolixiore demonstratione non indigeat. Cum igitur Imp. *Maximilianus I.* A. C. 1493. Patri Friderico in Imperio successisset, nec multò post in primis Comitiis A. C. 1495. *Augustæ Vangionum*, sive *Wormatiæ* celebratis, Tribunal Imperii Romano-Germanici, quod *Camera Imperialis* vulgò dicitur, *Augustæ Nemetum*, sive *Spiræ* fundasset, atque insuper in iisdem Comitiis sapientissimè decrevisset, ut Septem-Viri Electores in sua quisque ditione publicas

Scho-

Scholas, sive *Academias* instituerent: præcipua deinceps cura ipsius fuit, ut MSCtorum Codicum libraria supellex, inde ab Imperatore *Rudolpho I.* cum a cæteris, vel Imperatoribus, vel Archi-Ducibus Austriacis, tum in primis a patre *Friderico*, *Æneæ Sylvii* potissimum & *Georgii Purbachii* adminiculo collecta, & qui post inventionem Typographiæ & expugnationem Constantinopoleos, vel Græci, vel Latini libri accessissent, in formam justæ Bibliothecæ redigerentur. Quâ quidem in re operâ præcipuè usus est *Conradi Celtis*, primi inter Germanos ab Imp. *Friderico*, non verò *Maximiliano I.* prout Henricus Pantaleon Part. 2. de Viris Illustr. Germ. refert, Poeticâ laurea donati, quem ipse in inclyta *Academia Vindobonensi* Eloquentiæ & Poëseos Professorem primarium constituit, ut apparet ex Constitutione ejus de honore & privilegiis Poëtarum A. C. 1501. promulgata, quæ extat Tom. 3. Constit. Imper. à Melchiore Goldasto editarum. Et cum hic ipse Vindobonæ A. C. 1508. d. 4. Febr. obiisset, relictâ insigni, ut temporibus illis, Bibliothecâ privatâ, quæ postmodùm magna ex parte in Cæsaream transfusa est; successit deinceps in administrationeBibliothecæ Cæsareæ discipulus ipsius *Johannes Cuspinianus*, sive *Spieshammer*, Sveinfurtensis, relictis ingenii monumentis cla-

rissimus, cuius consilio & operâ Imp. Maximilianus I. qui eum Consiliarii & Historiographi sui titulo, & insuper præfectura Senatus Vindobonensis ornavit, in difficillimis negotiis usus est, adeò ut sæpè in multam noctem de gravissimis Imperii rebus cum eo collocutus sit. Atque sub hujus Ephoria plurimum crevit Bibliotheca Cæsarea accessione non exigui numeri insignium Codicum MSCtorum partim quidem ex Monasticis quibusdam Austriacæ ditionis Bibliothecis, quæ speciali Cæsaris jussu ea de causa fuerunt pervestigatæ, partim verò ex reliquiis Regiæ Bibliothecæ Budensis, à Serenissimo Rege Hungariæ Mathia Corvino, qui A. C. 1490. obiit, institutæ, quæ A. C. 1526. cum Solymannus Turcarum Tyrannus, post Ludovici Regis Hungariæ interitum, Budam occupasset, miserè direpta varieque distracta est. Post Cuspiniani porro obitum, qui in annum 1529. incidit, quo jam memoratus Tyrannus Turcarum Solymannus d. 22. Sept. Vindobonam frustra cœpit obsidere, præcipuam Bibliothecæ Cæsareæ curam gessit *Caspar à Nydpruck*, cujus Hieronymus Wolfius in præfatione primæ editionis Annalium Zonaræ A. C. 1556. scripta meminit, & de quo plura ipse referam in recensione MSCtorum Latinorum Juridicorum, quippe inter quos varia ab ipso vel composita, vel col-

collecta opuscula Juridica reperi. Obiit autem Bruxellis, die 26. Septemb. A. C. 1557. Et circa idem tempus eadem Augustissimâ Bibliotheca plurimum usus est V. Cl. *Wolfgangus Lazius*, Imp. Ferdinandi I. Consiliarius & Historiographus, cujus ætate illa egregiis quibusdam aucta fuit incrementis. Nam primum translata in eam sunt pleraque tam MSCta, quam impressa volumina insignis Bibliothecæ Illustrissimi ac Rev. Dn. *Johannis Fabri*, Episcopi Vindobonensis, qui d. 21. Majii, A. C. 1541. vitæ finem imposuit; Tum etiam accessit numerosa Bibliotheca *Johannis Dernschwam de Hradiczin*, quam ille ceu alter quidam Ulysses in variis regionibus summo studio collegerat; & tandem *Augerius Busbequius*, vel potius *Augerius de Busbecke*, (ita enim rectius vocari quam Busbequium, præter αὐτόγραφα, hujus Viri vel sola vocis origo quæ à Germ. *Beck*, vel *Bach* descendit, te poterit docere) Vir Generosissimus pariter ac Doctissimus natione Belga, patria Cominæus, in duabus suis præcipuis legationibus *Constantinopolitana* & *Amasiana*, quæ elegantissimo stylo literis ab ipso consignatæ sunt, incredibili diligentia & impensa magnum comparavit numerum variorum Codicum MSCtorum, quos ex Asia & Græcia Europæa in Austriam reversus Bibliothecæ Cæsareæ consecravit;

vit; Et cum Lazius deinceps A. C. 1565. d. 19. vel 20. Junii ex vivis excessisset, quem perperam tradit Henricus Pantaleon, Parte 3. de Illustr. Viris Germ. & Abrahamus Bulcholcerus in Indice Chronol. cum A. 1556. esse mortuum, cum & adhuc A. 1564. Orationem in exequiis Imp. Ferdinandi I. habuerit, & Oratio funebris in honorem ipsius à *Diomede Cornario*, Zviccaviensi, Vindobonæ in templo S. Petri d. 22. Junii A. 1565. habita, & Epitaphium eidem in dicto loco erectum testetur contrarium; id omne quod in Bibliotheca ejus eximium & rarum fuit, in Bibliothecam Cæsaream fuit translatum. Et licet illa post fatalem Lazii ex hac vita exitum per integrum circiter decennium minore cura fuerit tractata quam olim; cum Busbeckius & absens plerumque & variis legationibus negotiisque publicis implicitus fuerit; desiit tamen hæc periodus tandem & A. 1575. speciali Imperatoris decreto, Pragæ, d. 15. Junii promulgato V. Cl. *Hugoni Blotio*, J. U. D. Delphis Batavis oriundo, præfectura illius concessa est. Atque tunc sane ex morte rursus in vitam rediit. Quippe non tantum numero librorum plurimum aucta fuit, sed meliori etiam ordine in novos redacta Catalogos & secundum certam numerorum seriem ita disposita, ut quodcunque volumen sine ulla difficultate posset in-

inveniri. Quare non injuriâ is *primus* omnium *Bibliothecarii Cæsarei* usus est titulo, quem ante ipsum nec *Celtes*, nec *Cuspinianus*, nec *Nydpruckius*, nec *Lazius*, nec *Busbeckius* usurpaverant. Atque ex hoc tempore Bibliotheca Cæsarea longe lateque inclaruit. Et præcipue quidem sub Imperatore Rudolpho II. qui Patri Maximiliano II. A. 1576. d. 12. Oct. defuncto in Imperio successit, & ut vulgò notissimum est, omnes Majores suos erudita curiositate superavit, multis maximi pretii incrementis indies magis ac magis locupletata est. Siquidem præter plurimos eosque rarissimos tam MSCtos quam impressos Libros, qui sparsim & disjunctè, vel à Viris doctis Cæsari donati, vel magno pretio coëmti, fuerunt, accessit tunc V. Cl. *Johannis Sambuci, Pannonii Tyrnaviensis*, qui Imperatorum Maximiliani II. & Rudolphi II. Consiliarius fuit & Historiographus, & A. 1584. Idibus Junii apoplexiâ Vindobonæ obiit, integra Bibliotheca. Atque cum ea non tantum ingens numerus Codicum MSCtorum & impressorum, sed & numismatum & statuarum & aliorum hujus generis monumentorum veterum, in quibus conquirendis hic vir fuit diligentissimus. Adde quod & Blotius in fine ultimi voluminis antiqui Inventarii Bibliothecæ Cæsareæ testatur, Sambucum adhuc superstitem

jussu Imp. Rudolphi II. una vice quingentos triginta Libros cum vetusta quadam statua, quater mille & quingentis florenis, sive ter mille Imperialibus emisse Bibliothecæ inserendos. Quocirca mirum non est, eam sub Hugonis Blotii præfectura & numero & excellentiâ Librorum crevisse & fulgere quoque cœpisse gloriâ utilitatis, quam inde percepit res literaria. Testis est hujus rei Johannes Jacobus Frisius, cum in ipso Titulo Bibliothecæ Gesnerianæ à se editæ, tum etiam in Epistola dedicatoria & in Operis ipsius Litera H sub nomine *Hugo Blotius*. Ubique enim fatetur, se Bibliothecæ Viennensis Catalogo à Blotio sibi communicato debere cumprimis, quod post Conradum Lycosthenem, & Josiam Simlerum, aliquot mille cum antiquorum tum novorum Autorum opusculis Bibliothecam Gesnerianam amplificare potuerit. Et licet interdum non leviter hallucinatus sit, dum v. g. in Indice prædicto abbreviatè scriptum deprehendens; *Greg. Nyss. Ep. de creatione hominis*, hoc ita expressit: *Georgii Nicetæ, Epistolæ de creatione hominis*, adeoque ridicula prorsus Metamorphosi ex *Gregorio* faciens *Georgium*, ex *Nysseno Nicetam*, & ex *Episcopo Epistolas*, & aliis & ipsi Leoni Allatio primario Bibliothecæ Vaticanæ custodi in Diatriba de Georgiis & eorum scriptis imposuerit; tamen res

ipsa

ipſa loquitur, eundem non parum quoque hoc adminiculo in Opere ſuſcepto fuiſſe adjutum. Plane ut & Johannes Leunclavius & complures alii viri docti Bibliotheca Cæſarea ſub præfectura Johannis Blotii, magno ſuo emolumento uſi ſunt, quanquam non omnes pari εὐχαριϛίᾳ. Siquidem eorum nonnulli benignam Codicum MSCtorum commodationem, vel maligno ſilentio, vel malitioſa retentione compenſarunt, & nonnulli facilitatis Blotianæ immemores mala pro bonis ipſi reſtituerunt. Graviter ſane de damnoſa hac librorum extra Bibliothecam commodatione conqueritur ipſe Hugo Blotius in Conſilio de Bibliotheca Cæſarea augenda & ornanda, quod Imp. Rudolpho II. A. 1579. obtulit, & gravius adhuc Joh. Leunclavii ingratum erga ſe & officinam Cæſaris librariam animum in Epiſtola quadam ad V. Cl. Reinerum Reineccium, A. 1593. d. 28. Jan. ſcripta, deplorat. Neque etiam ſine cauſa, ſi quid judico. Nam cum ſuo id beneficio debuerit cumprimis Leunclavius, ut liberum ad Bibliothecam Cæſaream habuerit aditum, tam male gratum ſe tamen eidem exhibuit, ut odio plus quam Vatiniano eundem perſecutus ſit & in præfatione, quam Latinæ Annalium *Glycæ* editioni præfixit, *Johannem Sambucum*, Bibliothecæ Cæſareæ præfectum ſalutaverit, ſaltim ut ægre

faceret *Hugoni Blotio*, quem ille huic spartæ tunc temporis præesse noverat, & quem ipse in suis ad eundem datis Epistolis, quarum autographa adhuc apud nos supersitiant, non semel hoc titulo insigniverat. Sane quam tam certum hoc est, quam quod maxime, Blotium anno 1575. præfecturam Bibliothecæ indeptum eamque usque ad annum 1608. retinuisse. Ut enim hoc certo liquet ex Imp. Rudolphi II. diplomate d. 27. Februarii jam dicti anni 1608. promulgato, quo successio *Sebastiani Tengnagelii* in locum defuncti Blotii confirmatur: Ita non possumus non abominari Leunclavium cum commentitio suo Sambuci Bibliothecariatu & hoc de fatis Blotianis monere adhuc, superesse quandam Sebastiani Tengnagelii epistolam ad V. Cl. Davidem Hæschelium Augustanum A. 1609. die ultimo Februarii datam, qua scribit, Hugonem Blotium propter nimiam in commodandis libris facilitatem, & inde profectam complurium Codicum amissionem *in non levem offensionem in aula incurrisse*. Scilicet habebat is præter *Johannem Leunclavium* non paucos alios in aula Imperiali potentes adversarios, qui administratione Bibliothecæ Cæsareæ ipsi inhiantes, Codicum commodatione deperditorum jacturam apud Imp. Rudolphum II. adeo exaggerarunt, ut parum a bfu-

erit,

erit, quin ille partim hoc nomine, partim vero etiam religionis prætextu præfectura Bibliothecæ omnino abdicaretur. Meminit hujus adversitatis suæ Blotius in Epistola quadam ad V. Cl. Joh. Caselium A. 1583. scripta his verbis -- *Mihi insidiantur, Bibliothecæ Cæsareæ administrationem, quam annos quinque aut sex sectati sunt, jam plane spe devorarunt, & vereor, ne fuci isti tandem in labores meos involent, & quod petunt auferant. Gratis enim se Bibliothecam administrare velle Imperatori affirmant, me pejorem Luthero & Calvinistam esse clamitant. Sciunt enim Calvini doctrinam Cæsari & omnibus Pontificiis, imo vero etiam ipsis Lutheranis execrabilem esse* -- Ac licet illius inimici non impetraverint, ut præfectura Bibliothecæ omnino abdicaretur, hoc tamen effecerunt, ut illi, tanquam in administranda Bibliotheca Cæsarea prodigo, curator datus fuerit *Richardus Streinius* Baro Austriacus in Schwartzenau S. Cæs. Majestatis Consiliarius intimus, & sacri fisci præfectus, cujus Opus Genealogicum *de Antiquis Gentibus & familiis Romanis* Lutetiæ Parisiorum typis Henrici Stephani in f. A. 1559. in lucem prodiit. Absque hujus igitur consensu Blotius deinceps ne unum quidem librum cuiquam commodare potuit, ut ipse queritur in Epistola quadam ad celeberrimum Mathe-

mati-

maticum *Conradum Dasypodium* A. 1600. d. 16. Dec. scripta. Atque ex ea præter alia multa cognoscimus Ephoriam illam s. Inspectionem Baronis Streinii durasse usque ad annum 1600. eodemque anno eum obiisse, relicta insigni Bibliotheca, quæ postea in Cæsaream transfusa est, continetque nonnulla etiam scripta Streiniana hactenus inedita, inter quæ est Imperfectum aliquod *Opus Anti-Anicianum* contra *Arnoldi Wionis* Monachi Benedictini dilucidationem Originis Principum Augustissimæ Domus Austriacæ ex antiqua Romana *gente Anicia*. De qua nobilissima controversia Genealogica pro munere Historiographi à Cæsare mihi commisso alias ex professo agam in Prolegomenis meorum *Annalium Austriacorum* & quam potero luculentissime demonstrabo, veterem illam *Alberti Argentinensis* traditionem de Augustissimæ domus Habsburgo-Austriacæ Origine, ab antiqua Romana gente *Anicia Perleonia* derivata, quam gloriosissimi Romanorum Imperatores *Maximilianus I.* & *Carolus V.* aliique Principes Austriaci ut veram & inde ab ipsius Imperatoris Rudolphi I. temporibus ad se propagatam, validissima approbatione sua confirmarunt, primo quidem ab *Arnoldo Wione* Monacho Benedictino in Opere de initiis S. Benedicti Ordinis, quod *Lignum vitæ* inscripsit, egregiè illu-

illustratam & non mediocriter stabilitam, secundo autem à Joh. Seifrido Abbate Zwethalensi in Opere, cui *Arboris Aniciana* titulum indidit, plurimis validissimisque argumentis adeo solide & perspicuè corroboratam, ut de veritate antiquæ hujus & usque ad Maximiliani I. tempora *unica* opinionis nemo amplius jure possit dubitare, frustraque adeo Gasparem Scioppium hominem ingenii maligni & oris maledicentissimi, qui propter præstantissimorum & de re literaria optimè meritorum Virorum invidas ac injuriosas calumniationes meritò *Canis Grammaticus* appellandus est, doctissimum illud & elegantissimum Abbatis Seifridi opus cavillatoria & convitiosa duorum quaternionum Disceptatiuncula Constantiæ typis Joh. Georgii A. 1651. in 12mo impressa vellicare & criminari esse ausum, quod *Sebastianus Tengnagelius* suo testimonio ac judicio tam præclarè comprobavit luceque publica dignissimum existimavit. Cæterum quod est ad Hugonem Blotium, fuit is, ut ipse in subscriptione modo citatæ ad Dasypodium Epistolæ testatur, annos jam natus 67. cum Richardus Streinius moreretur; Et cum per ætatem Bibliothecam Cæsaream solus non posset amplius administrare, adjunctus illi non multo post fuit pro adjutore s. Vicario V. Cl. Seb. Tengnagelius, qui ipsi tulit

tulit suppetias usque ad annum 1608. quo *Blotius* vita functus nobis præter ea, quæ à *Francisco Swertio* in Athenis Belgicis recensentur, scripta & sequentia reliquit, quæ inter recentiores Bibliothecæ Cæsareæ Codices latinos manu exaratos reperiuntur, scilicet

I. *Hodæporicum* earum rerum, quas in Italia vidit & observavit, summam continens, cujus Epistola dedicatoria ad nobilissimum Juvenem *Ludovicum ab Hutten* scripta est Batavii Kal. Jan. A. 1571. in 8.

II. Commentarius *de Moneta & re Nummaria antiqua & nova* in 4.

III. Commentarius *de ponderibus & mensuris variarum gentium* in 4.

IV. *Historia Genealogica Augustissimæ Domus Austriacæ ab anno 1455. usq. ad annum 1588.* in 8.

V. Historica descriptio celeberrimi *conventus Imp. Maximiliani I. & trium regum Hungariæ, Bohemiæ* atque *Poloniæ celebrati Vindobonæ* 1515. Mens. Jul. Lat. & Germ. in 4.

VI. Acta publica ad Hist. Polonicam pertinentia, quorum titulus est hic: *Miscellanea rerum Polonicarum*, h. e. *Consultationes de eligendis Poloniæ regibus initæ, ordinum regni decreta, s. Consulta,*

Diplo-

Diplomata, Legatorum, Orationes, Literæ item privatim & publice de rebus Polonicis scripta, multaque alia huc pertinentia, jam inde ab Henrici Andium Ducis (qui nunc Galliarum rex est) ex Gallia in Poloniam adventu usque ad hæc tempora magno studio Collecta ab Hugone Blotio S. Cæs. Maj. Bibliothecario A. 1576. in f.

VII. *Inventarium Bibliothecæ Cæsareæ* A. 1575. inchoatum & A. 1576. absolutum IV. Volum. in f.

VIII. *Catalogus Bibliothecæ Rumpfianæ* A. C. 1575. compositus jussu illustrissimi excellentissimique viri Dn. Wolfgangi Rumpfii, S.Cæs. Maj. Consiliarii intimi & præfecti Sacri Cubiculi in f.

IX. *Catalogus Bibliothecæ Job. Sambuci Tirnaviensis, compositus* A. 1587. in f.

X. *Oratio s. Libellus supplex pro Bibliotheca Cæsarea* ad Imp. Maxmilianum II. A. 1576. Mense Apr. in f.

XI. *Consilium de augenda & ornanda Bibliotheca* Cæsarea A. 1579. ad Imp. Rudolphum II. in f. In quo à Bibliothecario requirit, ut sit à reliquis muneribus liber, linguarum multarum peritus, justus, laboriosus, fidus, industrius, non pauper, non superstitiosus, amans rei literariæ &

natura

natura in promovendam rem Bibliothecariam propensus, & ab Imperatore flagitat, ut suæ Bibliothecæ præfectis, ad conciliandam majorem auctoritatem cum *nobilitate* titulum *Consiliarii* concedat.

XII. Reperi insuper præter jam enumerata Hugonis Blotii scripta in Bibliotheca Cæsarea extantia etiam Adversaria Epistolarum ejus & libellorum supplicium; nec non duo spissa volumina autographarum Epistolarum, quas ad eundem Blotium miserunt complures superioris & hujus Seculi Viri celebres. Atque in iis est etiam una Augerii Busbeckii, in qua de iniqua æstimatione præstantissimorum Codicum MSctorum conqueritur, quos ex Oriente secum advexerat & Bibliothecæ Cæsareæ consecrarat. Hos enim omnes ut mille florenis venderet Imperator, malesanum nonullorum erat consilium, ut ut vel decem ex iis majus pretium meruerint, nedum illi 240. Busbeckiani omnes, quos hi injusti rei literariæ æstimatores hac levidensi mercede alienandos esse censuerant.

Hactenus de *Hugone Blotio*. Venio nunc ad V. Cl. *Sebastianum Tengnagelium*, J. U. D. natione Belgam, patria Buranum, qui defuncto

cto Blotio A. 1608. successit in plena præfectura Bibliothecæ Cæsareæ. Fuit is Vir candidus & humanus, laboris ultra quam credibile est patiens, amantissimus boni publici, solidissimeque doctus, & variarum linguarum cognitione ac rerum tam divinarum, quam humanarum notitia instructissimus. Hic superstite adhuc Blotio novum confecit Bibliothecæ indicem Ordine Alphabetico, secundum nomina Autorum, integris quinque Voluminibus in folio constantem, quem inchoavit A. 1602. absolvit autem summa animi corporisque contentione A. 1605. Post mortem vero Hugonis Blotii primum quidem operam dedit, ut egregia ejus Bibliotheca privata in Cæsaream transferretur, deinde separavit MSctos Codices totius Bibliothecæ Cæsareæ à Libris impressis, quibus usque ad illud tempus permixti fuerant; Et non tantum Librorum impressorum novum composuit Catalogum secundum continuam numerorum seriem, verum etiam MSctorum Codicum peculiares confecit indices secundum diversitatem linguarum, varietatemque argumenti, & ordinem numerorum, quibus singuli Codices notati sunt. Auxit denique totam Bibliothecam tam multiplici selecto & pretioso additamento, ut Busbeckio & Sambuco hac ratione non tantum non cedat, verum etiam cum iisdem

de palma poſſit contendere. Univerſalis enim illi familiaritas & amicitia intercesſit cum plerisque doctis viris, qui à principio hujus Seculi usque ad annum 1636. quo ipſe obiit, præ cæteris claruerunt, nec ſolum in Belgio, Germania, Gallia, Hiſpania, Italia, & Europæo Turcici Imperii tractu, ſed & in Aſia & Africa *rariſſimos* quosque libros per eosdem indagavit, & ſumtu plus quam privato vel coëmit archetypos, vel ex archetypis deſcribi curavit. Inprimis autem linguæ Arabicæ fuit admodum ſtudioſus. Idque non tantum patet clariſſimè ex V. Cl. *Iſaaci Caſauboni* Epiſtola A. 1607. ad ipſum miſſa, quæ in Joan. Georgii Grævii editione Epiſt. Caſaub. eſt 490. Sed & conſtat ex ipſius Tengnagelii quibusdam literis ad eundem Iſaacum Caſaubonum A. 1610. ſcriptis, quas inter Adverſaria Epiſtolica ejus reperi. Optat videlicet in iis, ut adhuc ſupereſſet & aura veſceretur Joſephus Scaliger, quo ſibi quædam MSta Arabica, Turcica & Hebraica deſcribere liceret; expetitque insimul, ut Lexicon illud Turco-Perſicum à Scaligero congeſtum à Guilielmo le Bé amico ſuo, cæteraque quæ & Caſaubonus moliatur in hoc ſtudiorum genere deſcribantur. Ex quo cum haud difficulter poſſit conjici, quo loco ac numero habuerit Scaligerum, quis amplius mirabitur eum ex defuncti Bibliotheca nonnullos

Li-

Libro[illegible] *principis ipsius manu notatos*, correctos & illu[illegible]natos, magno pret[illegible] sibi comparasse. Inveni [illegible] ejus generis non paucos in Bibliotheca Cæsarea, inter quos præ cæteris tres, ut *rari* imprimis ita maximè mihi chari sunt, Ne[illegible] *Strabo Geographus* à Guilielmo Xylandro Græcè & Latinè editus Basileæ A. 1571. typis Henric-Petrinis in f. tum *Stephanus de Urbibus* ab eodem Xylandro Græce editus Basileæ typis Oporinianis A. 1568. in f. Ac denique *Epigrammata & Poëmatia vetera latina* Parisiis excusa à Dionysio Duvallio A. 1590. in 12mo. Quantum porro idem Tengnagelius deditus fuerit illustrandæ H. E. testantur varia veterum Autorum Opuscula eo pertinentia, & ab ipso aut per alios ipsius benignitate primum edita, quæ alias commodiori loco recensebo, in *Catalogo Autorum & Monumentorum veterum, quæ ex variis Codicibus MSctis Bibliothecæ Cæsareæ primum in lucem prodierunt*, adeoque hoc tantummodo de isthoc capite præfabor, testari R. P. *Jacobum Gretserum* in præfatione defensionis suæ contra Goldastum se alteram istius Operis partem, quæ complura vetera & hactenus inedita Monumenta pro Gregorio VII. aliisque Pontificibus Romanis continet Tengnagelio debere. Idemque in præfatione Epistolarum, quas Romani Pontifices Gregorius III. Stephanus III.

Zacharias I. Paulus I. Stephanus IV. Adrianus I. & Anti-Papa Constantinus miserunt ad Principes & Reges Francorum Carolum Martellum, Pipinum & Carolum M. olim quidem studio & cura ipsius Caroli M. collectarum & A. 1613. à Gretsero Ingolstadii in 4. editarum, confitetur, se easdem Tengnagelio referre acceptas. Et sane adservatur etiam nunc in Bibliotheca Cæsarea inter Codices Historicos Latinos numero 198. Codex MSctus membranaceus antiquissimus & hactenus in Orbe terrarum *unicus*, ex quo illæ Epistolæ desumtæ sunt, quique ut ex scriptura & aliis circumstantiis evidentissimè apparet, sine controversia ipso Imp. Caroli M. ævo scriptus est. Taceo in præsenti eidem Tengnagelio debere etiam Galliam quicquid sibi gloriæ acquisivit editione Græco-latina Historiæ Ecclesiasticæ Nicephori Callisti, quæ A. 1630. typis veterum meorum & variis temporibus ac modis optimè de me meritorum amicorum Dnn. Sebastiani & Gabrielis Cramoisii duobus voluminibus in folio Lutetiæ Parisiorum prodiit. Quemadmodum enim Latina versio V. Cl. *Joh. Langi* Austriæ debetur; Sic quoque contextus Græcus debetur Bibliothecæ Cæsareæ vetusto Codici membranaceo inter Historicos MSctos Num I. qui permissu Tengnagelii migravit Lutetiam, & absoluta impressione in

Bibli-

Bibliothecam Cæſaream rediit. Et de hac quidem re in præſens ſatis. Cæterum præterquam quod Sebaſtianus Tengnagelius Præfectus fuerit Bibliothecæ Cæſareæ, conſtituit inſuper eundem S. Cæſ. Majeſtas *Præfectum Senatus Vindobonenſis*, qui lingua vernacula der Anwald des Stadt-Raths zu Wien / vel aliquando brevius, der Stadt-Anwald appellatur, & Principis loco Senatui Præſidens, curam præcipue gerit, ne quid in ipſius præjudicium agatur, ut apparet ex Imp. Ferdinandi I. Conſtitutione de ordinatione & privilegiis Urbis Vindobonenſis, nec non ex Wolfgangi Lazii C. 6. Libr. 4. Rerum Vindobon. ubi omnes Præfectos Senatus ab A. 1400. usque ad ſuam ætatem enumerat. Hiſtoriographi autem munus, quod illi non multò poſt demandatam Bibliothecæ præfecturam oblatum fuit, conſtanter recuſavit, tanquam periculoſum nimis & nimis arduum. Meminitque ipſe hujus recuſationis & cauſæ recuſandi in duabus Epiſtolis A. 1610. ſcriptis, quas inter ſchedas ejus reperi & quarum altera ad R. P. Georgium Sturnum, Profeſſorem Pragenſem, altera autem ad alium quendam amicum ſcripta eſt. Et cum adeo & *Præfecturam Bibliothecæ Cæſareæ & Senatus Vindobonenſis* laudabiliter adminiſtraſſet, obiit A. 1636. d. 14. Apr. ætatis ſuæ anno 63. Epitaphiumque ipſi

erectum est in Basilea Cathedral. S. Stephan. quod sequentem inscriptionem exhibet:

Sebastianus Tengnagel JCtus, natione Belga, patria Gelder, Domo Buranus, Impp. Rudolph. II. Mathiæ, Ferdinandi II. III. A. A. Consiliarius, Bibliothecarius, Senatusque Viennensis Præfectus, Vir disertus. Linguarum quindecim peritus. Vis scire quarum? Hebraicæ, Syriacæ, Chaldaicæ, Persicæ, Arabicæ, Turcicæ, Æthiopicæ, Græcæ, Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Germanicæ, Belgicæ, Anglicæ: Sed heu! tot linguas in uno Viro maximo Phœbi & Musarum mœrore fera mors interclusit Prid. Non. Apr. A. 1636. ætatis ejus A. 63. Jacet hic cum conjuge Ursula Blotia, nata Ungelterina Teissenhausen Sueva Id. Majis 1628. defuncta. Abi Lector & horum manibus æterna gaudia apprecare.

Post mortem Tengnagelii satisfactum sine mora fuit ultimæ ipsius voluntati de celeberrima simul ac selectissima Bibliotheca sua plus quam quater mille rarissimorum tam MStorum, quam impressorum voluminum in Augustissimam Bibliothecam Cæsaream transferenda; cujus quidem rei specialem curam eruditissimo fidelissimoque amanuensi quondam suo ac Vice-Bibliothecario Dn. *Joh. Mich. Metzlero*, qui nunc in Amplissimo Urbis Vindo-

dobonensis. Senatu jure & merito honorificum locum obtinet, moribundus instantissimè demandaverat. Et sicut pretiosissima hac accessione incredibiliter tunc aucta fuit Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ dignitas; sic contra eodem tempore gravissimum illa accepit detrimentum amissione præstantissimæ elegantissimæque Bibliothecæ Coraducianæ, quæ Tengnagelii temporibus ab illustrissimi Viri *Rudolphi Coraducii* S. Rom. Imperii sub Imperatore Rudolpho II. Vice-Cancellarii, hæredibus emta, & Bibliothecæ Cæsareæ adjuncta fuerat. Hæc enim statim post mortem Tengnagelii ab Imp. Ferdinando II. donata fuit domui professæ Patrum Societatis Jesu Vindobonensi, quam alienationem Tengnagelius, quoad ipse fuit superstes, omnibus modis ac rationibus constantissimè impediverat. Quod porro ad supremam Bibliothecæ Cæsareæ præfecturam, quæ obitu Tengnagelii vacare cœperat, attinet, commissa ea fuit die 17. Maji jam memorati anni 1636. Nobilissimo & experientissimo Viro Dn. *Wilhelmo Rechbergero* S. Cæs. Majestatis Consiliario & Archiatro; de quo, quod scribam nihil habeo, præterquam quod anno 1651. propter ætatem ingravescentem clementissimo S. Cæs. Maj. permissu ipse sua sponte Bibliothecarii munus deposuerit, succedente in ejus locum

Reverendissimo Dn. *Mathæo Mauchtero* SS. Theologiæ Doctore, & Cathedralis Basileæ, Vindobonensis Canonico. Atque huic Viro Bibliotheca Cæsarea hoc potissimum nomine valde obligata est, quod celeberrimam Bibliothecam Fuggerianam à Magnifico Viro Dn. *Raymundo Fuggero*, Impp. Caroli V. & Ferdinandi I. Consiliario fundatam & à filio ejus *Joanne Jacobo Fuggero*, cujus Hieronymus Wolfius in præfatione primæ editionis Annalium Zonaræ meminit; ut & à nepote ejus Generosissimo pariter ac omnigenæ eruditionis amantissimo Barone *Philippo Eduardo Fuggero*, magnificentia & impensa prorsus regia auctam atque exornatam, jussu gloriosissimi Imp. Ferdinandi III. ab illustrissimo Comite *Alberto Fuggero*, Anno 1655. quindecim millibus florenorum s. decies mille Imperialibus emerit, & A. 1656. Augusta Vindelicorum in Bibliothecam Cæsaream transtulerit. Continet ea secundum accuratiorem computationem minimum (15000.) quindecim voluminum millia. Et certò constat, eam ante gravissimum hujus Seculi bellum Germanicum (80000.) octoginta millibus florenorum, & post illud (40000.) quadraginta florenorum millibus potuisse divendi, sed propter certas causas S. Cæs. Majestati (15000.) quindecies tantum mille florenis ad-

addictam fuisse. Transferenda Vindobonam inclusa fuit 52. magnis doliis & 12. cistis, ac porro quinque ratibus & uni navi imposita per Danubium eò devecta est. Plerisque libris elegantissimè compactis intrinsecus impressum est nomen *Philippi Eduardi Fuggeri* hisce tribus literis singularibus aureis: P.E.F. Quin etiam inter cæteras res raras ac artificiosas, quæ Bibliothecæ Fuggerianæ adjunctæ in Bibliothecam Cæsaream transmigrarunt, est etiam *primum* ejusdem *Philippi Eduardi* effigies, secundum justam corporis magnitudinem egregiè depicta cum hac inscriptione; A. 1615. PHILIPPUS EDUARDUS FUGGERUS ÆTATIS ANNO LXX. tum & tabula marmorea artificiosissima inscriptionem cum subjuncto Epigrammate latino ad eundem Fuggerum continens, ac tandem ingens quædam & admirandi artificii Sphæra totius universi machinam tam ætheream, quam elementarem accuratissimè exhibens, quæ A. 1531. Raymundo Fuggero ab insigni Mathematico *Martino Furtenbachio* dedicata & oblata nunc inter Bibliothecæ Cæsareæ præcipua ornamenta jure ac meritò numeratur. De quibus omnibus plura addam, cum posthac Deo volente, tam generatim de universa illa, omnium facultatum, scientiarum, & artium Libris instructissima Biblio-

theca Fuggeriana, quæ nunc Cæsareæ pars est, quam speciatim de MSctis ejus Codicibus & inprimis quidem de Historicis, Politicis, Mathematicis ac Chymicis, qu[illegible]rum [illegible] numerus, suo tempore acc[illegible] di[illegible]. Commemorabo tunc etiam, quantum Augustissima Bibliotheca Cæsarea eodem hoc seculo aucta fuerit beneficio præclaræ Bibliothecæ nobilissimi Astronomi *Tychonis Brahe*, cujus, ut & *Willhelmi Schickhardi*, *Mæstlini*, *Kepleri*, *Petri Gassendi* aliorumque nonnullorum clarissimorum Mathematicorum variæ observationes, Epistolæ atque alia eximia monumenta hactenus inedita, & maximam partem propria manu scripta ibidem adservantur. Nunc enim tempus plura non indulget, quam ut dicam anno 1663. d. 26. Maji cum Reverendissimus *Dn. Mathæus Manchrerus* Cæsareæ Bibliothecæ præfectura sponte se abdicasset, eam nomine S. Cæs. Majestatis per traditionem clavium ab illustrissimo Sacri Cubiculi præfecto Dn. Joh. Maximiliano Comite de Lamberg, mihi esse demandatam; meque eodem adhuc die instaurationi ejus admovisse manum, & tandem aliquando post longam ac incertam oberrationem bona fide cum Musis redii in gratiam. Et quidem quod ad hospitium ejus attinet, inficiari non possum, illud non ita comparatum esse, ut librorum dignitas

&

& præstantia requirit; Nam *primum* variis incendii periculis est obnoxium, tum propter multos caminos, qui ex Cameræ aulicæ, supra [illegible] est, infima & media contignatio- [illegible] super istud transeunt, tum etiam propter tabulata lignea, quibus fornicum loco superne tectum est; Deinde etiam non amplum satis atque vastum est ad tantum librorum exercitum capiendum, cum multa millia cumulatim constipata jaceant adhuc locumque certum requirant, utut mille minimum loculamenta s. repositoria à pavimentis tectotenus jam sint extructa; Porro & octo illa conclavia queis constat pleraque sunt obscura & humida & antica æque laborant caligine, ut postica obnoxia sunt pulveri; Et tandem Sphæristerii vicinitas tam tædiosa est propter observatoris ludi & ludentium vociferationem, quam periculosa & noxia propter pilas inde evolantes, quæ plerumque tanto impetu fenestras penetrant, ut fragmenta vitri longe lateque dissipentur; Interim quod libros ipsos & reliquam eò pertinentem literariam supellectilem attinet, optima fide contestor & constanter confirmo, illam nulli earum Bibliothecarum, quæ nunc in Orbe terrarum præcipuæ habentur, vel copia vel dignitate cedere. Certo enim constat, & vel ex solo mille loculamentorum numero, si singulis loculamentis

mentis octogena tantum volumina assignentur, evidentissimè apparet, eam nunc continere minimum *octoginta millia voluminum*. Voluminis autem appellatione intelligo integrum Codicem MSctum vel impressum, peculiari compactura comprehensum vel comprehendendum, sive unum librum & unum Auctorem, sive plures Libros & plures Autores, unius argumenti vel diversorum argumentorum, unius linguæ vel diversarum linguarum, unius editionis respectu temporis & loci, vel diversarum editionum complectatur. Germani nostri hujusmodi volumen nuncupant Ein Stück vel einen Band. Quod quidem propterea inprimis tam clarè ac perspicuè exprimo & declaro, ne quis forte, dum Bibliothecam Cæsaream minimum octoginta voluminum millia continere refero, amphiboliam s. æquivocationem sub appellatione voluminis latitare existimet. Suscepta igitur hujus tam numerosæ, sed simul etiam confusissimæ Bibliothecæ præfectura, hunc in ea instauranda servavi ordinem. Primum ædificium ipsum, quantum extrema postularet necessitas, curavi resarciri, sicubi male maceriatum & ruinosum perplueret, aut fenestras vel nullas haberet vel laceras; Tùm Græcos Codices MSctos, qui maximam partem pulverulenti, confusi, fætidi, & diuturno situ

pro-

propemodum putrefacti in conclavi tenebricosissimo, ubi meridie ipso, si quis videre vellet, candela esset accendenda; latitaverant, in lucem protraxi, eosque propria manu excussos atque detersos à reliquis libris compactis & incompactis separavi, & in certas classes digessi, adhibitisque antiquis MSctorum Catalogis numeros & notas inventionis tam intrinsecus in principio cujusque Codicis, quam extrinsecus in compactura renovavi ; Ac tandem pari diligentia curavi reliqua septem conclavia expurgari, usus ad hoc opera octo hominum, quorum quatuor singula volumina moverunt loco, & extra Bibliothecam probè excusserunt, cæteri autem quatuor excussa & detersa in Bibliothecam reportarunt, & MScta ab impressis, compacta ab incompactis, separantes, multa incompactorum voluminum millia, quæ usque ad illud tempus confusissime fædissimeque jacuerant in terra, & pedibus calcata fuerant, in fasciculos colligantes, ultimum propria manu omnia accuratè recensendi & ordinandi laborem mihi reliquerunt. Hoc igitur jam meum opus, hic labor est, & fortassis ultra annum adhuc erit, ut libros omnes pervolvam & rite ordinem. Dabo etiam, si Deus vitam ac vires concesserit, intra paucos, ut spero, annos Universalem omnium tam MSctorum, quam impressorum

Li-

Librorum Catalogum & quidem triplicem, nempe *primò* secundum continuam numerorum seriem, quibus omnes libri, quò fa[illegible] inveniantur, in tergo notati sunt; *Se*[illegible] juxta varietatem materiarum classis sextuplicis. Theologicæ videlicet, Juridicæ, Histor[illegible] Philosophicæ, & Philologicæ Ordine Al[illegible]bethico; *Tertio* denique secundum nomi[illegible] autorum in Alphabethi formam redacta, & quidem dupliciter nimirum tam particulatim secundum jam memoratas sex primarias classes, quam generatim & sine ullo respectu ac distinctione promiscuè.

Cæterum cum instaurationem Bibliothecæ Cæsareæ d. 26. Maji anno 1663. inchoassem; incidit S. Cæs. Majestas in periculosissimum pustularum, s. ut vulgò loquuntur, variolarum morbum, Augustissimæ domui Austriacæ haud injuria inprimis formidabilem, quippe qui A. 1654. d. 9. Jul. regem Romanorum Ferdinandum IV. & A. 1662. die ult. Dec. Archiducem Oenipontanum *Ferdinandum Carolum* in summo flore juventutis sustulit; rediit tamen cum valetudine rursus in gratiam & inter primos in publicum processus d. 3. Aug. exiguo stipatus comitatu Bibliothecam suam humanissimè pariter & cupidissimè invisit, &, quousque in ea ordinanda pervenissem suis ipse oculis contemplatus est. Fuit tunc temporis

passus nobiscum per integras duas horas, scilicet à tertia pomeridiana usque ad quintam. Et dum Historiæ Ecclesiasticæ scriptores perlustro, fortè incidisset in *Antonii Gallonii* Presbyteri Congregationis S. Philippi Nerii multis doctissimum piissimumque opus, *de instrumentis Martyrii & cruciatibus S. Martyrum* Romanæ A. 1591 editum, hunc illi habuit honorem, ut qui antea continuo ambulasset, tum primum aliquantum resederit, eumque à capite ad calcem intentè pervolverit. Accersitus deinceps die 13. Aug. per satellitem cubicularium in Palatium, inveni Cæsarem occupatum in perlustrando novo quodam libro formæ grandioris, quam vulgò appellant in magno folio. Et cum eundem, ingresso & humillima attentione exspectanti, cujus rei causa vocatus essem, tradidisset mihi, simulque interrogasset: *An eum jam vidissem?* deprehendi aperiens operis *Fulvii Ursini & Antonii Augustini de familiis Romanis, quæ ab U. C. usque ad tempora D. Augusti in antiquis numismatibus reperiuntur*, novam editionem hoc ipso A. 1663. Lutetiæ Parisiorum adornatam opera & studio V. Cl. Caroli *Patini* Doctoris Medici Parisiensis; Adeoque respondi, me hanc quidem editionem antea non vidisse, veterem verò, quæ Romæ impensis hæredum Francisci Tramezini, apud Josephum de Angelis

lis A. 1577. in lucem prodiisset, in Augustissima Bibliotheca Cæsarea extare & magno additamento augeri posse partim beneficio veterum numismatum *Cimeliarchii Cæsarei & Pinacothecæ Archiducalis*, partim vero duorum maximi pretii MStorum voluminum Bibliothecæ Cæsareæ in folio, quæ mera numismata Consularia, incredibili studio & elegantia ex Archetypis depicta continent, & à Celeberrimo Antiquario Cæsareo *Jacobo de Strada* Mantuano, Imp. Ferdinando I. olim oblata fuerunt. Hoc enim inter cætera habet Bibliotheca Cæsarea spectatu dignum. *Primum Cimeliarchium instructissimum*, quod absque numis iis, qui aureis, argenteis & aliis pretiosissimis vasis ornamenti loco affixi sunt in universum 15940. continet, nempe Aureos 596. Argenteos 9997. Æreos 5347. atque inter eos raros quamplurimos; Tum etiam præter memorata Jacobi de Strada MSta volumina octo ejusdem generis ab eodem Strada adornatos *Tomos MStos*, quorum *tres priores* Numismata Impp. Rom. Latina à C. Julio Cæsare, usque ad Imp. M. Aurelium Claudium, qui post Gallienum & Valerianum Juniorem imperavit, *tres* vero *sequentes* eorundem Imperatorum numismata Græca, duo demum *ultimi* reliquorum Impp. aliaque partim Græca partim Latina, partim barbara antiqua Numismata

nismata miſcellanea comprehendunt. Quo quidem pretioſisſimo antiquitatis theſaurò quantum Hiſtoria veterum Numismatum illuſtrari atque augeri posſit, alias commodiore tempore à me indicabitur. Nunc verò redeundum ad Cæſarem. Fecerat ipſe die 5. Apr. mentionem Ethnici cujusdam Sarcophagi Vindobonæ ſuperiori anno 1662. ſub terra inventi, & reliquiarum antiquitatis partim in eo partim juxta eundem repertarum figuras æri inciſas clementisſimè mihi donaverat. Et cum easdem d. 30. Auguſti circa horam 5. pomeridianam in *veteris Palatii Archiducalis Pinacotheca* mihi oſtenderit; lubet in præſenti earundem Hiſtoriam paucis hic ſubjungere, partim quidem uti eam ex ore ipſius S. Cæſ. Majeſtatis humillimè percepi, partim vero ut eandem mihi narravit ſingularis amicus meus Dn. Joh. *Antonius von der Baren*, Pinacothecæ olim Archiducalis nunc verò Cæſareæ præfectus, qui Beatisſimi Archiducis Leopoldi Guilielmi juſſu intra paucos ab effosſione dies in totam rei geſtæ veritatem ſtudioſe inquiſivit. Ea autem ita ſe habet. Cum A. 1662. die 28. Jan. foſſores quidam in diruenda muri antiqui parte occupati altius in terram penetraſſent, offenderunt ſub ipſa antiquorum mœnium baſi aream lapideam ruditer elaboratam & operculo tectam quadrangulari & oblongo ac ſupernè

C pernè

pernè fastigiato, cæteraque integram, præterquam quod defectu unius ex quatuor operculi angulis, qui tamen non potuit inveniri, aliquantulum aperta esset. Intrinsecus plena fuit terræ ordinariæ quidem, sed duræ, & compactæ, & tanquam artificio atque industria complanatæ, sub qua inventa fuerunt *ossa humani alicujus Corporis*, non tamen naturali ordine, sed promiscuè collocata. Præter hæc ossa repertum fuit in eadem sepulchrali arca, *parvum involucrum rotundum & oblongum ex puro* auro, operculo itidem aureo ab utraque parte clausum, intra quod fuit aliud *involucrum ex ære*, & intra æreum aliud ex *argento*, intra argenteum denique tenuissima *lamina aurea*, strictissimè convoluta; & inscriptionem continens tanta subtilitate elaboratam ut vix ægrè beneficio accuratissimi Microscopii qualiacunque literarum incognitarum vestigia appareant. Inventum insuper fuit in eadem arca parvum numisma æreum una cum urnula vitrea, cœrulea, æneæ thecæ inclusa & cultro ferreo rubigine non tantum obducto, sed ferè consumto. Ex lateribus arcæ internis tria fuerunt plana, quartum autem repositorium, habuit tanquam reclinandi capitis causa, ex ipso lapide excisum, cujus latitudo unius palmi, altitudo autem esset dimidii. Extra arcam, in nuda jacuit terra *caput Satyricum* ex ære, su-

pernè

perne & inferne apertum; oculisque perforatis, una cum duabus catenulis æneis, item numisma æreum una cum parva galea ænea in duas partes diffracta, pateraque ænea, majori ex parte injuria temporis consumta, & urceolo æneo, præ cæteris omnibus rebus elegantissime fabrefacto. Ex his igitur Vindobonæ veteris recens inventis antiquitatib9 arca quidem lapidea, ab iis qui ejusmodi vetera monumenta nec amarunt nec æstimarunt, tanquam nullius momenti res, per ludribum fuit contusa & disjecta; quæcunque vero tam intra quam extra arcam inventa fuerunt & supra enumerata sunt, ea intercessione hominum prudentiorum maxima ex parte manserunt integra, & in Pinacotheca olim Archiducali, nunc autem Cæsarea, etiam nunc asservantur. Ex iis rebus, quæ *intra* arcam inventæ fuerunt, super sunt

I. Ossa *humani corporis fere omnia*, quæ quidem singulari materia contra corruptionem videntur esse illita, & adeo adhuc robusta sunt, ut caput etiam nunc dentes suos solidissime infixos retineat.

II. *Involucrum aureum.*

III. *Involucri aurei operculum aureum.*

IV. *Involucri argentei & involucri anei fragmenta*; Utrumque enim fuit fra-

ctum cum evolvendæ laminæ aureæ causa aperiretur.

V. *Lamina aurea à triplici involucro separata, evoluta & extensa*, in qua exactissima diligentia, licet visui satis per se adhuc bono serenissimæ tempestatis & accuratissimi Microscopii auxilium adjunxerim, nihil ferè videre potui, præter obscura quædam & confusa incognitorum quorundam characterum, subtilissimo stylo exaratorum vestigia; De quibus nihil certi pronuntiare ausim, cum ad extremam incisionis subtilitatem accedat insuper maxima ipsius laminæ, strictissimè olim convolutæ inæqualitas, propter plurimas strias & plicationis rugas quæ characteribus laminæ incisis permixtæ sunt. Adeoque de lectione hujus inscriptionis, ut ingenuè verum fatear, Pyrrhoniano more ἐπέχω, istamque explicationem Athanasii Kircheri in medio relinquo, quam in epistola quadam ad Sereniss. S. M. Archiducem Leopoldum Guilielmum attulit, ubi putat, esse inscriptionem Græco-latinam Principis s. reguli cujusdam in regione aliqua in Orientali plaga maris Euxini juxta Trapezuntium; Hoc autem videtur verisimiles, fuisse hoc monumentum Ethnici

nlci cujusdam Sacerdotis, idque per secespitam, urceolum ac pateram significari, ut passim in vetustis numismatibus aliisque antiquitatibus Romanis videre est; Obiisse vero hunc sub Imp. Antonino Caracalla, id quod ex duobus numismatibus, quæ una reperta sunt, conjicio. Minime etiam dubito, quin defuncti corpus primò fuerit crematum, deinde autem residua ossa in arcam illam lapideam reposita, & superinjecta terra contecta fuerint. Quod quidem ex crematione & humatione mixtum sepulturæ genus, apud alios etiam populos in usu fuit, ut patet ex Herulorum Germanicæ nationis Vistulæ quondam ostia accolentis exemplo, de quibus Procopius Cæsar. l. 2. Goth. Sicut de Gallis Pomponius Mela l. 3. de situ orbis c. 2. Persuasissimum quoque habeo linguam & literas inscriptionis laminæ aureæ incisas haud alias esse, quam quæ Imp. Antonini Caracallæ temporibus Pannoniæ superiori fuerunt vernaculæ. Meminit sane illius Pannonicæ linguæ Cornelius Tacitus in Libro de Germania; & Cluverius l. 1. c 5. p. 43. Germ. Antiquæ Et ego præterea in eam pedibus concessi sententiam, illam laminam non ordina-

riam tantum continere inſcriptionem ſepulchralem, cujusmodi ſunt vulgares illæ, quæ vel ambitioſa oſtentatione vel tralatitia conſuetudine antiquis marmoribus ſepulchralibus inciſæ reperiuntur; Sed inſcriptionem hanc potius exiſtimo ex illo eſſe epiſtolarum genere, quæ ab antiquis Celtis, quorum appellatione etiam Pannonii comprehenduntur, defunctorum imponebantur rogis, ut ab iis in alia poſt hanc vitam vita legerentur. Conf. Diodorus Siculus l. 5. Bibliothecæ Hiſt.

VI. *Fragmenta urnulæ vitreæ* cæruleæ, quæ fuit ſine dubio ex illo urnularum lacrymatoriarum genere, quarum Janus Jacobus Boiſſardus Antiquit. Rom. l. 2. in deſcriptione funeris meminit.

VII. *Theca ænea, cui incluſa fuit urnula vitrea cærulea.*

VIII. *Parvum numisma æreum*, cujus congruentia partis anticæ, cum antica parte numismatis majoris (de quo deinceps) perſpicuè indicat etiam hoc ad Imp. Antoninum Caracallam pertinere. Poſtica parte continetur figura militaris ſtans, quæ dextra tenet globum, ſiniſtra vero haſtam, quemadmodum in alio quodam Imp. Caracallæ numismate, quod Adol-

phus

phus Occo p. 372 testatur, se vidisse cum hac inscriptione; RECTOR ORBIS. nec dubito quin etiam in hoc Vindobonensi numismate eadem fuerit inscriptio. Et si quis porro quærat, quæ causa sit, cur unicum hoc parvum numisma æreum ossibus defuncti in arca sepulchrali adjunctum fuerit, duplici potissimum nomine id factum fuisse respondeo, nempe primo ut numisma hoc character esset Chronologicus Imperii Antonini Caracallæ, sub quo defunctus obiisset; secundo autem, ut idem numisma esset loco illius nummuli, quem veteres ori mortuorum inserebant, ut Charonti pro stygiæ paludis transmissione tanquam naulum persolveretur.

IX. *Culter ferreus* rubiginosus, qui sine dubio est *secespita* s. instrumentum apud Romanos quondam in sacrificiis usitatum & à secando ita dictum. Et verisimile est, fuisse id ipsum defuncti ossibus in arca sepulchrali adjunctum tanquam Symbolum Sacerdotii.

De iis verò rebus, quæ extra arcam inventæ fuerunt, supersunt

I. *Parva galea*, in duas partes diffracta, quam peculiarem suam habuisse basin & lucernam fuisse bilychnem arbitror, sed

quæ ſtaret tantum, non vero eſſet penſilis. Oleo enim in fundendo foramen coni, ellychniis autem duobus inſerendis duo, quæ oculis reſpondent, foramina inſerviiſſe credo.

II. *Numisma æreum mediocris magnitudinis*, quod ſine dubio pertinet ad Imp. Caracallam, qui una cum fratre P. Septimio Geta poſt mortem Imp. Septimii Severi imperare cœpit A.C. 211. Præterquam enim quod nominis Antonini haud obſcura ſuperſunt veſtigia, ſatis hoc apparet ex collatione aliorum veterum numiſmatum, in quibus itidem Caracallæ caput, diademate radiato ornatum, cernitur; nempe apud Octavianum de Strada in opere de vitis Imper. Francof. ad Mœn. 1615. in f. edito & apud Levinum Hulſium in ſerie Numiſmatum Impp. Rom. Francof. A. 1603. in 8. edita. Confirmatur id quoque poſtica ejuſdem Numiſmatis parte, utpote qua repræſentatur fœmina ſedens, quæ dextra tenet pateram, ſiniſtra autem Cornu copiæ, quemadmodum in aliis tribus ejuſdem Imp. Antonini Caracallæ numiſmatibus, quæ Adolphus Occo in Syntagmate Numiſmatum Impp. Rom. p. 374. & 376. refert. Neque mi-

mirandum magnopere hoc numisma Vindobonæ repertum esse. Quippe cum ex Herodiani, qui eodem tempore vixit, Historiarum Libr. IV. constet, Caracallam in profectione ad orientem per Pannoniam superiorem fecisse iter, & in citeriori Danubii ripa aliquandiu venando & aurigando se oblectasse. Et tantum abest ut dubitari possit, quin eo tempore multa hujus commatis numismata, Romæ atque alibi jam ante cusa, in eam regionem illata fuerint, ut verisimillimum videatur nova etiam nonnulla ibidem cusa fuisse.

III. *Caput Satyricum æneum, ore ridenti, oculis perforatis, auribus caprinis intrinsecus concavum, supernè atque infernè apertum, & foraminum quorundam adminiculo suspensioni aptatum.* Quod sine dubio fuit lucerna pensilis, cujusmodi multæ extant in opere eruditissimo V. Cl. *Fortunii Liceti* de reconditis antiquorum lucernis Utini typis Nicolai Schiratti A. 1652. in f. edito. Et licet nunc infima parte mutilum & apertum sit, persuasissimum tamen habeo, antiquitus peculiarem suam habuisse basin, & lucernam fuisse bilychnem, quæ non tantum catenularum adminiculo su-

ſpendi, verum etiam per ſe ſtare poſſet. Foramen rotundum & ſatis amplum, quod in ſummo vertice eſt, inſervit infundendo oleo, oculi autem duo perforati inſerviebant inſerendis duobus ellychniis, unde & bilychnem lucernam appellavi.

IV. *Catenulæ duæ æneæ*, ad jam memoratum caput Satyricum ſine controverſia pertinentes.

V. *Urceolus Pontificialis æneus*, elegantisſimi artificii, ſed amisſione pedis mutilus, cujus anſa ſuperne cygnum refert, infernè autem in caput humanum deſinit.

VI. *Patera ænea* vetuſtate maximam partem conſumta. Quæ una cum memorato urceolo, ſine dubio fuit vas Pontificale, cujus uſus apud antiquos Romanos fuit in ſacrificiis. Horum enim vaſorum cum alibi tum imprimis apud Janum Jacobum Boiſſardum in veterum monumentorum Romanorum imaginibus æri inciſis frequentisſima occurrit delineatio.

VII. *Particula tubuli vel involucri alicujus ænei.*

Eo

Eo igitur modo se habet antiquum illud monumentum sepulchrale superiori anno 1662. sub ipsis veterum Vindobonæ mœnium fundamentis inventum, cujus residua fragmenta die 30. Augusti anni hujus 1663. ipsius S. Cæs. Maj. præsenti ac prorsus stupenda benignitate in Pinacotheca Cæsarea prima vice contemplatus sum. Profectus postea ad Comitia Ratisbonensia Imperator ante discessum omnes libros, quos ex Bibliotheca acceperat, veluti privatus religiosissimè restituit, uno tantum, quem in itinere legeret, retento, nempe *Hieremiæ Gundlachii* MSᵗᵃ & hactenus inedita Descriptione latina Hispaniæ; Quod opus tam propter non vulgarem eruditionem, quam incredibilem Chorographicarum & Topographicarum Tabularum elegantiam dignissimum est, ut aliquando in lucem prodeat.

DE

AUGUSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

LIBRI PRIMI

PARS SECUNDA,

Continens

Præcedentis Libri Appendicem,

five

Addidamenta quinque ad Hiftoriam Auguftiffimæ Bibliothecæ Cæfareæ pertinentia.

ADDIDAMENTUM I.

De S. Gregorii Nyffeni Opere de Creatione hominis pertinens ad præcedentis Libri paginam.

In Auguftiffima Bibliotheca Cæfarea adfunt VII. Codices MSĉti, *Sex græci* & *unus latinus*, quibus opus de creatione hominis continetur.

Primus, qui inter Codices MSĉtos Græcos 41. eft antiquiffimus & optimæ notæ, elegantiffimo charactere in membrana exaratus, ea forma, quam vulgo vocant in quarto majori. Fuit is olim, ut ex ambufta margine apparet, in maximo incendii periculo, & per varios fortunæ cafus

casus tandem devenit in manus V. Cl. Sebastiani Tengnagelii, post cujus mortem in Bibliothecam Cæsaream transiit.

Secundus inter Theologicos Græcos MSctos N. 51. chartaceus est in Majori quarto, scriptus à quodam *Nicolao Patrino* A. 1412.

Tertius inter Theologicos Græcos MSct. N. 77. chartaceus est in quarto, sed præcedente antiquior, & à tineis vehementer arrosus. In quo non id tantummodo observatu dignum, quod sedes S. Gregorii Nysseni Episcopalis, non *Nyssa*, sed *Nysa* vocetur, æque ac in primo codice membranaceo; Sed & id notandum, possessorem hujus Codicis fuisse Cretensem quendam *Marcum Mammunam*, eumque postea venisse in manus Joh. Sambuci & post mortem ejus in Bibliothecam Cæsaream.

Quartus inter Theologicos Græcos MSctos N. 335. chartaceus est in quarto Majori, & æque ac præcedens antiquus, comparatusque ab Augerio Busbeckio Constantinopoli.

Quintus inter Philosophicos & Philologicos Græcos MS. N. 63. est chartaceus in quarto Minori, & æque antiquus ac præcedens. Fuitque is olim *Joh. Sambuci*

buci, qui cum, ut prima pagina testatur, quinque emit aureis.

Sextus inter Philosophicos & Philologicos Græcos MSctos N. 65. chartaceus est in quarto majori, & ab Augerio de Busbecke Constantinopoli comparat... Continentur autem eodem tantum capita sex istius operis Gregoriani videlicet c. 10. 11. 13. 28. 29. 30. Et cum capitis undecimi hæc sit inscriptio *ὅτι ἀθεώρητος ἡ τοῦ νοῦ φύσις* eaque in superioribus quoque V Codicibus constanter legatur; corrigenda exinde est Veneta Aldi editio græca & Parisina græco-latina quæ pro *νοῦ* legunt *ἀνθρώπου*, cui sphalmati similitudo vocis *νοῦ* & *ἀνθρώπου* dedisse videtur, quippe quæ in antiquis Codicibus MSctis abbreviate scribitur *ἀνου*.

Septimum qui olim inter MSctos Codices latinos Historicos fuit 199. & præter alia varia diversorum Autorum scripta, Dionysii etiam *Exigui* Abbatis Romani antiquam Operis S. Gregorii de creatione hominis latinam versionem continuit, nondum quidem in Augustissima Bibliotheca Cæsarea inveni, minime tamen dubito, quin eum aliquando reperturus sim.

ADDI-

ADDIDAMENTUM II.

De Amicitia Sebaſtiani Tengnagelii cum Luca Holſtenio pertinens ad præcedentes Libri paginam.

Inter alaros hujus Seculi Viros quibus cum Tengnagelio interceſſit familiaritas & amicitia, Avunculus etiam meus fuit *Lucas Holſtenius*, ut videre eſt ex tribus Epiſtolis ejus, quæ in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea autographæ adſervantur; In quarum

Prima petit, ut Tengnagelius copiam ſibi faciat iſtius Codicis perantiqui, quo Pontificum Romanorum res geſtæ & inſignia gentilitia quamplurima continentur; Quemque olim penes Maximilianum Cæſarem fuiſſe & nunc penes Auguſtiſſimos ejus ſucceſſores aſſervari Ciaconius ille teſtetur, qui de Pontificum ſcriptis prolixe ſcripſerit.

Secunda mittit Syllabum librorum Romæ Syriaca & Arabica lingua editorum; Petit quoque velit ſibi concedere Perdicæ Protonotarii Epheſini deſcriptionem Metricam Sanctorum Locorum Hieroſolymitanorum, & Arriani Excerpta de Ponto Euxino; Et tandem nunciat Pariſiis Regia Biblia Plantini multo auguſtius & ſplendidius edi, integroque

vo-

volumine addi Biblia Arabica & Pentateuchum Samaritanum Samaritano charactere hactenus ferè Europæis incognito, Nicephorumque Callistum jam absolutum esse duobus magnis voluminibus & quidem quod ad *Perdiccam* attinet, est ille codex chartaceus in 4. inter Historicos Græcos MSctos 33. & nonnullis locis præ vetustate vix amplius legibilis. Comparatus autem ab Augegerio Busbeckio Constantinopoli, quatuor tantum constat foliis, Descriptionem Hierosolymorum versibus politis à Perdica Protonotario Ephesino compositam continentibus. Ediditque eundem primus omnium sine autoris nomine *Fredericus Morellus*, qui eum ex Bibliotheca Vaticana per R. P. Jacobum Sirmondum acceperat, una cum Epiphanio Monacho Hagiopolita, qui Syriam & urbem Sanctam prosa oratione græcè descripsit. Secundum vero in lucem protraxit Leo Allatius in variorum Veterum & recentiorum opusculorum Græcorum & latinorum Syntagmate, quod Σύμμικτα s. miscellanea inscriptum Coloniæ Agrippinæ typis Jodoci Kalcovii A. 1653. in 8. prodiit. Quod vero ad *Excerpta illa ex Ariani Descri-*

Descriptione Ponti Euxini est, Codex est 68. inter Philosophicos & Philologicos Græcos MSctos & inter alia multa diversorum Autorum Opuscula etiam ista Electa continet unico tantum folio constantia & ab Augerio Busbeckio Constantinopoli comparata. Et tandem quod ad *Nicephorum Callistum* pertinet, est ille inter Historicos Græcos MSctos *primus* elegantissimo charactere in membrana exaratus ea forma, quam vulgò in folio nuncupant. Atque ex hoc codice, qui *unicus* forte in Orbe terrarum est, prodiit *Joh. Langi* versio Latina H. E. Nicephori, ut ipse Langus testatur in præfatione, & R. P. Frontonis Ducæi & Cramoisiorum fratrum Sebastiani & Gabrielis editio Parisina Græco-Latina A. Ch. 1630. duobus volum. in f. ut ex ipsa editionis istius præfatione ad Eminentiss. Cardinalem Richelium videre est.

Tertia mittit Catalogum eorum librorum, quos Golius ex Oriente secum apportarat, petitque, ut ex Samaritano suo Pentateucho duos tresve priores & posteriores versus iisdem literis ac characteribus descriptos ad se curet, & tandem subnectit Catalogum eorum librorum,

quos edere in lucem constituerat. Ubi quidem quod ad Pentateuchum Samaritanum attinet, anxiè illum & quam potui maximâ diligentia in Augustissima Bibliotheca Cæsarea quæsivi, sed frustra, ideoque valde vereor, ne pro Samaritano sit intelligendus alius, qui etiam nunc inter Libros Tengnagelianos extat, rarissimæ notæ Pentateuchus, nempe Hebraicus, qui præter Onkelosi Chaldaicam Paraphrasin & Commentarium *R. Salomonis Jarchi* versionem quoque continet Arabicam *R. Saadiæ Gahon*, & Persicam *R. Jacobi Thavath*. Excusus is est Constantinopoli in folio anno Mundi secundum vulgarem Judæorum supputationem 5306. cujus initium respondet anno æræ Christianæ 1545. in frontispicio hujus Pentateuchi manu Tengnagelii hæc leguntur scripta: *Codex rarus & pretiosus & paucis Occidentalium Judæorum visus emtus tredecim ducatis, sive quadraginta florenis cum dimidio.*

ADDITAMENTUM III.

De origine Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, pertinens ad præcedentis Libri paginam.

V. Cl.

V. Cl. Gabriel Naudæus, Parisinus, Eminentissimi Cardinalis Mazarini & Serenissimæ Suecorum Reginæ Christinæ olim Bibliothecarius, cujus celeberrimum nomen, cum propter summam ejus eruditionem, tum propter singularem amicitiam, quæ mihi cum eo intercessit, etiam nunc plurimum colo & veneror, inter cætera Excellentissimi ingenii sui præclara monumenta, duos etiam reliquit egregios Libros, *de instituenda Bibliotheca, & de insignioribus omnium Seculorum Bibliothecis publicis & privatis* Gallicè scriptos, in cujus posterioris c. 56. quod inscribitur *de Germania*, mentionem quoque facit Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ, his verbis: *Vindobona Metropolis est Austriæ, nec Impp. Occidentalium duntaxat, sed & Musarum sedes ordinaria; utpote cum & Academia ibi sit percelebris, & Bibliotheca exquisitissima, nempe Cæsarea, quam instituit Imp. Fridericus II nullis parcens sumtibus, quin non solum libris impressis quam maximè ditaretur, verum etiam compluribus Codicibus MSCtis Græcis, Hebraicis & Latinis, quorum Catalogus Tiguri Helvetiorum impressus est. Plurimum etiam Bibliotheca hæc aucta fuit per Joh. Sambucum, S. Cæs. Majestatis Archiatrum & Historiographum, qui egregiam habuit bibliothecam privatam, ex qua depromti*

ti fuerunt varii Codices MSCti, qui impressioni typographicæ servierunt, pro Autographis Græcorum MSCtorum, qui in hac Bibliotheca Cæsarea extant, Catalogum edidit R. P. Antonius Possevinus in fine Tom. 2. Apparatus Sacri. In quibus hæc necessario illustranda esse censeo, scilicet

I. Pro Friderico II. legendum esse Fridericum III. *Secundus* enim obiit An. 1250. Adeoque dici non potest eum Bibliothecam *libris impressis* ditasse, cum Typographia demum circa annum 1440. fuerit inventa; Neque etiam *Tertio* fundatio ejusdem competit: Siquidem Maximilianus I. circa annum 1495. demum illi certam sedem Vindobonæ assignavit & ex privata sive cubiculari fecit publicam.

II. Catalogum Codicum MSCtorum Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis Tiguri impressum alium hactenus non vidisse, quam eum qui Bibliothecæ Gesnerianæ, à Joh. Jacobo Frisio, auctæ & Tiguri A. 1583. in folio excusæ, secundum Alphabethi seriem sparsim insertus est. An verò eorundem MSCtorum Codicum Catalogus, quem Hugo Blotius, S. Cæs. Majest. Bibliothecarius, cum Frisio communicaverat, seorsim quo-

quoque Tiguri impressus fuerit, hoc mihi, licet diligentissime investigaverim, usquehuc incognitum est.

III. Catalogum MSCtorum Codicum Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ à R. P. Antonio Possevino editum, non extare in fine Tom. 2. App. Sacri, sed 3. nec promiscue cujuscunque generis Codices MSCtos Græcos continere, sed tantum Sacros; & ne eos quidem omnes, sed vix centesimam eorum partem, ut res ipsa indicabit cum integer eorundem Index, quem jam adorno, & intra paucos annos, volente Deo, editurus sum, in lucem prodierit. Interea facere non possum, quin jam nunc in antecessum, pauca præmittam, quæ emendandi illius Catalogi causa necessario monenda sunt.

Litera E.

Ex *uno* eodemque *Ephræmo* Syro perperam *tres* facti sunt, cognomenque *Syri* ridicule in *Pisyri* est immutatum. Cujus quidem erroris occasionem præbuisse videntur verba Græca τȣ̃ Σύρȣ, ex quibus ab ineptis librariis latinis primo *Tisyri*, deinde etiam *Pisyri* formatum est. Atque hujus Autoris *undecim* habemus MSCta in Augustissima Bibliotheca Cæsarea, *decem* Græca, *unumque* latinum quod

quod olim fuit Canonicorum regularium S. Augustini in Hertz-genberga, & continet præter alia diversorum Autorum varia opuscula etiam S. Ephræmi unum & viginti Sermones ab *Ambrosio Calmaldunensis* Ordinis Monacho primum, deinde autem Abbate Generali, qui A. 1437. Ferrariæ coram Imperatore Constantinopolitano & Præsulibus Græciæ græcè declamavit, latinè versos una cum ejusdem præfatione ad Cosmum Medicem. Et licet *Gerardus Vossius*, Præpositus Tungrensis, in Editione latina Operum S. Ephræmi, quam Romæ 1589. typis Jacobi Tornerii emisit in publicum, nullam versionis hujus antiquæ faciat mentionem, ex ipsa tamen præfatione ejusque cum præfatione Ambrosiana collatione patet, eum hac fuisse usum. Quippe qui sententiam & verba Ambrosii Camaldulensis ad Cosmum Medicem adeo manifeste usurpat, & ad summum Pontificem Sixtum V. applicat, ut primo intuitu videre sit, quod alienam gloriam falsa æquè ac ambitiosa venditatione sibi attribuere haud verecundetur.

Litera F.

hæc leguntur: *Farrago variorum opusculorum, ut sunt Chronicon Christi, Epistola Eusebii, Chrysostomi de bonis & malis mulieribus*, &c. Quæ verba sic mutanda sunt: *Farrago variorum opusculorum, inter quæ sunt Histo-*

Historia de miraculo iconis Christi, edito in urbe Beryto & Homilia S. Johannis Chrysostomi de expulsione Adami ex Paradiso, & de bonis atque malis mulieribus. Codex Bibliothecæ Cæsareæ, qui his verbis innuitur, est chartaceus in 4to, & inter Theologicos Græcos MSCtos 216. Et quidem quod attinet ad Berytiense miraculum imaginis Christi, quæ cum à Judæis ad imitationem passionis Dominicæ per ludibrium crucifixa esset, verum ex latere suo emisit sanguinem & aquam, contingit illud A. 765. sub Imp. Constantino V. cognomine *Copronymo Caballino*, *Iconomacho*, & *Iconoclasta*, cum quæstio de sacrarum imaginum cultu agitaretur quam maxime. Testatur hoc Sigebertus Gemblacensis, in Chronico suo ad A. 765. & *primus*, qui istud literis mandavit, fuit *Athanasius*, non quidem *Magnus ille Alexandrinæ Ecclesiæ* Archi-Episcopus, qui A. C. 372. obiit; sed alius multò recentior ὁ τῆς ἀθανασίας ἐπώνυμος, *ab immortalitate appellationem sortitus*, qui temporum hujus miraculi fuit æqualis, ideoque tantæ autoritatis haberi meruit, ut narratio ab illo conscripta, non tantum à S. Synodo Nicæna II. sive Oecumenica VII. publicè probata, verum etiam ejusdem Actioni IV. ad perpetuam memoriam inserta fuerit. Confusus tamen hic Athanasius propter nominis

ſimilitudinem non ſemel eſt cum Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino factumque iſtud videmus cum apud Laurentium Surium Tomo VI. de Vitis Sanctorum, tum in narrationis jam memorati Miraculi Berytienſis dupliċi editione Commeliniana A. 1601. quæ extat inter opera S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini, Tom. 2. p. 11. & deſumta eſt ex duobus diverſis Codicibus MSCtis Bibliothecæ Palatinæ: Sicut & in tribus Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Codicibus ſub falſo Athanaſii Archiepiſcopi Alex. nomine narrationem eandem reperi. Quorum *primus* eſt membranaceus in f. & inter Theologicos Græcos MSCtos 18. *Secundus* itidem membranaceus in f. & inter dictos Theol. Græcos MS. 26. *Tertius* vero chartaceus in 4to. & inter Theol. Græcos MSC. 97. Et quia narratio in eo extans à reliquis ejusdem argumenti narrationibus tam MSCtis, quam impreſſis valde diverſa eſt, integram eandem, ſi DEO placuerit, editurus ſum in *ſupplemento Hiſtoriæ Conciliorum*, ex Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea poſthac edendo, utpote ubi in Additamento Synodi Nicenæ II. non tantum de ipſo illo ſtupendo miraculo, verum etiam de Athanaſio, qui *primus* memoriam ejus literis conſignavit, nec non de varietate lectionum Narrationis Græcæ, quæ ſub Athanaſii nomine

tam

tam MSCta quam impressa superest: & de Anastasii Bibliothecarii, antiqua Latina ejusdem Narrationis translatione, ex professo accuratius ac uberius agere constitui. Interim hoc in antecessum moneo, extare in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Codice Membranaceo pervetusto, qui inter Codices Latinos MSCtos est 7. etiam latinam ejusdem miraculi Berytiensis Narrationem, sine nomine interpretis & absque ullo proëmio; quæ & ab Anastasii Bibliothecarii, & à Laurentii Surii, & Severini Binii latina versione non mediocriter discrepat, meâque sententiâ, ut alias pluribus indicabo, prima omnium est & antiquissima. Quidquod in supra dicto Codice 216. Narrationi miraculi Berytiensis sine intervallo statim subjungitur alia ejusdem ferè generis historia de imagine quadam Christi Constantinopolitana, juxta Ecclesiam magnam sive S. Sophiæ collocatâ, quæ temporibus Imp. Justiniani M. à Judæo vulnerata verum emisit sanguinem. Quamobrem prolixius & accuratius de duplici illo Berytiensi & Constantinopolitano miraculo agam partim in promisso jam *supplemento Historiæ Conciliorum*, partim in *supplemento corporis Historiæ Byzantinæ*, ex Augustissima Bibliotheca Cæsarea, si Deus vitam & vires mihi concesserit, itidem posthac edendo. Interim nunc pergo

ad S. Johannis Chrysostomi locum de bonis & malis Mulieribus, cujus R.P. Antonius Possevinus in supra citato fragmento Catalogi Bibliothecæ Cæsareæ meminit. Extat is in fine homiliæ de expulsione Adami ex Paradiso, quæ continetur jam memorato Codice inter Theologicos Græcos MSCtos 216. à folio 39. usque ad fol. 57. Et quidem titulus & principium hujus Homiliæ auctius legitur l. c. & in Codice alio, qui est inter Theologicos Græcos MSCtos 49. quam in editione Græca omnium operum hujus partis, quæ cura ac studio Henrici Savilii Etonæ in Anglia, typis Joh. Nortoni, A. 1612. octo volum. in fol. in lucem prodiit. Siquidem non tantummodo *περὶ πονηρῶν γυναικῶν*, verum *περὶ καλῶν καὶ πονηρῶν γυναικῶν* hac homilia agitur, & præterea etiam de autore ejus quædam præmittuntur. Taceo & in exordio ejusdem pro eo quod apud Savilium perperam legitur *τρυφῇ προέχουσα τῆς ἀληθείας διδάγματα*, hic legi rectius *τροφὴν παρέχουσα*, quod pluribus docebo in *Supplemento Bibliothecæ SS. Patrum* ex Augustissima Bibliotheca Cæsarea posthac edendo.

Litera G.

hæc leguntur: *Gemisti Platonis Epitome Historiarum Sicularum.* Quæ verba sic mutanda sunt; *Georgii Gemisti Plethonis Epitome*

tome Historiarum Diodori Siculi. Codex autem Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ, qui his verbis significatur, est chartaceus in 4to, & inter Philosophicos & Philologicos Græcos MSCtos 80. Continetque præter jam dictum Epitome, etiam alia de Plethone isthoc, quæ partim nomen ejus præscriptum habent, partim vero eodem destituuntur.

Eadem litera G.

hæc leguntur; *Georgii Nicodii de cruce:* Quæ verba sic mutanda sunt: *Georgii Nicomediæ Archiepiscopi, liber de Cruce.* Hausit enim hæc Possevinus, sicut & præcedentia de Plethone, more suo ex *Johannis Jacobi Frisii* Bibliotheca Universali, ubi istius Codicis fit mentio. Quanquam quod ad me attinet, ingenue fateor, me nec hunc nec ullum alium librum Georgii Nicomediensis nomine inscriptum in Bibliotheca Cæsarea hactenus reperisse; & placet mihi valde conjectura V. Cl. Leonis Allatii, qui per Librum hunc Georgii Nicomediensis de Cruce, quem alii Michaeli Psello attribuerunt, significari existimat *Michaelis Pselli Orationem in σαύρωσιν, sive crucifixionem Christi.*

Eadem litera G.

hæc leguntur; *Georgii Methinensis, de passione Domini nostri J. C.* Quæ verba Possevinus sine dubio descripsit ex Bibliotheca universali

versali Joh. Jacobi Frisii, ubi ejusdem Orationis fit mentio; Scribendum autem tam apud Frisium quam apud Possevinum pro *Methinensis* & *Methiminensis*, *Mytilenensis* sive *Mytilenæi.* Et est Codex Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ, qui his verbis significatur, chartaceus in 4. & inter Theologicos Græcos MSCtos 299. fuitque olim Joh. Sambuci. Nec *orationem* illam *Georgii Mytilenæi de passione Christi* comprehendit solummodò, verum & duo scripta alia non minus notatu digna. Scilicet,

α) *Johannis Stauracii Chartophylacis Thessalonicensis*, *Orationem de miraculis S. Demetrii Proconsulis*, qui ut Martyrologii die 8. Octobr. legitur cum plurimos ad Christi fidem perduceret, Maximiani Imp. jussu Thessalonicæ lanceis confossus, martyrium consummavit. Et cum illa, quod ego quidem sciam, nondum in lucem prodierit, & tamen dignissima sit, quæ quam primum publicetur, integram eam latine & græcè exhibebo in *Supplemento Historiarum de Vitis & Miraculis Sanctorum*, quod ex Augustissima Bibliotheca Cæsarea, Deo volente! posthac edere constitui.

β) *Martyrium ejusdem S. Demetrii*, quod à Laurentio Surio tribuitur *Simeoni Metaphra-*

taphrasta, & latine versum extat Tomo ipsius V. de probatis Sanctorum historiis.

Eadem litera G.

hæc leguntur; *Græcus Codex mutilus*, *totus enarrationes habens in aliquot capita Genesis*. Quibus verbis significatur Codex membranaceus, qui inter Theologicos Græcos MSCtos est 46. & à Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Extant ibi *Johannis Philoponi Libri VII Commentariorum in caput primum Geneseos sive Historiam Hexaemeri*, quos una cum ejusdem Philoponi disputatione de paschate *primus* omnium V. Cl. Sebastianus Tengnagelius curavit ex vetustissimo hoc codice græcè & latinè in lucem edi per R. P. Balthasarem Corderium è Soc. Jesu Vindobonæ, typis Gregorii Gelbhaar, A. 1630. in 4to. Deest quidem in Codice illo MSCto Joh. Philoponi nomen, sed felicissime illud indagavit jam memoratus Tengnagelius beneficio Photii Patriarchæ Constantinopolitani, qui in Bibliotheca librorum à se lectorum Opus hoc Philoponi non tantum Codice 43. recenset & laudat, verum etiam Codice 240. excerpta quædam ex eo exhibet. Nec audiendus est Possevinus etiam dum l. c. scribit, *totum illum* Codicem nihil aliud continere quam Enarrationes in Ge-

Genesin: Complectitur enim & alia & quidem

1.) *Anonymi Autoris propheticarum Eclogarum de Christo libros quatuor hactenus ineditos.* Quorum *primo* capitibus 25. constante recensentur & explicantur testimonia prophetica de Christo, quæ extant in *Historicis* V. T. Libris; *Secundo* in capita 45. diviso testimonia prophetica enumerantur, quæ in *Psalmis* habentur; *Tertio* capitibus 45. absoluto & ea testimonia proferuntur, quæ in Proverbiis Salomonis, Ecclesiaste, & Cantico Canticorum reperiuntur & insimul citatur insignis & satis prolixus locus ex Sexti Julii Africani vetustissimi Christianorum Chronographi, qui initio tertii post Christum Seculi potissimum floruit. *Quarto* autem capitibus 35. exacto continentur testimonia prophetica de Christo, quæ extant apud Isaiam. Promittit etiam hic idem autor adhuc aliud opus *contra hæreses Atheas* deinceps edendum. Et ego in eam pedibus concedo sententiam, verum Autorem esse Eusebium Pamphili, Cæsareæ Palæstinæ Episcopum. Siquidem evidentissime hoc apparet, cum ex plurimis aliis indiciis,

quæ

quæ passim in hoc Eclogarum prophetiarum opere occurrunt, tum inprimis ex stylo & methodo tractandi hujus argumenti, quæ eadem prorsus est atque Libri Secundi Demonstrationis Evangelicæ, ubi propheticis V. T. testimoniis contra Judæos pugnat.

2.) *Johannis Philoponi disputationem de Paschate à Corderio editam.*

3.) *Philonis Ebræi Opuscula quædam sub hac inscriptione:* τάδε ἔνεστιν Φίλωνος περὶ τῆς κατὰ Μωυσέα κοσμοποιΐας &c.

4.) *S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani Catecheses tam extemporaneæ ad illuminatos, quam mystagogicæ ad eos, qui recens erant Baptizati, quas Robertus Cocus & Andreas Rivetus frustra suo Auctori eripere conati.*

Eadem litera G.

hæc leguntur: *Gregorii Nicetæ Epistolæ de creatione hominis;* Quæ verba sic mutanda sunt: *Gregorii Nysseni Episcopi de creatione hominis liber,* sicut jam supra Parte I. hujus Libri & 2. Additam. 1. monuimus.

Litera P.

hæc leguntur: *Palladii de præcipuis Martyribus narratio;* Quæ verba ex Joh. Jacobi Frisii Bibliotheca universali descripta ita mutanda sunt; *Palladii Episcopi ad Præpositum Lau-*

Laufum de diverfis SS. Patribus narratio. Et eft ifte Codex Auguftiffimæ Bibliothecæ Cæfareæ, qui his verbis fignificatur, membranaceus in 4to, & inter Hiftoricos Græcos MSCtos 20. fuitque olim Joh. Sambuci. Titulus aureis eft fcriptus literis. Et dignus eft profecto, qui non tantum cum Hiftoria Laufiaca, à Joh. Meurfio, Lugduni Batavorum typis Ludovici Elzevirii 1616. in 4. græcè primum edita, verum etiam cum Gentiani Herveti translatione latina, accuratè conferatur, utpote in qua hæc narratio perperam Heraclidi Epifcopo Cappadociæ tribuitur. Qua de re in fupplemento Hift. de Vitis & miraculis SS. pluribus differam & variarum lectionum ex jam memorato Codice Cæfareo depromtarum Synopfin quam fideliffime exhibebo.

Litera S.

hæc leguntur: *Sidonius de Spiritu S.* Quæ verba denuo è Frifii Bibliotheca defcripta, ita mutanda funt: *Demetrius Cydonius*, five *Cydoniates*, *de proceffione Spiritus S.* Et codex Auguftiffimæ Bibliothecæ Cæfareæ, qui his verbis fignificatur, chartaceus eft in 4to, & inter *Theologicos Græcos MSCtos 262.* fuitque olim Joh. Sambuci. Atque extat præterea in ejusdem Bibliothecæ Codice chartaceo in 4to, ejusdem Demetrii translatio græca refu-

refutationis Alcorani Muhamedici à Richardo Monacho Dominicano latina lingva conſcriptæ. Eſtque hic Demetrius à Cydonia inſulæ Cretæ oppido Cydónius ſive Cydoniates cognominatus. Quocirca à Verderio in Indicibus diverſarum Urbis Conſtantinopolitanæ Bibliothecarum perperam Demetrius Sydon, & à Friſio & Poſſevino Sidonius appellatur.

Litera T.

hæc leguntur: *Theodoreti Diaconi Canones Synodales*. Quæ verba ſic mutanda ſunt: *Theodori & Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diacono Patriarchæ Antiocheni Expoſitio Sacrorum Canonum Synodalium*. Codex, qui his verbis ſignificatur, chartaceus eſt in fol. & inter Theologicos Græcos MSCtos 288. fuitque olim à Busbeckio comparatus Conſtantinopoli. Quæcunque autem de rebus eodem contentis, & de collatione ejusdem cum impreſſis Exemplaribus dicenda reſtant, ea Hiſtoriæ Conciliorum Supplemento reſervo.

Eadem Litera T.

hæc leguntur: *Thomæ Anort orationes de incarnatione;* Quæ verba ſic mutanda ſunt: *Thomæ Aquinatis Argumentationes de divina incarnatione*. Codex enim Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, qui his verbis ſigni-

E fica-

ficatur, chartaceus est in 4to, & inter Theologicos MSCtos 204. fuitque olim Joh. Sambuci. Et licet ejus hæc sit inscriptio: Θωμᾶ Αγχίνυ λόγοι περὶ τῆς θείας σαρκώσεως; dubitandum tamen non est, quin pro Αγχίνυ legendum sit Αχίνυ. Et turpiter deceptus non tantum Frisius, qui nobis in Bibliotheca Universali novum effinxit Autorem *Thomam Anchinum*, verum etiam Possevinus, qui nobis *Thomam* quendam *Anori* obtrusit, & ab Antonio Verderio, in Bibliotheca Constantinopolitana circumventus *Thomam* quendam *Theacinum* adversus Græcos scripsisse refert Tom. 3. App. Sacri. Certò enim est, certius pro *Thoma Theacino*, græcè scriptum fuisse, Θωμᾶν τὸν Ακὐίνον *Thomam Aquinatem*. Et significatum librum ipsius *contra errores Græcorum*, qui Summo Pontifici Urbano IV. dicatus inter opera ejus extat principio Tomi XVII.

Priusquam huic additamento tertio finem imponam, hoc insuper moneo, Bibliothecam Constantinopolitanam ab Antonio Verderio editam, plurimis mendis & erroribus scatere, ideoque ea quoque, quæ R. P. Antonius Possevinus ut ad res Sacras & Ecclesiasticas pertinentia, inde excerpsit, cautè legenda esse. Qua de re licet in supplemento Corporis Historiæ Byzantinæ ex professo acturus sim, utpote ubi

can-

eandem illam Bibliothecam Constantinopolitanam ex Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Codice inter Historicos Græcos MSCtos 49. græcè simul & latinè edere constitui; ne tamen interea quis existimet, injuriam me Verderio facere, pauca hæc è multis fidei faciendæ causa jam nunc præmitto.

In Catalogo Librorum 174. à Grammatico quodam exhibito legitur:

Procli Patriarchæ Constantinopolitani Historia de Græca Theologia; Sed sine dubio scribendum: *Procli Diadochi libri sex de Platonica Theologia.* Quippe in Codice Verderii ab inepto librario pro τȣ̃ Διαδόχȣ perperam scriptum fuit Πατριάρχȣ & Ἑλληνικῆς pro Πλατωνικῆς. Prodierunt autem illi Sex libri Procli Diadochi primum in lucem Hamburgi ex Gottorpiana Ser. Ducis Holsatiæ Bibliotheca cum versione latina Æmilii Porti, A. 1618. in fol. Et extant in Augustiss. Bibliotheca Cæsarea duo ejusdem operis Exemplaria Græca MSCta in Codicibus inter Philosophicos & Philologicos Græcos MSCtos 33. & 34. Extat etiam ibidem in Antiquo Codice membranaceo in fol inter Theologicos latinos MSCtos 164. ejusdem operis Vetus translatio latina, quam una cum jam memoratorum Codicum duorum variantibus

lectionibus integram exhibebo *in Supplemento Philosophiæ Platonicæ*, quod edere constitui.

Ibidem. *Historicon Andriottæ de terra ipsorum*; pro quo legendum: *Historia Androëtæ de patria sua.* Et intelligitur Androëtas Tenedius, cujus Periplus Propontidis citatur ab Antiquo Scholiaste Græco in Apollonis Rhodii Argonautic*ῶν*, Libr. 2.

Ibidem. *Historia Nicetæ Coniatæ.* Legendum Χωνιάτου, *Choniatæ.*

Ibidem. *Theodoreti, Episcopi Syri* &c. Sed legendum *Cyri vel Cyrensis.* Fuit enim Theodoretus Episcopus Cyri, urbis Syriæ.

Ibidem. *Galeni Medicinale ad Hippocratem.* In codice Cæsareo legitur: Ἰατροσόφιον γαληνοῦ καθ' Ἱπποκράτους.

Ibidem. *Historia Constantini Manassæ ab orbis initio usque ad regnum Domini Nicephori Betanatæ*; Sed legendum est, usque ad Imperium Domini Nicephori Βοτανειάτου Botaniatæ.

Ibidem. *Liber Thomæ Theacini, quem scripsit contra Græcos*; Sed legendum Βιβλίον Θωμᾶ τοῦ Ακουΐνου. Liber *Thomæ Aquinatis* &c.

Ibidem. *Aliud opus de legibus Tadepheia dictum.*

dictum. Sed legendum ex Codice Cæsareo τὰ τεύχεα.

Ibidem. *Explicatio Johannis Metropolitæ Euchaitarum Mapropadis*; Sed legendum τοῦ Μαβρόποδος, sive *Mabropedis*, h. e. cognomine Nigripedis. Μαβροὶ enim Græcis recentioribus idem est atque Μέλας.

Ibidem. *Kiullius Polideukei*; Sed legendum Ἰούλιος Πολυδεύκης, *Julius Pollux*.

Ibidem. *Augustini Episcopi Hipponis Enchiridion Græcè versum à Demetrio Sydone*; Sed legendum: *à Demetrio Cydonio*, sive *Cydoniate*.

Ibidem. *Ruffini Presbyteri Magnæ Ecclesiæ Historia Ecclesiastica incipiens ab Imperio Constantis Chleri*; Sed legendum: *Constantii Chlori*, nempe Patris Imp. Constantini M.

Ibidem. *Historia Johannis Curopalati Scitizæ*; Sed legendum: *Johannis Curopalatæ*, cognomento *Scylitzæ*.

Ibidem. *Epistolæ Isidori Pelusiotæ, numero mille & duo*; Sed in Codice Cæsareo legitur Χιλιάδες δύο *duo millia*.

Ibidem. *Hippocratis in Libros resolutionis quatuor, quos Galenus explicat.* In Codice Cæsareo legitur: Τοῦ Ἱπποκράτους εἰς τὰ ἀναλυτικὰ βιβλία δεκατέσσερα.

σερα. Καὶ ἐξηγεῖται αὐτὰ ὁ Γαληνός.
Ibidem. *Eustachii Metropolitani Thessalonicensis in Platonem & Aristotelem.* Sed legendum Ἐυςαθίȣ *Eustathii.*
Ibidem. *Johannes Chinax* interpretatus: Sed legendum; *Johannes* cognomento *Climacus*, Abbas Montis Sinai, qui scripsit Κλίμακα, sive Scalam Paradisi.
Ibidem. *Liber S. Hieroti*, sed legendum *S. Hierothei.*

In Catalogo librorum Patriarchæ Constantinopolitani legitur:

Lexicon JustinianiM. sed legendum ex codice Cæsareo Ἐξηκονταβιβλος. Ex Ἐξηκον igitur Verderius fecit λέξικον.

In Catalogo Librorum Constantini Varini legitur:

Anastasii Synagitæ Liber qui appellatur ἀγηγὸς. Sed legendum ὁδηγὸς.
Ibidem. *Manuelis Mariotæ* &c. pro quo legendum Μανȣὴλ τȣ̃ Καμαελότȣ ut in Codice Cæsareo.
Ibidem. *Arsenii Philosophi Metropolitæ quondam Empasiæ* &c. pro quo legendum, *Monembasiæ.* Hæc enim urbs est Peloponnesi ad sinum Argolicum & hodie dicitur *Malvasia.* Unde vinum Monembasiaticum, vulgò *Malvasiers.*
Ibidem. *Phemarchii Paraphrasis* in 4. Evang. pro *Bemarchii.* Ibi-

Ibidem: *Phrynichii Lexicon*, pro Φυνίχȣ *Phrynichi*.

In Catalogo librorum Antonii Cantacuzeni legitur:

Aliud in Medicina volumen magnum, in quo sunt Galeni, Xenonis Meletii Sapientis, & pars Grateja Risotomi in materiam Medicam, ubi pro *Xenonis* scribendum *Xenocratis*, & pro *Grateja Risotomi*, *Crateva Rizotomi* & Ριζοτόμος h. l. est *herbarius*.

In Catalogo librorum Michaelis Cantacuzeni legitur:

Meletius pro *Miletius*, & *Emesenus*, vel *Emissenus*, pro *Eumesenus*.

Ibidem. *Johannis Hexaphilim*, pro *Johannis Xiphilini* explicatio &c.

In Catalogo Librorum Jacobi Marmoretæ legitur:

Johannis Octarii, pro *Johannis Actuarii* explicatio in Libbr. Aristotelis &c.

ADDITAMENTUM IV.

De pretiosissimo Codice membranaceo MSCto Historiæ Ecclesiasticæ Nicephori Callisti, à V. Cl. Sebastiano Tengnagelio ad V. Illustrissimum Jacobum Augustum Thuanum impressionis causa misso Lutetiam pertinens ad præcedentis Libri paginam.

Gratificaturus Vir Cl. *Sebastianus Tengnagelius* illustrissimo Præsidi Jacobo Augusto Thuano, de Codice MSCto Hist. Eccles. Nicephori Callisti impressionis causa Lutetiam mittendo, cum clementissimam ejus rei licentiam à Sacratissimo Rom. Imp. Mathia A. 1614. impetrasset, opera potissimum in hoc negotio deinceps usus est *Roberti Scheilderi*, Atrebatensis primum, deinde autem Cameracensis Canonici, Viri, ut ipse Tengnagelius eum appellat, raræ eruditionis & eximiæ fidei, qui tunc in Austria degens, apud Excellentissimum potentissimi Hispaniarum Regis legatum, D. *Balthasarem de Zuriga*, commoratus est. Ad hunc itaque Scheilderum misit Tengnagelius jam dicto Anno 1614. Nicephorum illum MSCtum Vindobonâ Lentiam, sive ut vulgò loquuntur, Linzium, ut is porro curaret eum tuto perferri in Galliam. Et quidem perlatum bona fide ad se literis A. 1614. die 6. Septembr. ad Tengnagelium datis luculenter testatur, additque insimul Syngrapham qua pollicetur, se prima oportunitate transmissurum in Galliam & curaturum, ut absoluta editione integrè & eodem, quo sibi traditus modo, reddatur. Imo & Epistolam quandam à Jacobo Augusto Thuano ad se missam adnectit, qua Vir hic Illustriss. promittit, se etiam atque etiam vehementer daturum operam, ut

post

poſt impreſſionem factam Codex MSCtus ſalvus & incolumis BibliothecæCæſareæ reſtituatur. Et cum deinceps diutius pauliſper detentus in via eſſet, R. P. *Fronto Ducæus*, è Societate Jeſu, quem ſtudium Græcæ linguæ præ cæteris celebrem tunc in Gallia reddiderat, denuo appellat ſuis literis Sebaſt. Tengnagelium, & ſignificat, quanto deſiderio hoc cimelium Lutetiæ exſpectaretur. Siquidem jam A. 1614. Menſ. Septembr. Vienna exierat, & anno 1615. Menſ. Martio nondum pervenerat in Galliam. Aſt pervenit tandem d. 29. Apr. A. 1615. idque & Fronto Ducæus Scheldero, & Jacobus Aug. Thuanus, Sebaſtiano Tengnagelio per literas renunciat. Et licet uterque fidem ſuam obligarit ſe proviſurum, ut quantocyus revertatur, tamen tantum abſuit, uti hæc ſua promiſſa implere potuerint, vt prius fatis conceſſerint, quam MSCtum hocce Bibliothecæ Cæſareæ fuerit redditum. Etenim ex manu Thuani in manum Henrici Stephani, & ex hac rurſus in R. P. Ducæi, & poſt mortem ejus in R. P. Sirmondi tutelam tranſiit, & ſic demum poſt duodecim annorum exilium anno 1627. Kal. Febr. in priſtinum hoſpitium ſive Bibliothecam Cæſaream revertit.

ADDITAMENTUM V.

De Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ rarioribus nonnullis Linguarum Orientalium Codicibus MSCtis pertinens ad præcedentis Libri paginam.

Laudat V. Cl. *Wilhelmus Schickardus* in Proëmio Tarich, ſeu ſeriei Regum Perſiæ ab Ardſchir Babekano conſcriptæ & Tubingæ typis Theodorici Werlini, A. C. 1628. in 4to. latine editæ, *Sebaſtianum Tengnagelium*, à cognitione multarum linguarum & poſſeſſione multorum rariſſimorum MSCtorum, adducitque exempli loco inprimis EMIR-CHOWAND *Hiſtoricum Perſidis facundiſſimum, duobus Tomis in folio eleganti manu exaratum, qui velut alter Plutarchus, omnium Orientis Heroum, & Philoſophorum quoque vitas, maxime Regum indigenarum geſta Perſicâ lingua deſcripſerit luculenter, item ſuccenturiatum ei filium THEMUR-CHAN, qui patris modo nominati Libros haud ineleganțiori ſtylo in compendium redegerit.* Atque hi duo præſtantiſſimi Codices MSCti Perſici ſuperſunt etiam nunc in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea, quorum *prior* more Perſico elegantiſſimè compactus, hanc Tengnageliana manu exaratam inſcriptionem in principio continet: *Emir Choandi Hiſtoria rara, cara,*

cara, & eximia, lingua Persica elegantissimè conscripta, & difficillima inventu, emta Constantinopoli A. 1624. Continet ea Tomos duos, quorum primus complectitur Historiam à condito Mundo & vitas omnium prophetarum, & Virorum illustrium: Item vitas Antiquorum regum Persarum usque ad Muhammedum: Secundus autem complectitur vitas Muhammedis, Ebu Becheri, Omeri, Ottmanni & Aly diffuse & copiose. In Secundi autem Codicis Persici ab eodem Schickardo laudati principio manu ejusdem Tengnagelii hæc scripta leguntur: *Compendium Historiæ universalis Muhammedanæ à Gajettedino Persa cognomine Emir Choand Persica lingua duobus Tomis elegantissimè conscripta, quod confecit Persicè Themur Chan, filius Emir Choand & emtum fuit Constantinopoli A. C. 1624.* Meminit præterea Schickardus l. c. rarissimæ cujusdam Cosmographiæ Arabicæ, quam in privata Tengnagelii Bibliotheca olim extitisse refert his verbis: *ISMAELIS ABVLPHEDAI Canones in Europa rarissimos videre mihi nondum contigit: Possidet verò eos quoque supra dictus Dn. D. Tengnagelius, Vir talium eallentissimus, in folio descriptos & centum thaleris emtos.* Et superest etiam nunc hic quoque pretiosissimus Codex MSctus in Augustissima Bibliotheca Cæsarea & hanc Tengna-

Tengnagelianæ manus inſcriptionem in principio continet: *Coſmographia Arabica Aureum & verè regium opus à Principe Abi Elphada Iſmaële, filio Regis Elaphtzal Noradini conſcriptum circa annum 1200.* In Catalogo autem quodam Librorum Arabicorum, Perſicorum & Turcicorum ejusdem Tengnagelii manu propria ſcripto, titulus ejusdem operis ſic legitur: *Coſmographia ſive deſcriptio totius Orbis habitabilis & præcipuarum ac nobilium Civitatum, ſecundum gradus longitudinis & latitudinis ad exemplum Ptolomæi ex diverſis antiquis Arabicis Coſmographis collecta, complectens multa rara, inviſa & inaudita noſtris Europæis. Opus rarum & in toto Orbe excepto autographo, unicum exemplar, & quantovis pretio dignum. Autore principe Abi Elphada Iſmaële, filio regis Elaphtzal Noradini, qui vixit ante annos plus minus 400. in fol.* Hæc Tengnagelius.

Quibus placet ſubjungere titulos nonnullorum ejusdem generis Codicum, uti eos ab ipſo Tengnagelio partim in principiis illorum Codicum, partim autem in duobus imperfectis eorundem indicibus conceptos & ſcriptos reperi.

CA-

CATALOGUS

Quorundam MSCtorum Codicum, Arabicorum, Persicorum, Turcicorum & Hebraicorum, quos V. Cl Sebastianus Tengnagelius legavit Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensi, ubi etiam nunc summa cura adservantur.

Alcoranum Arabicè *cum versione interlineari Turcica.* Codex rarus & in ipso Oriente inventu difficillimus. fol.

Ismaelis Abi Elphadæ, Principis Emiseni in Syria *Cosmographia Arabica.* fol.

Annales rerum à *Muhammede*, ejusque successoribus, Caliphis regibus & principibus Muhammedanis, ubique gentium gestarum, ab initio ejus Sectæ usque ad *Muratis* f. *Amurathis* Tertii Imper. Turcarum obitum; compositi à Seid *Mustapha*, filio *Hasenis Huseinis*, alias appellato Genabi. Liber rarus & auro contra carus. Turcicè. f.

Mirchondi, sive *Emir Choand* Historiarum Tomi duo. Historia rara lingua Persica eleganter scripta. fol.

Compendium *Historiæ Mirchondeæ*, Autore *Temur Chan*, filio ejusdem Mirchondi. Persicè. fol.

Lexicon *Arabicum Turcicè explicatum* Anonymi. fol.

Hi-

Historia Turcica, de rebus gestis *Suleymanni*, Imp. Turcarum, Autore *Nischangi Bassa*, id est, *Bassa Cancellario*, conscripta stylo Turcico Arabico-Persico elegantissimè. f.

Chronicon Arabicum ab exortu *Muhammedis* usque ad *annum Hegiræ 658.* ex Arabicis & Christianis Autoribus Collectum. f.

Tractatus eruditissimus & elegantissimus de *admirandis* sive *admirabilibus rerum creatarum.* Continet Historica, Physica & Mathematica complura, stylo mixto *Turcico-Arabico* scripta. In 4to.

Historia omnium *Prophetarum* elegantissimè scripta una cum punctis vocalibus. 4.

Lexicon Arabico-Turcicum copiosum & accuratum, autore *Mustapha, fil. Schemseddini Kara Hisari* (id est, *ex nigro castello*) vulgo vocatum *Achteri.* 4.

Lugat Halimi, id est, *Lexicon Persicum Turcice & Arabice* explicatum, adjunctis scriptorum Persarum autoritatibus, autore *Lutph-Alla, B. Joseph Halimi.* Rarum & insigne opus. in 4.

Historia *stirpis Ottomannicæ*, ab initio *Sultani Ottomanni* usque ad *Sultanum Soleymannum* Turcica lingua in 4. desinit in anno Hegiræ 956.

Vitæ *Sanctorum* quorundam *Secta Muhammedica*, siue Musulmannicæ, quorum index

dex in frontispicio Libri extat. Turcicè.

Liber tractans *artem divinandi ex Alcorano*, & continens tria opuscula de eadem materia. Arabicè.

Eodem codice *Calendarium Turcicum*, & distantiæ, sive intervalla præcipuarum Urbium *Muhammedani Imperii* per milliaria computata à Constantinopoli Urbe regia. 4.

Historia *Othomannica* à condito Imperio Othomannico usque ad annum *Hegiræ*, sive *æræ Muhammedanæ*, 870. Turcicè. 4.

Libellus de *Geomantia*. Turcicè. 4.

Historia miscella continens *Mundi creationem*, *Califarum*, sive successorum Muhammedis & *Ægypti Sultanorum* seriem, aliaque cum Historica tum Ethica, in 4. Elegans liber.

Historia de regibus *Sinæ & Persiæ*, initio mutila. Turcicè. in 4.

Historia *de odio novercali* per Dialogum, in quo colloquuntur *Rex*, *Regina & Veziri*, sive *Consiliarii regis*, qui confutant calumnias à regina privigno objectas, è Persica in Turcicam lingvam translata & in 40. noctes divisa. in 4.

Dictionarium, sive explicatio vocum difficiliorum *Arabicarum in Misnevi*, scriptore *Persa* & in *Chulistan*, sive *Roseto* libro morali apud Persas celeberrimo, occurrentium, Ara-

Arabicè & Persicè. Item *Dictionarium Arabico-Turcicum.* 4.

Liber *Persica* lingua eleganti stylo & manu conscriptus, *de Rege*, sive *Principe formando*, per sententias, exempla & fabulas. Liber nobiliss. in Perside. Vocatur *Anvar Suheili.* in 4. Traduct. ex lingua *Indica in Persicam.*

Abd Elbacki Poëta celeberrimus apud Muhammedanos. Floruit sub Sultano *Suleymanno.* Eleganter exaratus Codex. in 4.

Precationes & capitula quædam ex *Alcorano.* Arabicè & Turcicè. in 8.

Sententiæ morales variæ, ex *Locmanno*, *Platone*, *Aristotele*, *Diogene*, & aliis Philosophis, mutilæ initio & fine. Arabicè. 8.

Miscellanea quædam *Arabicè* & *Turcicè* scripta à captivo quodam in Germania. 8.

Miscellanea quædam partim *Arabica*, partim *Syriaca* vetustate detrita & lacera. 8.

Explicatio *decisionum & rituum Muhammedicorum*, sive *Jura & Ceremoniæ* eorum Arabicè eleganter scripta. in fol.

Aben Sinæ, sive *Avicennæ*, *Liber Secundus*, *de Medicamentis simplicibus* antiquo *Africano* charactere, Arabicè. Discrepat in multis ab excuso exemplari Romano. f. Rarus & eximius codex.

Evangelia quatuor Arabicè adjunctis Evangelista-

gelistarum vitis & varius ex textu Syriaco, Ægyptio & Græco lectionibus ad marginem adscriptis. Antiquus, rarus & magni pretii codex. In 4to. magno.

Ex hoc præstantissimo Codice MSCto prodierunt duo illa Petri Kirstenii Uratislaviensis opuscula in fol. quorum prioris titulus: Petri Kirstenii Uratislav. Phil. & Medic. D. Vitæ Evangelistarum quatuor ex antiquissimo Codice MSCto Arabico Cæsareo erutæ. Breslæ typis Arabicis ac sumtibus Autoris, Anno 1608. Posterioris autem inscriptio ita se habet: Petri Kirstenii, Philosoph. & Med. D. notæ in Evangelium S. Matthæi ex collatione textuum Arabicorum, Ægypt. Hebr. Syriac. Græc. & Latinorum. Breslæ typis Arabicis ac sumtibus Autoris, A. 1611. Fit enim manifesta Tengnagelii mentio in prioris Epistola dedicatoria, & posterioris præfatione ad Lectorem. Ac licet Kirstenius beneficio Tengnageliani hujus Codicis MSCti illustrando N. T. haud contemnendam navarit operam, longe tamen majores ejusdem Codicis fructuose utendi supersunt reliquiæ.

Commentarius *Anonymi in Alcoranum Arabicè* mutilus principio 4.

Libellus *de intentione vultus ad Deum*, autore Murade Beg, interprete *Soleymanni* Imperatoris, Turcicè & Latinè. 4.

Abn vel *Ibn Bithar* Liber *de ſimplicibus ad curandos omnes corporis humani morbos, diſtinctus in 20. capita.* Arabicè.

Tractatus *de ritibus & legalibus* Muhammedanorum. *Turcicè.* 4.

Alcoranum Muhammedis, *Arabicè*; duo folia deſunt ab initio. 4.

Chuliſtan, ſive *Roſetum*, liber moralis & ſententioſus in Perſia celeberrimus Perſicè. 4.

Dictionarium *Arabico-Turcicum.* 4.

Formulæ diverſorum contractuum, inſtrumentorum & Epiſtolarum. *Turcicè.* 4.

Formulare Epiſtolarum Turcicè.

Soureth, ſive capitula quædam ex *Alcorano* quæ in templis recitari ſolent. 4.

Eorundem Pars *ſecunda, tertia, quinta, decima, viceſima.* 4.

Dictionarium *Turcico-Perſicum*, Autore Scahidi. 4.

Grammatica Arabica *Ahmedis, B. Aly B. Maſud*, & duæ aliæ Grammaticæ. 4.

Boſtan, ſive hortus, Poëma *Perſicum*, autore *Scheich Saadi*, Poëta apud Perſas nobiliſſimo. Perſicè. 4.

Libellus elegans moralis, partim verſu, partim proſa ſcriptus. *Perſicè.* 4.

Liber

Liber Schach Cheda, Historia fabulosa carmine *Turcico*. 4.

Alcoranum mutilum Arab. 4.

Liber continens diversa Poëmata *Persico-Turcica*. 4.

Negiati Persici Poëtæ elegantissima Poëmata lingv. *Persica, Arabica & Turcica* mixtis. Floruit sub *Bajazid & Soleymanno* Impp. Elegant. exarat. 8.

Poëmatum Liber lingua *Persica* initio mutil. 4.

Chulistan, sive *rosetum* lingua *Persica*. Liber moralis terse nitideque scriptus. 4.

Liber *de oratione & ritibus* Muhammedanorum. *Arabicè*. 4.

Opuscula quædam Astronomica *Arabicè*.

Dictionarium *Persico-Turcicum*, autore *Lateph-allà filio Josephi Halimi* eleganter scriptum. 4.

Grammatica *Persica* & Dictionarium *Persicum*. 4.

Chulistan, sive *Rosetum* Persicè.

Historia *Turcica* lingua ab origine stirpis *Othomannicæ* usque ad Impp. *Bajazidem II.* sive annum Hegiræ 896. carmine & prosa in 8vo.

Chemal Bassæ varia opuscula Arabicè tenui charactere scripta. in 8.

Capitula quædam & preces ex *Alcorano*, ut &

Calendarium Turcicum rarum & mirandum, quod complectitur non solum festa *Muhammedanorum*, sed *Christi* & *B. Virginis Mariæ* aliorumque *Sanctorum* partim *Turcicè*, partim *Arabicè*. in 8.

Poëmata elegant. lingua *Persica*. 8.

Poëmatum libellus *Persicè*. 8.

Grammatica *Ahmedis*, *Ibn Ali*, *Ibn Mesud*. 8.

Colloquia Persicè & Turcicè elegans libellus ad discendam linguam Persicam. Eodem Codice; De *peregrinatione Mechana* libellus.

Dictionarium in *Chulistan*.

Aliud Dictionariolum Arabico-Turcicum. 8.

Collectanea ex diversis antiquis Scriptoribus Arabicis congesta complectentia *Historias*, *Doctorum Virorum vitas*, *Geographica*, *Ethica*, & variam variarum rerum Miscellan. eleg. Script 8.

Tredecim libelli precationum *Arabicè* & *Turcicè*. in 12.

Nonnulla opuscula incompacta & mutila folia *Arabica* & *Turcica*.

Alcoranum Arabicum elegantissima manu exaratum, quod Tengnagelio donavit eruditissimus pariter Generosiss. Baro *Enenckelius*. in 8.

Alco-

Alcoranum ſatis pulchre ſcriptum initio mutilum. in 8.

Alcoranum nitido tenuique charactere. in 8.

Alcoranum pulcherrimo tenuiſſimoque charactere Bagdadi exaratum à *Jacuto Muſtazimo* anno Hegiræ Muhammedicæ 655. in 12.

Capita quædam ex *Alcorano* elegantiſſimè ſcripta. in 12.

Libellus docens quantum *preces* nonnullæ *Muhammedanæ* valeant & à quibus liberent.

Eod. Cod. Fabuloſæ quædam Hiſtoriæ de *Muhammede* & ſociis ejus. Turcicè. 4.

Hiſtoriæ de cæde *Huſſein*, filii *Aly*, generi Muhammedis, patrata à *Jezid*, filio *Muaviæ*, carmine Turcico compoſita. Mutil. init. 4.

Libellus *Arabicus* cum verſione interlineari Turcica. in 8.

Quinque libelli, ſive Enchiridion precum *Turcicarum* & capitulorum aliquot ex *Alcorano* quæ *amuleti* loco appenſa geſtari ſolent. in 16.

Capita quædam *primæ* & *ſecundæ Epiſtolæ ad Corinthios* lingua *Arabica*. in 4.

Rudimenta quædam linguæ *Arabicæ* collecta à *Joh. Alberto Widmanſtadio*. in 4.

Enchiridion precum & capitulorum *Alcorani*,

ni, involutum thecæ laneæ cæruleæ. in 4.

Calendarium Arabico-Turcicum, adjecta & *Persarum* numerandi ratione. Item explicatio in *Alcoranum:* Tractatus de XII. *signis Zodiaci*, & *de arte Geomantica, nec non alia miscellanea Astronomica.* in 4.

Enchiridii *precum* tria Exemplaria.

Lexicon *Syro-Arabicum* à *Moyse* oriundo è *Tzaura* prope *Meredin* filio Sacerdotis *Ishani* è pago *Kolack*, *Ignatii Patriarchæ Antiocheni* legato, collectum. fol.

Rituale Ecclesiasticum *Serviorum* vel *Bulgarorum* lingua & literis eorum exaratum. in 4to.

Psalterium Davidicum Lingua & Charactere *Syriaco*. Codex antiquus. 8.

Officium precum superstitiosarum sive Magicarum Lingua & Charactere *Æthiopico*, sive *Abyssino*, Codex antiquus in 12. in membrana. Vid. Additamentum 4. Libr. 8. pag. 643.

Thoros Patriarchæ Armeniorum Commentarius in lingua *Armena* in *Evangelia.* Floruit is A. 1054. Codex antiquus. in 8.

Libellus precum lingua *Armena.* Codex antiquus. in 12.

Petri de Alcala Lexicon *Arabico-Hispanum Granatense*, *à Sebastiano Tengnagelio* in Ordinem Alphabeticum redactum. fol.

Ab-

Abdallæ Buchari Hiſtoria de rebus *Muhammedis*. fol.

Sylloge Miſcellanea vocabulorum *Arabicorum*, *Perſicorum*, *Turcicorum* & *Armenicorum*, cum interpretatione latina, ut & *Calendarium Sanctorum Arabicè*, ex Bibliotheca Palatina.

Miſcellanea *Arabica*, *Turcica & Hebraica*, à *Sebaſtiano Tengnagelio*, cum his linguis operam dare inciperet, collecta.

Catalogi diverſi librorum aliquot rariorum, & *Dictionarium Arabicum* cum latina interpretatione, ex Bibliotheca Palatina. f.

Joſephi Barbati Memphitici Linguæ Sanctæ cæterarumque Orientalium linguarum in Academia Lovanienſi Profeſſoris Compendium Grammaticæ *Arabicæ*. An. 1620. in fol. bis.

Sylloge variarum Epiſtolarum aliarumque Schedarum *Turcicarum & Arabicarum*. in fol.

Alcoranum Arabicum. in 4.

Pars *decima tertia* Capitulorum quorundam ex *Alcorano* quæ in templis *Muhammedanorum* ſolent recitari. Arabicè. in 4.

Azoaræ quædam Alcorani. Arabicè. in 4.

Gemaleddin Ibn Alhagieb Compendium expoſitionis Alcorani. in 4.

Expoſitio quædam in *Alcoranum Arabice*. in 4

Observationes Grammaticæ in *Alcoranum* Autore *Gemaleddin Ebu Omar Ben Albagieb*. Arabicè. in 4.

Grammaticæ observationes autore *Abdallah, Ben Hascham, Alanzari Abnehui*. in 4,

Geographiæ fragmentum eximium & quantivis pretii lingua *Persica*. in 4.

Colloquium Persico-Turcicum, & Professio religionis *Turcicæ*, aliaque miscellanea. in 8.

Haphitz Seirasi, Poëtæ Persici, Poëmata eruditissima & elegantissima. in 8.

Liber elegans & jucundus *de mirabilibus rerum creatarum Turcicè & Arabicè*. in 8.

Libellus *Arabicus* quem *Josepho Scaligero* donavit *Carolus Labbæus*. in 8.

Alcoranum Muhammedis *Arabicum* incredibili elegantia exaratum. in 8. Min.

Andreæ Bellunensis Glossarium nominum *Arabicorum* ex *Avicenna* aliaque miscellanea *Arabica*. in 12.

Libellus *Arabicus* continens *varias preces & superstitiosas figuras*. in 12.

Liber *Arabicus* quem *Sebastiano Tengnagelio* donavit *Petrus Passmannus* ex Patre Societatis Jesu Archi-Episcopus *Strigoniensis* ac demum *Cardinalis*.

מחברות ר' שלמה בר אברהם

h. e. *Mechaberoth s. Compositiones R. Salomonis, filii R. Abrahami*. Est autem Le-

xicon

xicon Hebraicum, *R. Davidem Kimchi*, & alios Lexicographos antiquitate antecellens, conſcriptum A. M. ſecundum Epocham Judæorum 4921. h. e. ante annos 450. Raræ notæ, & unicum ut exiſtimo, orbe exemplar. Autor eſt *R. Salomon*, *B. R. Abraham*, *B. R. Pirchon*. Collegit verò illud ex *Rabbi Saadiæ Gahon*, *R. Jehudah Chiug*, *R. Jona B. Gana*, *Arabicis Gloſſariis*. Item *R. Samuel Hannagid*, *R. Salomo Haekaton*. Uſus eſt præceptoribus *R. Ephraim*, *R. Jehuda Levita*, *R Aben Ezra*. Exaratum eleganti charactere in membrana. in fol.

ספר תחפץ השלם לאלצהראוי אמר משלם בן יונה *Elzabaravi* Medici Arabis vetuſti Methodus univerſalis Medendi omnibus corporis humani Morbis. Traducta ex Arabica Lingua in Hebræam, à *R. Meſculam Ben Jona*. Liber rariſſimus & inventu difficillimus, conſcriptus eleganti charactere in membrana A. æræ Jud. 5170. Chriſt. 1410. in 4. *Ibn Ruſchad* ſive *Averrois* Epitome *Almageſti* ſive magnæ conſtructionis Ptolomæi Alexandrini *Hebraicè*. Vertit illam ex Arabica Lingua *R. Jacob B. R. Aba Mori*, *B. R. Simſon*, *B. R. Antoli*. *A. æræ Jud.* 4991. Chriſt. 1231. 4to. in charta.

F 5 Eod.

Eod. Codice: *Abi Ali Ibn Elbitam,* Arabis opuſculum de Sphæra, ſive Introductio in Aſtronomiam, transtulit id ex *Arabico* in *Hebræum* ſermonem *R. Salomon,* Medicus. Citatur hic autor ab *Averroë* in Epitome *Almageſti.*

Eod. Codice. *Euclidis Elementorum Geometricorum* Libri ſeptem verſi ex Lingua *Arabica in Hebræam à R. Jacob B. Mechir.* Notabile autem eſt, quod interpres hic in proëmio conqueritur, *multos Libros Judaicos periiſſe: Ideoque Chriſtianos Judæis imperitiam ſcientiarum objicere.*

ספר התולדות לאבן עזרא Liber de nativitatibus, ſive Aſtrologia judiciaria R. Abraham Aben Eſra autore, bis recentiori & antiqua manu. in 4.

ראשית חכמה *Aben Ezræ* Libellus de *Aſtrologia judiciaria.* 4. in charta.

Averrois Compendium in Libros *Ariſtotelis de generatione & corruptione* & in *parva Naturalia* verſ. ex *Arabica* in *Hebræam* Linguam à *R. Moſche Tabon ſive Tybbon B. R. Samuel, B. R. Jehudah.* in 4. in charta.

Libellus elegans *Aſtronomicus* verſu *Hebraico* conſcriptus ab incerto Autore. 4.

Averrois Commentarius in Libros *Ariſtotelis de*

de anima, Hebr. ſcriptus vetuſto charactere Africano. 4. in charta.

Eod. Codice. *Fen tertia* Libri primi *Canonis Ali Ibn Sinah*, ſive *Avicennæ* Hebr.

R. Moſche Ben Majemon Cordubenſis opuſculum *de regimine ſanitatis*, ſ. *de ſanitate tuenda* Ebr. 4. in charta.

Eod. Codice *R. Abraham Aben Ezræ* opuſculum *Aſtrologicum de nativitatibus ſ. geniturìs* Hebraice.

Eod. Codice *Chronologia Hebræorum* fine mutila.

Eod. Codice ספר בה״ tractatus de animalibus à ſermone undecimo incipiens & deſinens. in 8. autore incerto.

R. Moſche Ben Majemon opuſculum *de ſanitate tuenda* ad *Sultanum Ægyptium* charactere quidem ſcriptum *Hebraico*; ſed lingua *Arabica* A. M. 5017. Chriſti 1257. 4. in charta.

Eod. Codice. *R. Abraham Aben Ezræ* opuſculum Aſtrologicum *de nativitatibus ſ. geniturìs*. Hebraicè.

Muhammedis Alfargani, qui corruptè *Alfraganus* vocatur, *Iſagoge in Aſtronomiam*, princ. & fine mutil. 4. in charta.

Ibn Ruſchad, ſ. Averrois Commentarius in *poſte-*

posteriora Analytica Aristotelis. 4to. in charta.

Eodem Codice *R. Menachem Rekanat, s. Recinensis* qui obiit A. C. 1290. Liber quidam Cabbalisticus.

Eodem Codice ספר הבהיר *Sepher Habbahir*, Liber Cabbalisticus Antiquissimus, *de mysteriis nominum divinorum*, cujus autor *R. Nechoniah Ben Hackana* qui 30. vel 40. annis ante Christum floruit.

Eodem Codice Excerpta ex *Medrasch*, h. e. *Commentario* allegorico & Historico in Librum *Ruth* & *Canticum Canticorum*.

ספר אור יי׳ *Sepher Or Adonai*, h. e. Liber inscriptus *Lux s. Lumen Dei*, qui est *Commentarius philosophicus in Rambam, s. R. Mosche Ben Majemon More Nevochim*, h. e. *Doctorem perplexorum, s. Directorem dubitantium*, Autore *R. Chasdai Karsecas, B. R. Jehudah* qui philosophus insignis & rarus inventu est. Vixit ante annos 350. plus minus. 4. in charta.

Eod. Codice. *Abdallæ Muhammed Ebubecher Ben Muhammed Taurisi* Commentarius in loca quædam obscuriora philosophica *Directorii dubitantium R. Mosche Ben Majemon.*

Trans-

Transtulit eum ex *Arabico in Hebræum* ſermonem *R. Iſaac B. R. Nathan Cordubenſis.*

Herbarium lingua *Hebraica*, *Arabica & Hiſpanica* cujus titulus: זרכם המעלורת editum *Arabice à R. Jeboſchua B. Vivis Elraki*, *Ebraicè* autem verſum à *Joſepho Vidal B Bembenaſt* 4. partim in membrana, partim in charta.

R Salomonis B. Abraham Avogador, tractatus *de Sphæra Hebraice* 4. partim in membrana, partim in charta.

R. Abrabami Bar Chiſab Hiſpani tractatus de *Sphæra Mundi*, Hebraicè ſcriptus A. Æræ Jud. 5232. Chriſt. 1472. & inſcriptus: צורת הארץ *Tzurath Haaretz*, h. e. *figura terræ.* 4. partim in membrana, partim in charta,

Eod. Codice: *Muhammedis Alphargani Iſagoge in Aſtronomiam*, verſa Hebraicè à *R. Jacob Antoli.*

Eod. Codice: *R. Abraham Aben Ezra* Liber *Aſtrologicus* inſcriptus, Principium Sapientiæ.

Eod. Codice: Anonym. cujusdam *Tabulæ Aſtronomicæ: Hebraicè.*

Eod Codice: Anonymi cujusdam opuſculum *de Ecclipſibus Solis & Lunæ. Hebraicè.*

Eod.

Arabicè & Persicè. Item *Dictionarium Arabico-Turcicum.* 4.

Liber *Persica* lingua eleganti stylo & manu conscriptus, *de Rege*, sive *Principe formando*, per sententias, exempla & fabulas. Liber nobiliss. in Perside. Vocatur *Anvar Suheili.* in 4. Traduct. ex lingua *Indica* in *Persicam.*

Abd Elbacki Poëta celeberrimus apud Muhammedanos. Floruit sub Sultano *Suleymanno.* Eleganter exaratus Codex. in 4.

Precationes & capitula quædam ex *Alcorano.* Arabicè & Turcicè. in 8.

Sententiæ morales variæ, ex *Locmanno*, *Platone*, *Aristotele*, *Diogene*, & aliis Philosophis, mutilæ initio & fine. Arabicè. 8.

Miscellanea quædam *Arabicè* & *Turcicè* scripta à captivo quodam in Germania. 8.

Miscellanea quædam partim *Arabica*, partim *Syriaca* vetustate detrita & lacera. 8.

Explicatio *decisionum & rituum Muhammedicorum*, sive *Jura & Ceremoniæ* eorum Arabicè eleganter scripta. in fol.

Aben Sinæ, sive *Avicennæ*, *Liber Secundus*, *de Medicamentis simplicibus* antiquo *Africano* charactere, Arabicè. Discrepat in multis ab excuso exemplari Romano. f. Rarus & eximius codex.

Evangelia quatuor Arabicè adjunctis Evangelista-

gelistarum vitis & variis ex textu Syriaco, Ægyptio & Græco lectionibus ad marginem adscriptis. Antiquus, rarus & magni pretii codex. In 4to. magno.

Ex hoc præstantissimo Codice MSCto prodierunt duo illa Petri Kirstenii Uratislaviensis opuscula in fol. quorum prioris titulus: Petri Kirstenii Uratislav. Phil. & Medic. D. Vitæ Evangelistarum quatuor ex antiquissimo Codice MSCto Arabico Cæsareo erutæ. Breslæ typis Arabicis ac sumtibus Autoris, Anno 1608. Posterioris autem inscriptio ita se habet: Petri Kirstenii, Philosoph. & Med. D. notæ in Evangelium S. Matthæi ex collatione textuum Arabicorum, Ægypt. Hebr. Syriac. Græc. & Latinorum. Breslæ typis Arabicis ac sumtibus Autoris, A. 1611. Fit enim manifesta Tengnagelii mentio in prioris Epistola dedicatoria, & posterioris præfatione ad Lectorem. Ac licet Kirstenius beneficio Tengnageliani hujus Codicis MSCti illustrando N. T. haud contemnendam navarit operam, longe tamen majores ejusdem Codicis fructuose utendi supersunt reliquiæ.

Commentarius *Anonymi in Alcoranum Arabicè* mutilus principio 4.

Libellus *de intentione vultus ad Deum*, autore MuradeBeg, interprete *Soleymanni* Imperatoris, Turcicè & Latinè. 4.

Abn vel *Ibn Bithar* Liber *de ſimplicibus ad curandos omnes corporis humani morbos, diſtinctus in 20. capita.* Arabicè.

Tractatus *de ritibus & legalibus* Muhammedanorum. *Turcicè.* 4.

Alcoranum Muhammedis, *Arabicè*; duo folia deſunt ab initio. 4.

Chuliſtan, ſive *Roſetum*, liber moralis & ſententioſus in Perſia celeberrimus Perſicè. 4.

Dictionarium *Arabico-Turcicum.* 4.

Formulæ diverſorum contractuum, inſtrumentorum & Epiſtolarum. *Turcicè.* 4.

Formulare Epiſtolarum Turcicè.

Soureth, ſive capitula quædam ex *Alcorano* quæ in templis recitari ſolent. 4.

Eorundem Pars *ſecunda, tertia, quinta, decima, viceſima.* 4.

Dictionarium *Turcico-Perſicum*, Autore Scahidi. 4.

Grammatica Arabica *Ahmedis, B. Aly B. Maſud*, & duæ aliæ Grammaticæ. 4.

Boſtan, ſive hortus, Poëma *Perſicum*, autore *Scheich Saadi*, Poëta apud Perſas nobiliſſimo. Perſicè. 4.

Libellus elegans moralis, partim verſu, partim proſa ſcriptus. *Perſicè.* 4.

Liber

Liber Schach Cheda, Hiſtoria fabuloſa carmine *Turcico*. 4.

Alcoranum mutilum Arab. 4.

Liber continens diverſa Poëmata *Perſico-Turcica*. 4.

Negiati Perſici Poëtæ elegantiſſima Poëmata lingv. *Perſica*, *Arabica & Turcica* mixtis. Floruit ſub *Bajazid & Soleymanno* Impp. Elegant. exarat. 8.

Poëmatum Liber lingua *Perſica* initio mutil. 4.

Chuliſtan, ſive *roſetum* lingua *Perſica*. Liber moralis terſe nitideque ſcriptus. 4.

Liber *de oratione & ritibus* Muhammedanorum. *Arabicè*. 4.

Opuſcula quædam Aſtronomica *Arabicè*.

Dictionarium *Perſico-Turcicum*, autore *Lateph-allà filio Joſephi Halimi* eleganter ſcriptum. 4.

Grammatica *Perſica* & Dictionarium *Perſicum*. 4.

Chuliſtan, ſive *Roſetum* Perſicè.

Hiſtoria *Turcica* lingua ab origine ſtirpis *Othomannicæ* usque ad Impp. *Bajazidem II.* ſive annum Hegiræ 896. carmine & proſa in 8vo.

Chemal Baſſæ varia opuſcula Arabicè tenui charactere ſcripta. in 8.

Capitula quædam & preces ex *Alcorano*, ut &

Calendarium Turcicum rarum & mirandum, quod complectitur non solum festa *Muhammedanorum*, sed *Christi* & *B. Virginis Mariæ* aliorumque *Sanctorum* partim *Turcicè*, partim *Arabicè*. in 8.

Poëmata elegant. lingua *Persica*. 8.

Poëmatum libellus *Persicè*. 8.

Grammatica *Ahmedis, Ibn Ali, Ibn Mesud.* 8.

Colloquia Persicè & Turcicè elegans libellus ad discendam linguam Persicam. Eodem Codice; De *peregrinatione Mechana* libellus.

Dictionarium in *Chulistan*.

Aliud Dictionariolum Arabico-Turcicum. 8.

Collectanea ex diversis antiquis Scriptoribus Arabicis congesta complectentia *Historias*, *Doctorum Virorum vitas*, *Geographica*, *Ethica*, & variam variarum rerum Miscellan. eleg. Script 8.

Tredecim libelli precationum *Arabicè* & *Turcicè*. in 12.

Nonnulla opuscula incompacta & mutila folia *Arabica* & *Turcica*.

Alcoranum Arabicum elegantissima manu exaratum, quod Tengnagelio donavit eruditissimus pariter Generosiss. Baro *Enenckelius*. in 8.

Alco-

Alcoranum ſatis pulchre ſcriptum initio mutilum. in 8.

Alcoranum nitido tenuique charactere. in 8.

Alcoranum pulcherrimo tenuiſſimoque charactere Bagdadi exaratum à *Jacuto Muſtazimo* anno Hegiræ Muhammedicæ 655. in 12.

Capita quædam ex *Alcorano* elegantiſſimè ſcripta. in 12.

Libellus docens quantum *preces* nonnullæ *Muhammedanæ* valeant & à quibus liberent.

Eod. Cod. Fabuloſæ quædam Hiſtoriæ de *Muhammede* & ſociis ejus. Turcicè. 4.

Hiſtoriæ de cæde *Huſſein*, filii *Aly*, generi Muhammedis, patrata à *Jezid*, filio *Muaviæ*, carmine Turcico compoſita. Mutil. init. 4.

Libellus *Arabicus* cum verſione interlineari Turcica. in 8.

Quinque libelli, ſive Enchiridion precum *Turcicarum* & capitulorum aliquot ex *Alcorano* quæ *amuleti* loco appenſa geſtari ſolent. in 16.

Capita quædam *primæ* & *ſecundæ Epiſtolæ ad Corinthios* lingua *Arabica*. in 4.

Rudimenta quædam linguæ *Arabicæ* collecta à *Joh. Alberto Widmanſtadio*. in 4.

Enchiridion precum & capitulorum *Alcorani*,

ni, involutum thecæ laneæ cæruleæ. in 4.

Calendarium Arabico-Turcicum, adjecta & *Persarum* numerandi ratione. Item explicatio in *Alcoranum:* Tractatus de XII. *signis Zodiaci*, & *de arte Geomantica, nec non alia miscellanea Astronomica.* in 4.

Enchiridii *precum* tria Exemplaria.

Lexicon *Syro-Arabicum* à *Moyse* oriundo è *Tzaura* prope *Meredin* filio Sacerdotis *Isbani* è pago *Kolack*, *Ignatii Patriarchæ Antiocheni* legato, collectum. fol.

Rituale Ecclesiasticum *Serviorum* vel *Bulgarorum* lingua & literis eorum exaratum. in 4to.

Psalterium Davidicum Lingua & Charactere *Syriaco.* Codex antiquus. 8.

Officium precum superstitiosarum sive Magicarum Lingua & Charactere *Æthiopico*, sive *Abyssino*, Codex antiquus in 12. in membrana. Vid. Additamentum 4. Libr. 8. pag. 643.

Thoros Patriarchæ Armeniorum Commentarius in lingua *Armena* in *Evangelia.* Floruit is A. 1054. Codex antiquus. in 8.

Libellus precum lingua *Armena.* Codex antiquus. in 12.

Petri de Alcala Lexicon *Arabico-Hispanum Granatense*, à *Sebastiano Tengnagelio* in Ordinem Alphabeticum redactum. fol.

Ab-

Abdallæ Buchari Hiſtoria de rebus *Muhammedis*. fol.

Sylloge Miſcellanea vocabulorum *Arabicorum*, *Perſicorum*, *Turcicorum* & *Armenicorum*, cum interpretatione latina, ut & *Calendarium Sanctorum Arabicè*, ex Bibliotheca Palatina.

Miſcellanea *Arabica*, *Turcica & Hebraica*, à *Sebaſtiano Tengnagelio*, cum his linguis operam dare inciperet, collecta.

Catalogi diverſi librorum aliquot rariorum, & *Dictionarium Arabicum* cum latina interpretatione, ex Bibliotheca Palatina. f.

Joſephi Barbati Memphitici Linguæ Sanctæ cæterarumque Orientalium linguarum in Academia Lovanienſi Profeſſoris Compendium Grammaticæ *Arabicæ*. An. 1620. in fol. bis.

Sylloge variarum Epiſtolarum aliarumque Schedarum *Turcicarum & Arabicarum*. in fol.

Alcoranum Arabicum. in 4.

Pars *decima tertia* Capitulorum quorundam ex *Alcorano* quæ in templis *Muhammedanorum* ſolent recitari. Arabicè. in 4.

Azoara quædam Alcorani, Arabicè. in 4.

Gemaleddin Ibn Albagieb Compendium expoſitionis Alcorani. in 4.

Expoſitio quædam in *Alcoranum Arabice*. in 4

Obſervationes Grammaticæ in *Alcoranum* Autore *Gemaleddin Ebu Omar Ben Albagieb.* Arabicè. in 4.

Grammaticæ obſervationes autore *Abdallah, Ben Haſcham, Alanzari Abnehui.* in 4.

Geographiæ fragmentum eximium & quantivis pretii lingua *Perſica.* in 4.

Colloquium Perſico-Turcicum, & Profeſſio religionis *Turcicæ*, aliaque miſcellanea. in 8.

Haphitz Seiraſi, Poëtæ Perſici, Poëmata eruditiſſima & elegantiſſima. in 8.

Liber elegans & jucundus *de mirabilibus rerum creatarum Turcicè & Arabicè.* in 8.

Libellus *Arabicus* quem *Joſepho Scaligero* donavit *Carolus Labbæus.* in 8.

Alcoranum Muhammedis *Arabicum* incredibili elegantia exaratum. in 8. Min.

Andreæ Bellunenſis Gloſſarium nominum *Arabicorum* ex *Avicenna* aliaque miſcellanea *Arabica.* in 12.

Libellus *Arabicus* continens *varias preces & ſuperſtitioſas figuras.* in 12.

Liber *Arabicus* quem *Sebaſtiano Tengnagelio* donavit *Petrus Paſſmannus* ex Patre Societatis Jeſu Archi-Epiſcopus *Strigonienſis* ac demum *Cardinalis.*

מחברות ר' שלמה בר אברהם

h. e. *Mechaberoth ſ. Compoſitiones R. Salomonis, filii R. Abrahami.* Eſt autem Lexicon

xicon Hebraicum, *R. Davidem Kimchi*, & alios Lexicographos antiquitate antècellens, conſcriptum A. M. ſecundum Epocham Judæorum 4921. h. e. ante annos 450. Raræ notæ, & unicum ut exiſtimo, orbe exemplar. Autor eſt *R. Salomon*, *B. R. Abraham*, *B. R. Pirchon*. Collegit verò illud ex *Rabbi Saadiæ Gabon*, *R. Jehudah Chiug*, *R. Jona B. Gana*, *Arabicis Gloſſariis*. Item *R. Samuel Hannagid*, *R. Salomo Haekaton*. Uſus eſt præceptoribus *R. Ephraim*, *R. Jehuda Levita*, *R Aben Ezra*. Exaratum eleganti charactere in membrana. in fol.

ספר תחפץ השלם לאלצהראוי אמר משלם בן יונה *Elzabaravi* Medici Arabis vetuſti Methodus univerſalis Medendi omnibus corporis humani Morbis. Traducta ex Arabica Lingua in Hebræam, à *R. Meſculam Ben Jona*. Liber rariſſimus & inventu difficillimus, conſcriptus eleganti charactere in membrana A. æræ Jud. 5170. Chriſt. 1410. in 4. *Ibn Ruſchad* ſive *Averrois* Epitome *Almageſti* ſive magnæ conſtructionis Ptolomæi Alexandrini *Hebraicè*. Vertit illam ex Arabica Lingua *R. Jacob B. R. Aba Mori*, *B. R. Simſon*, *B. R. Antoli*. *A. æræ Jud.* 4991. Chriſt. 1231. 4to. in charta.

F 5 Eod.

Eod. Codice: *Abi Ali Ibn Elbitam*, Arabis opuſculum de Sphæra, ſive Introductio in Aſtronomiam, transtulit id ex *Arabico* in *Hebræum* ſermonem *R. Salomon*, Medicus. Citatur hic autor ab *Averroë* in Epitome *Almageſti*.

Eod. Codice. *Euclidis Elementorum Geometricorum* Libri ſeptem verſi ex Lingua *Arabica in Hebræam à R. Jacob B. Mechir*. Notabile autem eſt, quod interpres hic in proëmio conqueritur, *multos Libros Judaicos periiſſe: Ideoque Chriſtianos Judæis imperitiam ſcientiarum objicere.*

ספר התולדות לאבן עזרא Liber de nativitatibus, ſive Aſtrologia judiciaria R. Abraham Aben Eſra autore, bis recentiori & antiqua manu. in 4.

ראשית חכמה *Aben Ezræ* Libellus de *Aſtrologia judiciaria*. 4. in charta.

Averrois Compendium in Libros *Ariſtotelis de generatione & corruptione* & in *parva Naturalia* verſ. ex *Arabica in Hebræam* Linguam à *R. Moſche Tabon ſive Tybbon B. R. Samuel, B. R. Jehudah*. in 4. in charta.

Libellus elegans *Aſtronomicus* verſu *Hebraico* conſcriptus ab incerto Autore. 4.

Averrois Commentarius in Libros *Ariſtotelis de*

de anima, Hebr. ſcriptus vetuſto charactere Africano. 4. in charta.

Eod. Codice. *Fen tertia* Libri primi *Canonis Ali Ibn Sinah*, ſive *Avicennæ* Hebr.

R. Moſche Ben Majemon Cordubenſis opuſculum *de regimine ſanitatis*, ſ. *de ſanitate tuenda* Ebr. 4. in charta.

Eod. Codice *R. Abraham Aben Ezræ* opuſculum *Aſtrologicum de nativitatibus ſ. genituris* Hebraice.

Eod. Codice *Chronologia Hebræorum*, fine mutila.

Eod. Codice ספר בה״ tractatus de animalibus à ſermone undecimo incipiens & deſinens. in 8. autore incerto.

R. Moſche Ben Majemon opuſculum *de ſanitate tuenda* ad *Sultanum Ægyptium* charactere quidem ſcriptum *Hebraico*; ſed lingua *Arabica* A. M. 5017. Chriſti 1257. 4. in charta.

Eod. Codice. *R. Abraham Aben Ezræ* opuſculum Aſtrologicum *de nativitatibus ſ. genituris*. Hebraicè.

Muhammedis Alfargani, qui corruptè *Alfraganus* vocatur, *Iſagoge in Aſtronomiam*, princ. & fine mutil. 4. in charta.

Ibn Ruſchad, *ſ. Averrois* Commentarius in

poſte-

posteriora Analytica Aristotelis. 4to. in charta.

Eodem Codice *R. Menachem Rekanat, s. Recinensis* qui obiit A. C. 1290. Liber quidam Cabbalisticus.

Eodem Codice ספר הבהיר *Sepher Habbahir*, Liber Cabbalisticus Antiquissimus, *de mysteriis nominum divinorum*, cujus autor *R. Nechoniah Ben Hackana* qui 30. vel 40. annis ante Christum floruit.

Eodem Codice Excerpta ex *Medrasch*, h. e. *Commentario* allegorico & Historico in Librum *Ruth* & *Canticum Canticorum.*

ספר אור יי׳ *Sepher Or Adonai*, h. e. Liber inscriptus *Lux s. Lumen Dei*, qui est *Commentarius philosophicus in Rambam, s. R. Mosche Ben Majemon More Nevochim*, h. e. *Doctorem perplexorum, s. Directorem dubitantium*, Autore *R. Chasdai Karsecas, B. R. Jehudah* qui philosophus insignis & rarus inventu est. Vixit ante annos 350. plus minus. 4. in charta.

Eod. Codice. *Abdallæ Muhammed Ebubecher Ben Muhammed Taurisi* Commentarius in loca quædam obscuriora philosophica *Directorii dubitantium R. Mosche Ben Majemon.* Trans-

Transtulit eum ex *Arabico in Hebræum* ſermonem *R. Iſaac B. R. Nathan Cordubenſis.*

Herbarium lingua *Hebraica*, *Arabica & Hiſpanica* cujus titulus: זרכם המעלורת editum *Arabice à R. Jehoſchua B. Vivis Elraki*, *Ebraicè* autem verſum à *Joſepho Vidal B Bembenaſt* 4. partim in membrana, partim in charta.

R Salomonis B. Abraham Avogador, tractatus *de Sphæra Hebraice* 4. partim in membrana, partim in charta.

R. Abrahami Bar Chiſah Hiſpani tractatus de *Sphæra Mundi*, Hebraicè ſcriptus A. Æræ Jud. 5232. Chriſt. 1472. & inſcriptus: צורת הארץ *Tzurath Haaretz*, h. e. *figura terræ*. 4. partim in membrana, partim in charta,

Eod. Codice: *Muhammedis Alphargani Iſagoge in Aſtronomiam*, verſa Hebraicè à *R. Jacob Antoli.*

Eod. Codice: *R. Abraham Aben Ezra* Liber *Aſtrologicus* inſcriptus, Principium Sapientiæ.

Eod. Codice: Anonym. cujusdam *Tabulæ Aſtronomicæ: Hebraicè.*

Eod Codice: Anonymi cujusdam opuſculum *de Ecclipſibus Solis & Lunæ. Hebraicè.*

Eod.

Eod. Codice: Anonymi cujúsdam *tractatus de anima. Hebraicè.*

Eod. Codice: *Avicennæ* liber *de cælo & mundo. Hebraicè.* Inſcriptio Libri hæc eſt: ספר השמים והעולם לאבן סינא.

Eod. Codice: *Ariſtotelis Phyſiognomia* ad Alexandrum M.

Eod. Codice: *Epiſtola* quædam *R. Moſche Ben Majemon* ad filium, quæ multò emendatior eſt excuſa.

Ariſtotelis Libri duo de Demonſtratione cum Commentario *Averrois*. Hebraicè. 4. In membrana. Antiquo Charactere Hiſpanico.

Ebubecher Ben Taphil Arabis, tractatus Philoſophicus reconditæ eruditionis *de vita Anachoretæ ſ. Solitarii* cum Commentario cujusdam *Philoſophi Ebræi.* Citantur in hoc opere multi peregrini Scriptores. Codex rarus & inventu difficilis antiquo charactere. in charta. 4.

Epitome totius Philoſophiæ Peripateticæ, ſive *Ariſtotelicæ* ab incerto interprete ex Arabica Lingua in Ebræam translata & eleganti charactere antiquo exarata. in charta. 4.

Aben-Sinæ, ſive *Avicennæ*, Canon. primus interprete *R. Nathan Bagad Hamathi*, *filio Eliezeris*. Hebraicè. in charta. 4.

Eod.

Eod. Cod. Commentarius in quædam capita *primi Canonis Avicennæ* forte ejusdem *R. Nathan.* Hebraicè.

Eod. Cod. *R. Abraham Ben R. Jehudah* tractatus de urinis. Hebraicè.

Eod. Cod. Tractatus cujusdam Judæi Germani *de urinis.* Hebraicè.

Eod. Cod. Tractatus *de Compositione Medicamentorum*, incerto Hebræo autore Hebraicè.

Eod. Cod. Anonymi tr. *de pulsibus.* Hebr.

Eod. Cod. Anonymi tr. *de diversis experimentis Medicis.* Hebr.

Eod. Cod. *Nomenclatura quorundam Simplicium.* Hebraicè.

Ibn Ruschad, s. Averrois Commentarius in *VIII. Libros Physicorum Aristotelis.* Hebraicè. 4. in charta.

Petri Hispani Logica Hebraicè partim in membrana, partim in charta. 4.

Eod. Codice: Tractatus *de Scientiis generatim s. universaliter* Anonymo quodam Judæo Autore. Hebraicè.

Eod. Codice: *Ibn Ruschad,* sive *Averrois* Comment. *in Organon Aristotelis, Isagogen Porphyrii, Categorias, de Interpretat. in priora & posteriora Analytica,* translatus ex *Arabico* in *Hebræum* sermonem à *R. Jacob Antoli,* jussu & im-

impensis Friderici II. quem propterea in fine versionis suæ laudat simul etiam optans, *ut sub imperio ejus Messias Judæorum exoriretur.*

Eod. Codice: *Bechinat Olam*, h. e. *probatio s. Examen Mundi.* Liber egregius, quo de *contemnenda Mundi vanitate, & quærendo regno Dei agitur.* De autore hujus Opusculi disceptant Judæi. A plerisque tamen ejus autor creditur *R. Jedaja Happenimi*, *filius Abrahami Badreschi*, qui circa A. C. 1298. *Barcinone* floruit.

Eod. Codice: *R. Leonis* Commentarius in Opusculum præcedens *Bechinath Olam.*

Claudii Galeni opuscula quædam medica, nempe *de Sectis*, *Ars parva* &c. translata ex *Arabica in Hebraicam Linguam* à *R. Chanin B. Isaac* ante annos plus minus sexcentos. Hujus interpretis fit mentio in Epistolis *R. Mosche Ben Majemon*, ubi versiones ejus commendantur. Codex præstantissimus, partim in membrana, partim in charta. fol.

Averrois *Epitome Ethicorum Aristotelis* ex *Arabica in Hebræam* linguam translata à *R. Joseph Ben Caspi.* *Averroës* absolvit hoc opus A. Hegiræ Muhamm. 572. *Joseph* autem Ben Caspi vertit illud anno æræ Jud. 5090.

5090. f. in charta: Principium ejus hoc est: אמר יוסף אבן כספי.

Eod. Codice: *Ebu Chamed Elgazali Arabis Philosophi*, qui vulgo corruptè *Algazel* vocatur, tractatus de moribus variè interpolatus ab interprete Hebræo *R. Abraham B. R. Samuel Levitæ B. Chasdaj*. Principium ejus hoc est: אמר אברהם בר שמואל הלוי. Citatur in eodem opere non longe initio *El-Mesud* Chronographus excellens. apud Arabes, cujus mentio fit in descriptione Africæ *Marmolii* part. 1. p. 31. ubi perperam vocatur *Elmozaudi*.

Eodem Codice: *Ben Ruschad*, *s. Avervois* ביאור *Biur*, *s. Commentarius in Politica Platonis*, *ex Arabica in Hebræam* Lingvam translatus à *R. Samuele Ben Jehudah*, A. Æræ Jud. 5082. Christ. 1322.

Eodem Codice: *Aristotelis Epistola Ethica* versa ex *Græco* sermone in *Arabicum* ab *Ali* Medico & porro ex *Arabica* lingua in *Hebræam* translata à *Jehudah Ben R. Schelomoh* (cujus memoria sit in benedictione) *Ben Charizi* Medico celeberrimo.

Ibn Ruschad, *s. Averrois Commentarius in*

 Rhe-

Rhetoricam & Poëticam Aristotelis ex Arabica in Hebræam linguam translatus à *R. Todros*, A. Æræ Jud. 5097. Christ. 1337. *Averroës* autem absolvit hunc Commentarium A. Hegiræ Muhamm. 570. Codex præstantissimus antiquo charactere Africano, partim in membrana, partim in charta exaratus, *Avenione* A. Æræ Jud. 5126. in 4to.

Arguzab, s. Cantica Avicennæ Medica cum Commentario *Ebu Eluclid Ibn Ruschad, s. Averrois* Hebr. 4. in charta.

R. Levi opus Astrologicum Hebraicum à tractatu, sive porta sexta usque ad 40. excerptum ex antiquis monumentis *Indorum, Persarum, Ægyptiorum, Messalâh, Ebu-Maser, Albatani, Eltzophi, Elchendi, Aben Ezra, Alfargani, Jechiæ B. Abi, Mantzor, Abraham Elzarkal, Elgazali, Elandruzgeri, Israelitæ*, & aliorum. Liber rarus & magni pretii, elegantissimo antiquo charactere exaratus in membrana. Utinam esset integer. 4.

Eod. Codice: *R. Jitzjack, s. Isaac Ben Schelomoh, s. filii Salomonis* Tabulæ Astronomicæ Tunetanæ Hebr. Inscriptio operis hæc est: אמר יצחק בן שלמה בן צדיק המכונה בן אלחוב

Ano-

Anonymi Tractatus *de Mactatione omnium animalium Judaica*. Hebraicè.

Preces Hebraicæ elegantissimo antiquo charactere exaratæ in membrana. 4.

Experimenta quædam *Medica & Magica* lingua partim Hebraica, partim Arabica charactere Hebraico, in 8.

Anonymi cujusdam Hebræi *praxis Medica*, *s. Methodus Medendi* omnibus morbis, divisa in capita 150. & elegantissimo charactere antiquo Hebraico exarata in membrana. in 4to.

Eod. Codice: Anonymi cujusdam Hebræi tr. *de chirurgia* continens capita 60. Hebraicè.

Eodem Codice: Tractatus *de judicio urinarum* continens c. 39. Hebraicè.

Eodem Codice: Tractatus *brevis de pulsibus* continens c. 20. Hebraicè.

Eodem Codice: Tractatus *brevis de conservanda sanitate* continens 3. folia Hebraicè.

Eodem Codice: *R. Jehuda B. Jacob Regimen sanitatis* continens folia 18. Hebraicè.

Eodem Codice: *Aben Sina*, *s. Avicenna Cantica* translata ex Arabicis in *Hebræos* versus à *R. Salomoh B. Josepho*, anno Æræ Jud. 5022. Christ. 1262.

una cum luculento Commentario in eadem Cantica. Hebr.

מחזור f. *Machzor b. e. cyclus vel reditus in Circulum.* Eſt autem Liber precum, quo Judæi præcipuè utuntur in feſtis Majoribus. Quæ quidem preces ferè omnes conſtant rythmo, & adeo difficili ſermone conceptæ ſunt, ut à paucis Judæorum nunc intelligantur. Codex rarus, pretioſus, & induſtriæ ſimul ac elegantiæ incredibilis, antiquo venuſto charactere cum punctis vocalibus & accentibus exaratus in membrana. 4to.

Compendium *Logices*, *R. Moſche Ben Majemon* Hebraicè, partim in membrana, partim in charta exaratum. 4.



Eodem Codice: *Porphyrii Iſagoge* in quinque voces cum Expoſitione *Averrois.* Hebraicè.

Eodem Codice: *Categoriæ Ariſtotelis* cum Comment. *Averrois.* Hebraicè.

Eodem Codice: *Ariſtotelis Libr. de Interpretatione* cum Comment. *Averrois.* Hebraicè.

Eodem Codice: *Ebu Netzer Elpharabi* Arabis Philoſophi clariſſimi libri de *Syllogiſmo, de Demonſtratione & de Elenchis.* Hebraicè.

Eodem Codice: *Ariſtotelis* de *Demonſtratio-*

ſtratione Liber primus & ſecundus cum Commentario Averrois. Hebraicè.

Omnia hæc jam enumerata opuſcula transtulit ex Arabica in Hebræam linguam *R. Jacob Antoli*, ſub Imper. Friderico II. Ann. æræ Jud. 4992. Chriſt. 1232.

ספר התרומה Sephir Hatruhmah, Liber partim juridicus, partim ritualis exaratus eleganti charactere antiquo in membrana. f.

Ebubecher Muhammed Ben Zacharia El-Razi & aliorum quorundam veterum Medicorum nonnulla opuſcula Hebraica. 4. in charta.

Almageſtum, ſ. magna conſtructio *Ptolomæi*. Hebr. in charta. 4.

Hippocratis Aphoriſmi Hebraicè. fol.

Libellus Hebraicus varias *Judaicorum contractuum formulas* continens. 4. in charta.

Phyſica *R. Schemuel Aben Tybbon*, Hebraicè elegantiſſimo charactere exarata in membrana. in 4.

Eod. Codice: *Joannicii* Comment. in Artem parvam Galeni. Hebr.

Eod. Codice: *Conſtantini Africani* opus de *urinis* translatum ex lingua *Arabica* in *Hebræam*.

Anonymi Epitome *de urinis*. Hebr.

Eod. Codice: Tractatus aliquot *de pulsibus.* Hebr.

Eod. Codice: Tractatus de *gradibus Simplicium.*

Eod. Codice: *Thesaurus pauperum,* f. Introductio in Artem Medicam. Hebraicè.

Lexicon Biblicum *R. Menachem Ben Seruck* cujus inscriptio: מחברת מנחם בן סרוק 4. in charta.

Eodem Codice: Opusculum quoddam Morale. Hebraicè.

Eod. Codice: *Abrahami Aben Ezræ* Liber Astrologicus inscriptus *Principium Sapientiæ.* Hebraicè.

Varii variorum autorum tractatus *Mathematici* Hebraicè inter quæ ספר יסוד עולם *Sepher Jesod Olam*, h. e. Liber inscriptus *fundamentum Mundi*, vel *fundamentum æternum*, cujus Autor *R. Isaac Israelita.* f. in charta.

Ali Aben Ragel Astrologiæ Libri VIII. Hebraicè interprete *R. Salomone* in 4. in charta.


ארוך Aruch, h. e. Lexicon Talmudicum & Chaldaicum absolutum à R. Nathan Ben Jechiel Ben Abraham, Romano Anno Æræ Jud. 4861. Christ. 1101. Codex rarus, pretiosus & accuratissima diligentia conscriptus elegantissimo antiquo charactere in membrana. f.

להרמבם

משנה תורה להרמבם. *Mischneh Thorah Lebarambam*, h. e. Compendium totius operis Thalmudici à *R. Mosche Ben-Majemon* compositum & in *quatuor* partes ac *quatuordecim* Libros divisum, quod alias etiam *Jad Chazakah*, h. e. Manus fortis inscribitur. Codex membranaceus ingens in folio maximo accuratissimæ simul perfectionis & incredibilis elegantiæ.

Hactenus nudum exhibui Catalogum, quorundam Librorum *Arabicorum*, *Turcicorum*, *Persicorum* & *Hebraicorum*, quos V. Cl. *Sebastianus Tengnagelius* Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ legavit. Accuratius autem & uberius peculiari deinceps Libro in hisce commentariis de iisdem agam; Ubi simul etiam reliquos longe plures, qui in eadem Augustissima Bibliotheca asservantur *Orientalium linguarum præstantissimos Codices MSCtos* speciatim recensebo, & quidem additis, quantum fieri poterit, propriis cujusque linguæ characteribus, ut veritas lectionis ex ipso fonte possit erui. Hoc interim quasi loco Corollarii adhuc subjungo, scripsisse Virum Perillustrem & linguarum Orientalium peritissimum *Dn. Petrum à Valle Romanum*, qui orientales regiones diligentissimè perlustravit, & in Aula regis Persiæ Schah Abas diu commoratus est, prudentissimam simul atque eruditissi-

tiſſimam Epiſtolam ad ſæpè memoratum Tengnagelium, Prid. Kal. Junii A. 1628. de libris à ſe ex Oriente allatis atque in ea inter cætera ſignificaſſe, *Libros in Oriente, utpote ubi nullus Typographiæ uſus ſit, non multos reperiri, eorumque transſcriptionem longo temporis indigere intervallo, & parum felicem evenire ſolere, amanuenſium inſcitia, incuriâ & ob lucri aviditatem celeritate in ſcribendo. Codices autem vetuſtiores à diſciplinarum cultoribus ſæpè evolutos, atque eorum teſtimonio, ut fieri ſolet, pro correctis comprobatos, rarò venales exire, eosque à poſſeſſoribus diligenter aſſervari, & ſi fortuitò aut è vivis ſublato Domino, aut alio caſu in forum prodeant; à pluribus avide expetitos, confeſtim evaneſcere - - Habere ſe Pentateuchum lingua & characteribus Samaritanorum exaratum, eumque ſe pro apice omnium librorum ſuorum reputare, eſſeque in Europa fortaſſe hujus generis Phœnicem &c.* Et has quidem literas & ejus generis alias variorum Doctorum virorum ad eundem Tengnagelium epiſtolas publici juris faciam in peculiari *Syntagmate Epiſtolarum Clarorum Virorum*, quod poſthac, volente Deo, ſeorſim edere conſtitui.



PE-

PETRI LAMBECII,

HAMBURGENSIS,

LIBER SECUNDUS

DE

AUGUSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI.

Qui agit
de

I. Nomine urbis Viennæ { κατ' ἄρσιν c. 1. / κατὰ θέσιν c. 2.

II. Libris Miscellis & quidem

a) *Speciatim de*

α) *Concilio Provinciali Vindobonensi MS. c 3.*

β) *Rationario Austriæ & Styriæ MS. c. 4.*

γ) *Statutis & Privilegiis Academiæ Vindobonensis MS. c. 5.*

δ) *Henrici Gundelfingii Historia Austriaca MS. c. 6.*

ε) *Codice Dioscoridiano Græco vetustissimo MS. c. 7.*

b) *Generatim de Libris*

α) *Bibliothecæ Ambrasianæ c. 8.*

β) *Bibliothecæ Budensis c. 9.*

CAPUT I.

De nomine Urbis Viennnæ
κατ᾽ ἄρσιν.

QUandoquidem ſuperiori Libro non tantum in ipſo titulo, verum etiam aliis variis locis *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* cognominavi *Vindobonenſem*; hæc inprimis de iſthac appellatione notanda eſſe arbitror:

I. Nomen VIENNÆ non eſſe verum & genuinum, ſed mutuatum duntaxat à celeberrima *Galliæ Braccatæ*, ſ. *Narbonenſis* urbe *Vienna ad Rhodanum* ſita, quæ *ſola* & *unica* apud antiquos Græcos & Latinos Scriptores peculiari iſto gaudet nomine. Et ſicut minime dubium eſt, quin mutandæ vocis *Wien* in latinum nomen *Vienna* præcipua cauſa fuerit difficultas pronunciationis literæ W, quam Scriptores exteri, & quidem *Itali* præcipuè ac *Galli* antiſtæcho molliendam & uſui Romano accommodandam cenſuerunt: Ita Germani omnes, qui ante duo, vel tria, vel quatuor Secula urbis *Wien* mentionem fecerunt & latine ſcripſerunt, more Germanico *Wiennam* eam, non autem *Viennam* nuncupant, id quod ſexcentis vetuſtis codicibus membranaceis MSCtis in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea reperiundis comprobari poteſt.

II. Ri-

II. Ridiculum est & refutatione indignum, *Wiennam* ita vocari quasi *Biennam*, quod oppugnationi C. Julii Cæsaris per *biennium* restiterit, cujus fabulosæ traditionis meminit *Æneas Sylvius, f. Pontifex Pius* in *Imperfecto opere Historia Austriaca*, de qua duo exemplaria, propria manu ipsius scripta in Augustissima Bibliotheca Cæsarea asservantur.

III. *Wienna* non est *Viana*, cujus Plinius Hist. Nat. L. 4. c. 24. meminit; *Hæc* enim in Norico sita fuit; *Ista* autem cis Cetium montem in superiori Pannonia jacet.

IV. *Wienna* non est *Ovíava*, sive *Viana*, cujus Ptolomæus l. 2. Geogr. c. 12. facit mentionem: Annumerat eam urbibus *Rhetiæ*; Wienna autem spectat ad *superiorem Pannoniam*.

V. *Wienna* non est Ὀυένδον, sive *Vendum* vel potius *Wendum*, cujus Strabo Geograph. L. 4. & 7. meminit. Siquidem & istud *extra Pannoniam* situm fuisse, ex l. c. manifestum est.

VI. *Wienna* non fuit olim appellata *Galbiana*, ut nonnullos tradidisse testatur Wolfgangus Lazius l. 1. Rerum Wiennensium c. 2. Falsum enim est quod nonnulli l. 2. Histor. c. 86. Cornelii Taciti innixi referunt, *Regionem septimam* cognomento *Galbianam* in Pannonia olim fuisse, *Wiennamque* ab ea denomi-

nominatam & tres posteriores Syllabas *Biana* paulatim in *Wienna* transmutatas esse; Quippe autores antiqui uno ore testantur, Wiennam sedem fuisse *legionis decimæ* cognomento *Germanicæ & geminæ*, non autem *Septimæ Galbianæ*.

VII. *Wienna* perperam ab Ænea Sylvio & Johanne Aventino vocatur *Flavium*. Quoniam Plinius, quo utriusque nititur assertio l. 4. Hist. Nat. c. 24. diserte scribit *Flavium* in Norico sitam *fuisse* adeoque à Wienna Austriæ fuisse diversum.

VIII. *Wienna* perperam ab Ænea Sylvio vocatur *Flavianum*; Falso enim credit, sitas ibi olim fuisse *Aras Flavias*, quarum *Ptolomæus* meminit, & ipse suum errorem agnoscit & revocat in imperfecta sua Historia Austriaca, ubi ait, Ptolomæi *Aras Flavias*, vel *Flavianas trans* Danubium fuisse in *Germania*, non verò cis Danubium in *Pannonia*.

IX. *Wiennam* ab *ala Flavia Flavianum* dictum, nullo veterum autorum testimonio probari potest, & figmentum hoc est recentioris ævi.

X. *Wienna* non fuit olim Gothico vocabulo appellata *Flavabis*, ut falsò tradit *Joh. Cuspinianus* in descriptione Austriæ, & deceptus is est à mendoso Codice antiquæ Vitæ *S. Severini* ab *Eugippio* conscriptæ, utpote in

quo

quo pro *Favianis*, *Fabianis*, & *Flavianis*, quæ tres variantes lectiones in aliis Codicibus MSCtis inveniuntur, *Flavabis* ſcriptum reperit.

XI. *Wienna* denique non fuit olim à Romanis appellata *Favia*, ſive *Fabia*, vel *Faviana*, ſive *Fabiana*, ut Otto Epiſcopus Friſingenſis, Leopoldi Marchionis Auſtriæ ex Agnete Imp. Henrici IV. filia filius, qui beneficio fratris uterini Imp. Conradi III. A. 1138. Epiſcopatum Friſingenſem adeptus eſt, aliique nonnulli barbarici temporis ſcriptores, prava interpretatione aliquot locorum Vitæ S. Severini Apoſtoli Noricorum ab Eugippio conſcriptæ, decepti, falsò memoriæ tradiderunt.

CAPUT II.

De nomine Urbis Wiennæ κατὰ θέσιν.

UT autem appareat *Wiennam Auſtriæ* vero & genuino nomine ſuo à Romanis antiquitus appellatam fuiſſe *Vindobonam*, adeoque Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream haud injuria Vindobonenſem à me cognominari; probabo iſtud *primum* autoritate Scriptorum Veterum, qui unanimi conſenſu tradunt *Vindobonam* ibi olim ſitam fuiſſe, ubi nunc *Wienna* Auſtriæ eſt, nempe in ripa Danubiana

nubiana Pannoniæ superioris sex millibus passuum cis sive infra montem Cetium, iisque deinceps adjiciam approbationes Virorum doctorum superioris Seculi, & tandem loco coronidis quædam superaddam de hujus nominis Etymologia, sive originatione & significatu. Et quidem *primum* de *Vindobona* testimonium extat in Tabula antiqua Itineraria, quam *Marcus Velserus* ex Bibliotheca Peutingeriana *primus* in lucem edidit, quamque æri incisam una cum explicatione videre licet in Abrahami Ortelii Parergo Geographiæ Veteris, & in Appendice Geographiæ Ptolomæi Alexandrini à Petro Bertio editæ. *Secundum* reperitur in Itinerario, quod *Antonino Augusto* tribuitur, cujusque extat in augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi exemplar vetustissimum membranaceum in 4to majori, sive folio minori, literis exaratum majusculis quas vocant Longobardicas. *Tertium* habetur in Geographia Claudii Ptolomæi, qui vixit temporibus Imp. M. Aurelii Antonini Philosophi L. 2. c. 15. cujus lemma: Παννονίας τῆς ἄνω θέσις, h. e. *Pannoniæ superioris situs*. *Quartum* se offert in Notitia dignitatum utriusque imperii sub Imp. Theodosio Juniore composita. *Quintum* deprehenditur apud *Sextum Aurelium Victorem*, qui sub Imperatoribus Constantio Constantini M. filio & Juliano Apo-

no Apoſtata floruit in Libr. de vita & moribus Imperatorum Rom. c. XVI. *Sextum* legitur in Eutropio qui Imp. Juliani Apoſtatæ expeditioni Perſicæ interfuit & Imp. Valentini Breviarium ſuum rerum Romanarum dicavit. *Septimum* apparet in *Jornande*, vel *Jordano*, ut eum Sigebertus Gemblacenſis appellat, ex Notario Gothico Epiſcopo Ravennæ, qui temporibus Imp. Juſtiniani I. ſive Magni floruit Rerum Geticarum capite 50. *Octavum* vero & *ultimum* exhibetur in vetuſta quadam inſcriptione Romana Wiennæ A. 1544. reperta, quæ parieti ædium Wolfgangi Lazii olim fuit inſerta & jam extat l. 1. c. 4. rerum Wiennenſium. Et ſi quis antiqua illa teſtimonia hujus quoque & ſuperioris Seculi doctorum Virorum approbatione confirmari deſideret, evolvat præ cæteris *Beatum Rhenanum* libr. 1. rerum German. *Wolfgangum Lazium* rerum Wiennenſium L. 1. c. 3. p. 9. & Comment. de republ. Rom. l. 12. Sect. 3. c. 7. pag. 975. *Bilibaldum Pirkheimerum* in Explicatione Germaniæ Antiquæ, *Stephanum Vinandum Pighium* in deſcriptione vitæ & peregrinationis Caroli Friderici, Ducis Cliviæ, Juliæ & Montium, quam ſub titulo, *Herculis Prodiccii* edidit. *Petrum Bertium* Rerum Germanicarum L. 1. *Philippum Cluverium* in Appendice Germaniæ antiquæ, quæ deſcriptionem

nem Vindeliciæ & Norici continet c. 5. Ex his, inquam, Scriptoribus omnibus liquidissimè perspiciet *Wiennam* Austriæ à Romanis vero & genuino nomine suo appellatam fuisse *Vindobonam*, ideoque hujus antiqui nominis respectu, licet id partim librariorum negligentia vel imperitia, partim sciolorum quorundam pravis conjecturis & perversis emendationibus varie corruptum & in *Juliobona*, *Vendobona*, *Vindomona*, *Vindomana*, *Vindomina* & Vindoniana mutatum fuerit, Augustissimam Bibliothecam Cæsaream jure ac merito Vindobonensem cognominari. Et sicut falsam opinor esse *Wolfgangi Lazii* sententiam, qui *Vindobonam* vocatam existimat quasi *Vendobonam*, nempe à *Vendo* urbe *Japodum*, cujus Strabo meminit, & *Venedis* maris Balthici accolis, quasi die Wenden-Wohnung / oder der Wenden Bann; cum quia cap. præced. jam demonstratum est *Vendum* Strabonis *extra Pannoniam* fuisse, tum quia ex tabula Peutingeriana, Itinerario Antonini, Geographia Ptolomæi, Notitia utriusque Imperii & antiqua inscriptione Romana constat primam nominis Vindobonæ syllabam per I non autem per E scribendam esse; Ita minime dubito, quin *Vindobona* respectu duarum priorum Syllabarum ita appellata sit à Vindone amne, vulgò nunc Wien dicto, qui eam meridiem

ver-

versus præterfluit. In duabus autem posterioribus Syllabis latitare mihi videtur Germanica vox Bahn, scripta per unicum N & crassum A, quod à nonnullis Germaniæ populis more Dorico pronunciari solet tanquam O, descenditque illa à Græco βαίνειν, i. e. ire, & significat, *viam*, *iter*, *semitam*. Adeoque Vindobona priusquam ipsa condita esset, nomen accepit à capite, sive initio viæ militaris, quæ à Vindone amne, & legionis decimæ Germanicæ geminæ stativis duxit in Italiam, dictaque hac ratione est die Wiener-Bahn, quemadmodum ab eodem amne Vindone, Vindonensis Mons, & Vindonensis Sylva, quæ Celii montis pars est, der Winer-Berg, & Wiener-Wald, appellantur.

CAPUT III.

De Concilio Provinciali Vindobonensi MS.

PRetium est operæ de nonnullis Codicibus MSCtis, quæ in Augustissima Bibliotheca Cæsarea asservantur, & ad probanda ea quæ de vero nomine urbis *Wiennæ*, apud Romanos antiquitus usitato, cumprimis faciunt accuratiorem paulò mentionem subjunxisse, & sic disseruisse primum de eo, qui inter codices Theologicos latinos est 59. Membranaceus is

est in 4to & prioribus novem foliis complectitur Canones Concilii Provincialis, quod autoritate Summi Pontificis Clementis IV. à fratre Gvidone Tituli S. Laurentii in Lucina Cardinale, Presbytero & Apostolicæ sedis Legato Vindobonæ, seu Viennæ Austriæ An. 1267. mense Majo celebratum est. Meminit hujus Concilii Henricus Stero, qui sub Imp. Rudolpho I. floruit in Annalibus suis, nec non Autor Anonymus fragmenti cujusdam Annalium Austriacorum ab An. 1267. usque ad annum 1280. quod MSCtum extat in Augustissima Bibliotheca Cæsarea inter eos Codices MSCtos, qui nondum certis numeris notati sunt. Quid quod & mentio fit ejusdem in Constitutionibus Concilii Saltzburgensis An. 1274. celebrati, & in L. 2. rerum Wiennensium Wolfgangi Lazii c. 4. ubi tamen perperam scribitur celebratum illud esse sub Pontifice Clemente III. cum is reverâ Clemens IV. fuerit. Et quidem ut paulo exactiorem de hac re habeamus notitiam, notandum est *primò* Cardinalem Gvidonem qui Concilio huic præfuit fuisse Monachum Ordinis Cistertiensis, nec tantum per Austriam, verum etiam per alias Germaniæ regiones nec non per Daniam ac Svediam sub summo Pontifice Clemente IV. pro sede Apostolica legationem obiisse meque de ea re prolixe & accuratè egisse l. 2. Rerum

Ham-

Hamburg. eique inseruisse sex diplomata ejusdem Cardinalis Gvidonis nunquam ante edita: *Secundò* hunc Gvidonem ab Alberto Crantzio Wandaliæ L. 7. & Joh. Meursio Hist. Danicæ l. 2. perperam confundi cum Guidone Fulcodio, Cardinale Episcopo Sabinensi, seu Sabino, qui antè Cardinalitiam dignitatem, ut Autor magni Chronici Belgici loquitur, *miles fuit, uxorem habens & liberos, famosusque advocatus & S. Ludovici Regis Franciæ Consiliarius*, defunctâ autem uxore primo Episcopus Podiensis, mox Narbonensis Archi-Episcopus, deinde Cardinalis Episcopus Sabinensis, ac denique post mortem Pontificis Urbani IV. Summus Pontifex creatus & Clemens IV. appellatus est, quem in H. E. prorsus intolerabilem errorem L. 2. Rerum Hamburg. evidentissimis argumentis solide refutavi. *Tertiò*, Canones jam memorati Vindobonensis Concilii primò quidem à Wolfgango Lazio l. 2. c. 4. Rerum Wiennensium, Secundo autem ab Henrico Canisio Tom. 1. Antiqu. Lect. & ex eo à Severino Binio Parte 2. Tom. 3. Conciliorum editos esse, sed mutilos & interpolatos, & plurimis gravissimisque mendis adeò scatentes, ut plerisque locis verus ac genuinus eorum sensus non possit percipi. *Quartò* extare præterea in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo quodam Codice

membranaceo MScto in fol. inter Codices Theologicos Latinos MSctos 23. ejusdem Cardinalis Gvidonis decreta Hungarica, quæ hactenus, quod ſciam, in lucem non prodierunt. *Quintò* adeſſe in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea adhuc aliud exemplar MSctum jam memorati Concilii Provincialis Vindobonenſis & quidem in Codice membranaceo MScto in fol. inter MSctos Codices Hiſtoricos Latinos 505. quo præter alia varia antiqua Chronica etiam continetur Hermanni Contracti ex Veringenſi Comite Monachi Augiæ Majoris qui A. 1054. obiit Chronicon cum continuatione usque ad annum 1347. atque in eo quoque fieri mentionem hujus Concilii. *Sextò* inveniſſe me inſuper de eodem Concilio Vindobonenſi aliud inſigne teſtimonium in Auguſtiſſimæ Bibl. Cæſareæ antiquo Codice membranaceo MScto inter MSctos Codices Latinos 409. quo præter Honorii Auguſtodunenſis de Mundo & temporum ac rerum usque ad Imper. Conradum III. ſeu An. 1137. ſucceſſione Libros 3. idem illud cujus paulo ante facta eſt mentio, Hermanni Contracti continetur Chronicon, à variis usque ad An. 1310. continuatum Autoribus. Horum enim unus, qui celeberrimum Cometam anni 1264. propriis oculis ſe vidiſſe, nec ipſum tantum, ſed & ſubſecutas rerum viciſſitudines diligen-

ligenter observasse testatur, Concilii istius quod tertio post anno à Cardinale Gvidone celebratum est, mentionem facit.

CAPUT IV.

De Rationario Austriæ & Styriæ MSC.

NOn immerito Principes, quibus sua subditorumque suorum salus præ cæteris curæ & cordi fuit, laudabile exemplum Imp. Augusti imitati, qui teste Tacito l. 1. Annalium c. 11. & Svetonio in vita ejus c. 28. & 101. libellum ipse composuit & propria manu scripsit, *quo opes publicæ continerentur, quantum civium sociorumque in armis, quod classes, regna, provinciæ, tributa, aut vectigalia & necessitates ac largitiones*, præcipuum boni regiminis & publicæ ac privatæ felicitatis fundamentum crediderunt, si compositis ditionum suarum accuratis notitiis ac rationariis, ipsi quam maximè exploratum haberent, quousque amplitudo sua & potentia se extenderet. Exemplum ejus rei haud aspernendum præbet nobis Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquus Codex membranaceus MSctus in 4to. inter Codices Historicos Latinos MSctos 197. quo continetur, Rationarium Austriæ & Styriæ ab *Hellwico Thuringo*, Ot-

go, Ottocari regis Bohemiæ, Ducis Auſtriæ ac Marchionis Moraviæ, *Notario*, partim ſub ipſo rege Ottocaro A. 1265. & 1267. partim autem poſt annum 1273. ſub Imp. Rudolpho I. compoſitum. Et quoniam Chorographiæ Auſtriæ & Styriæ & earundem antiqua gubernatio, beneficio veteris iſtius Rationarii plurimum illuſtrari poteſt, integrum illud inſeram Syntagmati Antiquitatum Auſtriacarum, quod ex Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea poſthac, Deo volente, editurus ſum.

CAPUT V.

De Statutis & Privilegiis Academiæ Vindobon. MSC.

INclyta Academia Vindobonenſis, ſeu Wiennenſis perperam vulgò creditur primam fundationis ſuæ originem debere Imperatori Friderico II. qui cum A. 1237. Ducem Auſtriæ Fridericum II. vulgari quidem cognomine *Bellicoſum*, ſed reverâ *Rixoſum* & *Contumacem* jure ac merito proſcripſiſſet, primariam Auſtriæ urbem Vindobonam in ſuam & Imperii recepit ditionem, uti ex diplomate ipſo videre eſt, quod Wolfgangus Lazius l. 2. rerum Wiennenſ. c. 5. inſeruit. Et quamvis ex eo non obſcurè conſtet, urbem Vindobonam jam memorato anno *aperiendæ ſcholæ* licen-

licentiam ab Imperatoria Majestate impetrasse, verba tamen ipsa quibus ea licentia comprehenditur, adeò obscura & ambigua sunt, ut non solum *Wolfgango Lazio*, sed & *Georgio Edero*, qui cum A. 1559. Academiæ Vindobonensis Rector esset, *Catalogum Rectorum aliorumque illustrium ejusdem Academiæ Virorum*, typis Raphaelis Hofhalteri, in 4to. *primus* edidit, errandi ansam præbuerint. *Lazius* enim ea verba sic interpretatur, quasi intelligenda sint de tali aliqua Schola, quæ statim ex illo tempore cœperit habere Doctores in facultatibus prælegentes: *Ederus* autem ulterius progreditur, & creationem quoque Doctorum jam tunc simul permissam fuisse existimat; Sed utrumque falsum esse manifesto liquet tum ex diplomate *Urbani V.* quo Villæ Wiennensi anno demum 1365. generale studium omnium facultatum licitarum præterquam Theologiæ concessum est, tum etiam ex literis *Urbani VI.* queis Villæ Viennensi an. 1384. generale studium in Theologica facultate indulsit. Quin etiam ipse Imperator Fridericus II. pravæ isti verborum suorum explicationi reclamat, dum expresse testatur, se non *generale aliquod studium omnium facultatum* intelligi velle, sed tale tantum *quo rudis ætas instruitur parvorum & prudentia docetur in populis*, h. e. ut ego interpretor, quo

H hu-

humaniores tantum literæ & disciplinæ *philosophicæ* comprehenduntur. De *Theologia* autem & *Jurisprudentia* & *Medicina* altum ibi est silentium ac multo etiam magis de creatione Doctorum in hisce facultatibus, adeoque plane persvasum mihi est per *Scholam* illam, cujus Imp. Fridericus II. l. c. meminit, esse intelligendam Scholam Ecclesiæ Cathedralis *S. Stephani*, & Scholas alias minores ad *S. Michaëlem* & in *Hospitali*, non autem Academiam, sive Universitatem studii generalis Vindobonensis, utpote quæ anno demum 1384. revera cœpit esse, quo diploma *Urbani VI.* publicatum, & statuta Academiæ à gloriosissimo Austriæ Duce Alberto III. cognomine *cum Trica* promulgata privilegiaque ejus confirmata sunt. Testis est hujus rei Codex MSctus Historicus Latinus Bibliothecæ Cæsareæ N. 458. quo præter statuta generalia & ad totam Universitatem & omnes facultates simul pertinentia, Statuta quoque Specialia singularum facultatum continentur, quæ anno 1389. ab omnibus facultatibus conjunctim sunt corroborata. Et Codex 459. idem confirmat, quo Privilegia hujus Academiæ comprehenduntur, quæ anno 1384. à Prædicto *Alberto III.* promulgata, & ab ipso non solum verum etiam à fratre ejus Duce *Leopoldo III.* cognomine *Probo*, der Ritterliche, vel der

Streit-

Streitbahre, à *Pilgrino*, sive *Peregrino*, Archiepiscopo Saltzburgensi, à *Johanne* Episcopo Pataviensi, ut & à proceribus Austriæ, Senatuque ac communi civitatis Vindobonensis sunt approbata. Et cum præterea Henricus Gundelfingensis, in Chronico Austriaco MSC. & Albertus de Bonstetten in inedita Historia Austriaca, & Autor quidam Anonymus Chronici mortualis Principum Austriæ MScti omnes uno ore fundationem Academiæ Vindobonensis Alberto III. adscribant; tantum abest ut fratrem ejus natu majorem Ducem Rudolphum IV. pro fundatore & Architecto ejus venditemus, ut potius in ea firmiter persistamus sententia, Albertum solum pro Statore hujus inclytæ officinæ bonarum artium & disciplinarum esse habendum. Inculcatur autem subinde in privilegiis & statutis ejus, eam quasi filiam ad exemplum Academiæ Parisinæ, tanquam matris ordinatam esse, iisdemque juribus ac prærogativis gaudere. Adeoque facere non possum, quin hac occasione indicem duos in Augustissima Bibliotheca Cæsarea adservari Codices MSctos, quibus jam memoratæ celeberrimæ ac verè regiæ Academiæ Parisiensis Statuta & Privilegia continentur. Eorum *primus* est chartaceus & inter MSctos codices Juridicos latinos 129; *Secundus* autem est membranaceus & inter MSctos codi-

ces Philosophicos ac Philologicos Latinos 88. Posterior hic *membranaceus* bonæ notæ est, & ut ego arbitror ille ipse quem Duces Austriæ Rudolphus IV. & Albertus III. Lutetiæ curârunt describi, priusquam A. 1365. fundationem Academiæ Vindobonensis aggressi sunt; sed quod summopere dolendum est, negligentia eorum, penes quos ante me asservandi illius fuit cura, adeò evasit mutilus, ut ex sexaginta duobus foliis in folio, quibus olim constitit, octo tantum folia, tanquam tabulas ex naufragio, usque ad hunc diem repererim. Alter autem ille Codex *chartaceus*, ante annos circiter centum, ex bono quidem veteri Codice descriptus est, sed ab homine æque negligente ac imperito, & in legendis veterum Codicum MSctorum abbreviaturis inexercitato, ideoque scatet is innumeris ferè mendis & erroribus. Et si qui fortassean scire desideraverit, quid his duobus Codicibus contineatur, is sciat comprehendi iisdem

1. Diplomata Summorum Pontificum, videlicet

α) Innocentii Tertii Diplomata XV.
β) Honorii Tertii Diploma unicum.
γ) Gregorii Noni Diplomata XI.
δ) Alexandri Quarti - - - III.
ε) Honorii Quarti - - - - I.
ζ) Johannis XXI. vel XXII. - V.

2. Di-

2. *Diplomata S. R. E. Cardinalium & Legatorum Sedis Apostolicæ ut*
   a) *Roberti Curson natione Angli Tituli S. Stephani in Celio Monte Cardinalis Presbyteri & Apostolicæ Sedis Legati I.*
   b) *Simonis de Bria Tituli S. Ceciliæ Cardinalis Presbyteri & Apost. Sedis Legati. V.*
3. *Diploma Philippi II. Regis Galliæ.*
4. *Diplomata XXXIII. totius universitatis vel Singularum ejus facultatum.*
5. *Diplomata XI. sine ulla vel certa notatione temporis.*

Et quoniam inter omnia illa nullum est antiquius 1199. lubens accedo sententiæ Stephani Pasquieri l. 3. c. 3. Recherches de la France & Petri Bonfonsii, qui contra Robertum Gaguinum, Hectorem Boëthium, Nicolaum Gillesium, Franciscum Belleforestum, aliosque nonnullos recentiores Scriptores, jampridem variis magni ponderis argumentis demonstrarunt, fundationem celeberrimæ istius Parisiensis Academiæ perperam attribui Imper. Carolo M. revera autem attribuendam esse, partim quidem regibus Galliæ Ludovico VII. qui cœpit regnare An. 1137. & Philippo II. filio ipsius, qui patri in regno successit An. 1180. partim vero etiam celeberrimo Theologo *Petro*

tro Lombardo, qui ob Libros IV. sententiarum à se editos *Magister sententiarum* vulgò appellatur, & sub duobus illis Regibus Episcopatui Parisiensi cum summa laude præfuit. Habuit alioqui Urbs Parisina multo ante jam memoratum fundationis Academiæ suæ tempus illustrem Artium liberalium Scholam; ideoque etiam nunc Facultas Artium tantam ibi obtinet prærogativam, ut nec ex Theologia, nec ex Juridica, nec Medica facultate, sed ex ea sola semper creetur Rector, qui in cæteras omnes facultates totamque Academiam habet imperium. Quantum enim ipse Imp. Carolus M. iisdem Artibus liberalibus fuerit deditus, & quam insignia ejus rei testimonia in variis Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ vetustis Codicibus MSctis etiam nunc extent, commodiori post hac tempore & loco ubertim exponetur, nempe in eo horum Commentariorum libro, quo ex professo acturus sum de præstantioribus nonnullis Codicibus MSctis ad vitam & res gestas ejusdem verè Magni Imperatoris pertinentibus; ac præcipue quidem de iis, quorum brevem prorsus & extemporalem hic subjungo indicem.

Primus Codex membranaceus veneranda vetustatis, ejusque formæ, quæ vulgò vocatur in octavo Majori, continet Psalterium Latinum, jussu & cura ipsius Caroli M. cum adhuc

Rex

Rex tantum esset Francorum, & nondum Romanorum Imperator, *totum aureis literis exaratum*, quod Summo Pontifici Hadriano I. qui sedi Apostolicæ præesse cœpit d. X. Febr. A.C. 772. & d. 26. Decembr. A. D. 795. mortuus est, dono misit, uti ex versibus dedicatoriis, ab ipso Rege Carolo M. compositis, qui primo ejusdem Codicis folio, literis itidem aureis scripti sunt, videre est. Atque post eos sequitur deinceps immediate in postica ejusdem primi folii pagina, aliud aliquod carmen, quo *Dagulfus* qui Codicem istum propria manu exaravit laborem suum Carolo M. Francorum Regi offert. Quo finito non statim succedit ipse textus Psalterii, sed præmittuntur quædam *prolegomena*, quæ respectu diversitatis argumenti in duas præcipuè partes divisa sunt. Harum *prior* continet varias Professionis fidei Catholicæ formulas, nempe primo Concilii Nicæni 318. Episcoporum; Secundò S. Ambrosii Episcopi Mediolanensis; Tertiò Summi Pontificis S. Gregorii M. Quarto S. Gregorii Thaumaturgi Episcopi Neocæsariensis, qui, quod maximè notandum, ibi vocatur Martyr; & quintò demum S. Hieronymi. *Posterior* autem eorundem Prolegomenorum pars continet S. Damasi I. P. P. S. Hieronymi, S. Augustini, & S. Isiodori Episcopi Hispalensis insignia quædam loca, partim de divina

pro-

te defectionem istius urbis & Archi-Episcopatus à Catholica fide ad Lutheranismum & Calvinianismum, quotannis populo cum aliis sanctis reliquiis debitâ veneratione fuerit ostensus. Quâ vero occasione, & sub quo nostri ævi Imperatore Bremâ tandem pervenerit Viennam Austriæ in potestatem Augustissimæ Domus Austriacæ hactenus nondum investigare potui, etiamsi eâ de re quam maxime fuerim sollicitus. Si quid autem certi posthac cognovero, inseretur id alio oportuno loco hisce Commentariis; Interim tamen in præsens non est silentio prætereundum, inventum à me esse hunc codicem, Holoserica cærulea compactura nunc tectum in Gloriosissimi Imperatoris nostri Leopoldi privata sive Cubiculari Bibliotheca, plusquam 1300. selectis voluminibus constante, cum eam superiori Anno 1666. à die 12. Jun. usque ad 13. Julii indicis conficiendi causâ pervolverem.

Secundus Augustissimæ Biblioth. Cæsareæ Codex, ad vitam & res gestas Imp. Caroli M. pertinens, de quo alias in hisce Commentariis prolixius acturus sum, est inter MSctos Codices Theologicos latinos 360. & continet præcipuè *S. Gregorii M.* P. P. R. *Librum Sacramentorum*. Et hic est ille ipse Codex quem Summus Pontifex Hadrianus I. Carolo M. ad petitionem ipsius dono misit, uti videre est ex

Epi-

Epiſtola 82. Collectiones Epiſtolarum Veterum ſtudio & cura ipſius Caroli M. adornatæ. Neque ſolum iſtum Librum Sacram. S. Gregorii comprehendit, ſed & alia quædam complectitur non minus memoratu digna. Scilicet (I.) S. Gregorii M. *Benedictionale ſ. Syntagma ſolennium Sacrarum Benedictionum* in S. Eccleſia Catholica ante 1060. annos uſitatarum, quod tam in Antwerpienſi quam Romana operum S. Gregorii M. editione deſideratur; (II.) *Formulam S. confeſſionis* conſtantem priſca illa lingua Germanica, cujus Grammaticam, uti Eginhardus teſtatur, ipſe Imp. Carolus M. componere orſus eſt, & plane perſvaſum mihi habeo, ipſum Imperatorem mutatis mutandis eadem eſſe uſum. Et (III.) Calendarium Eccleſiaſticum hactenus ineditum quod alias commodiori occaſione in hiſce Commentariis publici juris faciam, indicaturus etiam ſimul qua ratione ea, quæ partim ante Imp. Caroli M. tempora, partim autem ſub eodem in illo ſunt ſcripta, diſtingvenda ſint ab iis, quæ ſub Imp. Ludovico Pio & deinceps adjecta ſunt.

Tertius Codex Aug. Bibl. Cæſ. ad vitam & res geſtas Imp. Caroli M. pertinens eſt inter MSctos Codices Hiſtoricos Latinos 198. & continet volumen Epiſtolarum quas Rom. Pontifices Gregorius III. Stephanus III. Zacharias I. Paulus I. Stephanus IV. Hadria-

nus I.

nus I. & Anti-Papa Constantinus miserunt ad Principes & Reges Francorum, Carolum Martellum, Pipinum & Carolum M. studio & cura ipsius Caroli M. A. C. 791. collectum & à R.P. Jacobo Gretsero Soc. Jesu celeberrimo Theologo A. C. 1613. Ingolstadii quidem in 4to. editum, sed non satis emaculatè, ut ex collatione exemplaris MScti cum edito apparet. Et quia in principio ejusdem majusculis literis scriptum legitur:

LIBER WILLIBERTI ARCHIEPI

verosimile videtur mihi, Archi-Episcopum Rotomagensem *Willibertum* comparasse sibi istum Codicem post mortem Imper. Caroli M. ex Bibliotheca ipsius privata sive cubiculari, de qua, ut Eginhardus refert, statuit, *ut libri, quorum magnam in eâ copiam congregaverat, ab iis qui eos habere vellent, justo pretio redimerentur & pretium erogaretur in pauperes.* Qua autem ratione deinceps pervenerit in Bibliothecam Cæsaream, id mihi prorsus est incognitum.

Quartus Codex est membranaceus in fol. & inter MSctos Hist. Latinos 47. continetque cum alia plura veterum Autorum monumenta, tum quoque vitam Imp. Caroli M. ab Eginharto, vel ut ibi legitur *Enchàrto* conscriptum.

Quintus Codex est membranaceus in fol.

& inter MSctos Hiſt. Latinos 63. continetque cum alia Vett. Autorum monumenta tum quoque vitam Caroli M. ab *Eintbardo*, ut ibi legitur, vel Eginharto compoſitam ſub hac inſcriptione: GESTA KAROLI.

Sextus Codex eſt membranaceus in 4to. & inter MSctos Hiſt. Latinos 146. Continetque (I.) *Vitam* Caroli M. ab *Eginharto*, vel ut ibi legitur *Enhardo*, Capellano i. e. Secretario, Scriba vel Cancellario literis conſignata. *Capella* enim ea ætate non Sacellum Deo conſecratum, ſed *Cancellariam*, & *Chartophylacium* ſ. *Archivum* ſignificavit. (II) *Libros duos de geſtis Caroli M.* quos compoſuit Anonymus quidam Monachus vetuſtiſſimi illius potentiſſimique Monaſterii Benedictini in Helvetia, quod à fundatore ſuo & primo Abbate cognomen accepit S. Galli. Quos licet primus ex Codice MScto Bibliothecæ Bavaricæ Monacenſi in lucem ediderit Henricus Caniſius Tom. I. Antiqu. Lect. mendoſiſſimi tamen ſunt & nonnullis locis mutili, neque felici ſatis ſucceſſu à Caſpare Barthio l. 45. Adverſ. c. XI. correcti, ut ex collatione editionis impreſſæ cum Codice MScto videre eſt.

Septimus Codex eſt membranaceus in 8. & inter MSctos Hiſt. Lat. 147. Continetque Libros IV. de rebus à Carolo M. geſtis, quorum *primus* eſt Eginharti jam ſupra memoratus.

[illegible] *Secundus* comprehendit Annales Regum Francorum Pipini, Caroli M. & Ludovici [illegible] quodam ejus ætatis Astronomo, Ludovici [illegible] domestico conscriptos, & à Justo Reubero in Syntagmate Vet. Script. rerum Germanicarum editos. *Tertius* vero & *quartus* sunt [illegible] ejusdem aliis ab Anonymo quodam Monacho [illegible] scripti, & ab Henrico [illegible] jam dudum editi.

[illegible] Codex est membranaceus in 4to. & [illegible] MS. Hist. Lat. 148. Continetque [illegible] Caroli M. ab Eginhardo conscri[illegible] *Imp. Ludovici Pii* ab Anonymo [illegible] coætaneo compositam, [illegible] in lucem edidit. Fuit [illegible] primi Trevirorum [illegible]episcopi, & ex ipsa scriptura cum supra [illegible] Caroli M. Psalterio ad ungvem [illegible]ente satis liquet, eum non multo post [illegible] Imp. Ludovici Pii, vel sub filio ipsius [illegible] I. vel certe sub ipsius nepote [illegible] Ludovico II. esse exaratum.

[illegible] Codex est membranaceus in 4to. & [illegible] Indices Hist. Lat. 149. Continetque [illegible] *Imp. Caroli M.* ab Anonymo quo[illegible] autore sub Imp. Friderico I. cognomine [illegible] I. Barbarossa circa annum 1165. [illegible] & hactenus nondum in lucem [illegible] *[illegible]gmenta* quædam ex supposititii

titii Tulpini s. Turpini opusculo, 3) *Ipsam illam Tulpini Historiam integram*, sine præfatione quidem & Epistola dedicatoria, auctiorem tamen aliquanto quam est in Simonis Schardii & Justi Reuberi editionibus impressis & plurimis locis ab iisdem discrepantem. 4) *Officium Ecclesiasticum*, quod in honorem & memoriam S. Caroli M. peculiariter compositum est eodem anno 1165. quo is cura & studio Imperatoris Friderici I. cognomine Ænobarbi, qui corpus ipsius divina revelatione manifestatum, Aquisgrani solenniter elevavit, ab Anti-Papa Gvidone Cremensi, s. Paschale III. in numerum Sanctorum relatus est. Quam canonizationem Papa Alexander III. postquam A. 1177. cum Imp. Friderico rediit in gratiam, approbavit & confirmavit.

Decimus Codex est membranaceus in 4to. & inter MSctos Historicos Latinos 162. continetque 1) *Gesta Imp. Caroli M.* quæ Petrus Pithæus inter antiquos rerum Francicarum Scriptores, tanquam à cœnobii Egolismensis S. Eparchii anonymo quodam Monacho, qui sub Imp. Ludovico Pio vixit, conscripta, primus in lucem edidit, sed ita ut hæc ejus editio non mediocriter discrepet ab hoc Codice MScto, ejusque beneficio plurimis in locis possit emendari. 2) *Historiam rerum gestarum* Imp. Ludovici Pii ab eodem anonymo &

coæ-

coætaneo autore conſcriptam, & hactenus, quod ego ſciam, nec à Pithæo, nec à quoquam alio editam.

Undecimus Codex eſt membranaceus in 8. & inter MSctos Hiſt. Lat. 163. Continetque incerti, ſed vetuſti Scriptoris Annales ſ. *geſta Francorum* à Petro Pithæo primum in lucem edita, quorum principium: *Pippinus filius Ansgiſi.* Eſt autem hoc MSctum multo emendatius & auctius, quam illud, quo Pithæus quondam uſus eſt.

Duodecimus Codex eſt partim membranaceus partim chartaceus in fol. & inter MSctos Hiſtoricos Latinos 202. continetque in fine tres hactenus ineditos Libros de Sanctitate meritorum & gloria miraculorum B. Caroli M. ab anonymo Autore ſub Imper. Friderico I. circa A. C. 1165. conſcriptos.

Decimus tertius Codex eſt membranaceus in 8. & inter MSctos Hiſtoricos Lat. 249. continetque Ermoldi Nigelli Exulis Poëma elegiacum de rebus geſtis Imp. Ludovici Pii in quatuor diviſum Libros, quos ille ut exilii ſui impetraret remiſſionem, in jam memorati Imperatoris honorem compoſuit. Scriptura Codicis perantiqua eſt, & cæteris temporum Imp Caroli M. ac Ludovici Pii MSctis Codicibus ſimillima, ideoque affirmare auſim hunc vel illum ipſum eſſe authenticum codicem,

qui Imp. Ludovico Pio oblatus est, vel saltem eodem ævo ex illo esse descriptum. Fuit is olim priusquam in Augustiss. Bibl. Cæsaream translatus est V. Cl. Wolfgangi Lazii, ut apparet ex propria illius manu, quæ nonnullis locis in margine cernitur. Et ego si eundem publicabo inposterum, hæc problemata discutiam; Quæ fuerit causa, propter quam *Ermoldus* in exilium pulsus fuerit? Item, An *Ermoldus* hic idem sit atque Ermoldus Abbas, quem coætaneus vitæ Imp Ludovici Pii Scriptor à Pithæo primum editus refert, à jam memorato Imperatore anno 834. missum esse ad filium Pipinum in Italiam.

Decimus quartus Codex est chartaceus in f. & inter MSctos Historicos Latinos 264. continetque certi cujusdam sed vetusti Autoris relationem quandam Historicam hactenus, quod sciam nondum editam, cujus hic est titulus: *Relatio quomodo Carolus M. à Constantinopoli Aquisgrani attulerit clavum & coronam Domini, & qualiter hæc eadem Carolus Calvus retulerit in Ecclesiam S. Dionysii Areopagitæ, ac de institutione indicti, utque corpus ejusdem Caroli in præfatam Ecclesiam translatum est.* Ubi notandum, quicquid ab Anonymo autore, qui sub Imp. Friderico I. de Sanctitate vitæ & gloria miraculorum Imper. Caroli M. supra memoratos tres Libros composuit,

posuit, toto libro secundo narratur, id omne fere ad verbum ex hac relatione desumtum esse.

Decimus quintus Codex est membranaceus in fol. & inter MStos Hist. Lat. 265. continetque incerti cujusdam Autoris Annales Francorum ab A. C. 714. usque ad annum 817. Scriptus est autem antiquis illis literis Gothicis s. Toletanis ab Ulphila Gothorum Episcopo, qui circa A. C. 370. floruit, inventis, & in Hispania olim præcipuè usitatis. Et tam certum est quam quod maximè, Autorem ejus diversum esse ab altero illo, qui Annales itidem ab A. C. 714. incipientes & à P. Pithæo A. 1588. Lutetiæ Paris. in 8. primum ac deinceps à Marquardo Frehero editos composuit. Noster enim hic Autor utitur supputatione temporis secundum annos Regni Francorum & Annales illos perduxit usque ad annum 4. Imp. Ludovici Pii, s. annum Christi 817; Pithæanus autem ille utitur supputatione temporis secundum annos ab incarnatione Domini, nec tantum contextui priorum Annalium multa de suo passim inserit, verum etiam eosdem continuat, usque ad A. 887. utpote ubi supra laudatus Codex Cæsareus desinit.

Decimus sextus Codex est membranaceus in 4to. & inter MSctos Historicos Latinos 266. continetque incerti cujusdam Autoris antiqui, qui tempore Imper. Caroli M. vixit *Annales*

Francorum ineditos ab A. C. 704. usque ad A. 803. Scriptus eſt autem tempore ipſius Caroli M. uti manifeſte apparet cum ex charactere, qui aliis ejusdem ævi Codicibus MSctis ad ungvem congruit, tum ex notabili quodam antiquæ iſtius Theotiſcæ ſ. Germanicæ lingvæ, qua ipſe Carolus M. tanquam patria uſus eſt, fragmento, quod jam memoratis Annalibus immediate ſubjungitur, & comprehendit narrationem diſputationis Chriſti cum muliere Samaritana ad fontem Patriarchæ Jacobi propè Samariam.

Decimus ſeptimus & Decimus octavus Codex ſunt membranacei in 4. & inter MSctos Hiſtoricos Latinos 268. & 327. Continent autem unum atque idem Poëma de rebus geſtis Caroli M. & Rulandi antiquis Rythmis Germanicis, quorum autor vel potius inſtaurator ipſe ſe *Strickerum* appellat, compoſitum & hactenus nondum editum, cujus hæc eſt inſcriptio:

Ditz Puoch iſt von Chunig Karl und von Ruoland
gemacht/ wie ſi diu Heidenſchafft überchomen.

Decimus nonus Codex eſt membranaceus in 8. minori, & inter MSctos Codices lat. 269. continetque 1) Vitam Caroli M. ab Eginhardo ſ. ut ibi vocatur *Einchardo* genero ipſius & Can-

Cancellario conſcriptam & quod notabile eſt, in duos Libros diviſam, quorum *prior* incipit; *Gens Mervingorum* &c. *poſterior*, poſt *mortem patris* cum *fratre regnum partitus* &c. 2) Reginonis Abbatis Prumienſis Librum II. Chronicorum.

Vigeſimus Codex eſt membranaceus in fol. & inter MSctos Hiſtoricos Latinos 316. Continet autem 1) *Hiſtoriam rerum* geſtarum Imp. Ludovici Pii, quam Petrus Pithæus inter antiquos rerum Francicarum Scriptores ſub nomine Thegani Chorepiſcopi Trevirenſis primus omnium in lucem edidit. Primum enim folium, quod ſine dubio titulum operis nomenque autoris continuit, deeſt; Et hanc jacturam quodammodo reſarcit, duorum annorum appendix in fine adjecta & antiqua manu exarata, utpote quæ in jam memorata Pithæana editione deſideratur. 2) *Reginonis* Abbatis Cœnobii Prumienſis, in Diœceſi Trevirenſi ſiti, *Chronicon* Gauspaldi cujusdam manu exaratum & in duos Libros diviſum. 3) *Anonymi* cujusdam, qui ſub Imper. Conrado II. cognomine Salico vixit, *Chronicon Regum Francorum* nondum editum. 4) Anonymi cujusdam Autoris, quem ego *Eginhardum* Imp. Caroli M. Cancellarium fuiſſe auguror, *Breviarium Chronologicum* ab O. C. usque ad A. C. 809.

Vigesimus primus Codex est membranaceus in 4to. & inter MSctos Historicos Latinos 323. continetque 1) *Vitam* Caroli M. ab Eginhardo conscriptam. 2) *Annales* regum Francorum Pippini, Caroli M. & Ludovici Pii ab anno Chr. 741. inclusivè usque ad A.C. 828. de quibus supra Codice 7. jam diximus. Plane autem sic rationem ducimus, verum Autorem eorundem esse Eginhardum, qui Imper. Caroli M. vitam in eodem Codice sine interpositione novi tituli, proximè præcedentem composuit. Inclaruit enim is postremis Imper. Caroli M. temporibus. Et licet sub filio ipsius Imperatore Ludovico Pio multo etiam magis floruerit, sua tamen sponte a. 'icam vitam deseruit, evasitque Monachus Benedictinus, atque primus Abbas Cœnobii Seligenstedensis f. Saligenstadensis, quod in Franconia tribus à Francofurto ad Mœnum milliaribus situm est.

Vigesimus secundus Codex est membranaceus in fol. & inter MSctos Theologicos latinos quintus. Continet is Biblia Sacra Vet. & Nov. Test. latina studio & sumtibus Radonis, celeberrimi Monasterii Benedictini S. Vedasti apud Atrebates XI. Abbatis, primo regiminis eius anno h. e. A.C. 795. ita exarata, ut singulæ cujusque folii paginæ in tres columnas divisæ sint. Figura literarum eadem omnino est atque illarum aurearum, quibus supra memora-

tum

tum Caroli M. Psalterium A. C. 772. à Dagulfo exaratum est. Et causam scribendi ejus Codicis præbuit incendium hostile, quo templum S. Vedasti, una cum omni supellectile Sacra conflagraverat. Illi ergo reædificando omnibusque rebus necessariis instruendo & exornando jam memoratus Abbas Rado, primo statim regiminis sui anno, summam impendit industriam & liberalitatem, adhibito ad hoc in consilium & auxilium Alcuino Caroli M. præceptore; cujus opera potissimum usus est ad recensionem & emendationem Librorum, ad studium Theologiæ & cultum divinum pertinentium, quos illorum loco, qui igne perierant, per cœnobii sui alumnos de integro curavit describi. Atque ut inter eos primum locum obtinuerunt duo nempe Codex *Saer. Bibliorum* utriusque Testamenti & *missale*; Ita *posterioris* mentionem facit Ferreolus Locrius in Chronico suo Belgico; *Prius* autem est illud ipsum, quod in Augustiss. Bibl. Cæsarea etiamnunc adservatur, sed ita ut partim inscitia & negligentia eorum, qui tanti thesauri dignitatem vel prorsus ignorarunt, vel non rectè æstimarunt, partim autem longinquo 872. annorum spatio totus sit ruinosus, & plerisque locis præ vetustate nil amplius legibilis. Extant in principio ejus duo Poëmata Alcuini hactenus quod

sciam

ſciam non edita, quæ continent commendationem lectionis SS. enumerationem & argumentum librorum Sacrorum utriusque Teſtamenti, invocationem Chriſti pro ſalute & felici Imperio Caroli M. ac denique honorificam Abbatis Radonis mentionem, quod is, Codicem hunc, loco ejus, qui igne perierat, deſcribi curaverit. Et nos præterea habemus in Aug. Biblioth. Cæſarea Vitæ Vedaſti Radonis rogatu ab Alcuino emendatæ pervetuſtum exemplar in codice Membranaceo ipſo Alcuini & Radonis ævo, uti ex Scriptura aliisque circumſtantiis liquet, exaratum, quod eſt inter Codices Latinos Hiſt. 29.

Vigeſimus tertius Codex eſt membranaceus in 4to. & inter MSctos Theologicos Latinos 524. Continet is Ottfridi Monachi Wirzamburgenſis ſ. Weiſſenburgenſis Ordinis S. Benedicti, qui Rabani Mauri Archiepiſcopi Moguntini fuit diſcipulus, *Volumen Evangeliorum* antiquis rythmis Theotiſcis compoſitum & in quinque libros diviſum, quod is Liutberto Archiepiſcopo Moguntino, qui A. C. 865. electus, & A. 889. mortuus eſt, peculiari præfatione latina dedicavit. Spectat autem id ipſum ad vitam & res geſtas Caroli M. quia obſoleta illa lingva Theotiſca, qua eſt compoſitum, patrius ipſius fuit ſermo, adeoque ab ipſo adamatus, ut teſte Cancellario ipſius Egin-

Eginhardo, Grammaticam ejus primus ipse [illegible]choaverit, ventisque & mensibus nova [illegible]dem lingvæ nomina, quæ etiam nunc in [illegible]sunt, imposuerit. Nec sane dubium, [illegible] alii exemplo ejus excitati eodem ævo [illegible] lingvam Germanicam ad regulas [illegible] revocare. Rabanus certe Mau[illegible] Glossas Latino-Theotiscas de [illegible]bus humani corporis à Walafrido Stra[illegible] Abbate Augiensi ex dictantis ore exce[illegible] Melchiore Goldasto juxta atque [illegible] Opp. Rabani editoribus in lucem pro[illegible]as, composuit etiam integrum Glossa[illegible] Latino-Theotiscum in tota Biblia Sacra [illegible]enus nunquam editum, [illegible] & ipsa Rabani ætate exa[illegible] Cod. [illegible]membranaceum reperi incre[illegible] gaudio abhinc biennio, cum S. [illegible] Majest. in itinere Teriolensi comes Arcis [illegible] apud Oenipontem sitæ Biblio[illegible] studiose pervolverem & repertum [illegible] multis præstantissimis Codicibus [illegible] in Aug. Bibl. Cæs. Vindobonensem [illegible]. Otfridus autem ut Rabani Mauri [illegible], ita sine controversia quoque [illegible] ex iis, qui patriæ lingvæ post ipsum [illegible]varunt operam. Id quod patet [illegible] volumine Evangeliorum, de [illegible] nobis sermo est. Et sicut ex Scri-

Scriptura non minus quam ex aliis indiciis certo constat, istud exaratum esse ipso Otfridi ævo h. e. ante annos 778. si à tempore mortis Liutberti Archiepiscopi Moguntini usque ad præsentem annum 1667. successio temporis deducatur; Ita notandum omninò diversum esse hunc Codicem Cæsareum 1) *ab eo quo* usus est damnatæ memoriæ Hæresiarcha Mathias Flacius Illyricus, qui insigne illud Otfridi opus edidit Basileæ A. 1571. in 8. generosissimoque Viro Dn. Adolpho Hermanno Riedesel Mareshalco Hassiæ hæreditario, duplici præfatione nempe Latina & Germanica dedicavit. Quæ quidem editio impressa non solum propter vitiositatem MScti, ex quo ea desumta, mendosa est & mutila, verum etiam hæreticæ pravitatis laborat suspicione, propter malitiam ipsius impii Illyrici, quippe qui eam præcipuè ob causam eximium illud monumentum antiquum publicavit, ut eo ad stabilienda perversa sua dogmata abuteretur, quemadmodum manifestè apparet ex utraque ipsius præfatione, tam latina quam germanica, utpote quæ horrendis scatent convitiis & calumniis, cum in universam S. Ecclesiam Catholicam, tum speciatim & præcipue in S. Bonifacium Archiepiscopum Moguntinum, qui Apostolus Germanorum fuit appellatus. Quamobrem summè necessarium est, ut Illyriciana isthæc

isthæc corrupta editio cum hoc codice cónferatur & ejus auxilio reformetur & suppleatur. 2) ab eo, quem B. Rhenanus l. 2. Rerum German. Frisingæ in Bibliotheca S. Corbiniani se vidisse testatur.

CAPUT VI.

De Henrici Gundelfingii Historia Austriaca MS.

Inter MScta Historica Latina, quæ in Aug. Bibl. Cæsarea adservantur, extat etiam *Historia* Austriaca *Henrici* cognomine *Gundelfingen*, cujus Wolfgangus Lazius c. 1. l. 1. Comment. in Genealogiam Austriacam meminit. Et quidem quod ad Autoris *patriam*, *statum* & *ætatem* attinet, notandum omninò est, eum non fuisse Gundelfingensem; sed Constantiensem origine, Artiumque Magistrum & Ecclesiæ Friburgensis in Helvetia Diaconum, & opus hocce suum Archi-Duci Sigismundo An. 1476. obtulisse. Quod vero ad œconomiam est hujus Historiæ, constat illa præter Dedicationem tribus Epitomis vel Partibus. Ac licet *prima* earundem variis insignibus gentilitiis inauratis & argentatis elegantissimè ornata sit, publicatione tamen indigna est, quoniam exceptis tribus ultimis foliis, & ne iis quidem integris meras continet absurdas fabulas,

las, & nugatoria figmenta de primo Austriæ Marchione Abrahamo, ejusque successoribus, partim gentilibus, partim Judæis, partim Christianis, nempe Achaïm, Raban, Leptan, Nynter, Lynal, Peyna, Zawan, aliisque compluribus; nec non de variis Austriæ antiquæ nominibus. Videlicet Judæi sapta, Arratim, Sauritz, Sannaas, Pannaas, Tantanyo, Mictanaws, Fannaw, Avarata, Fila, Rarasama, Corrodantia & Auara, quæ omnia nimis credulè ex Mathæi cujusdam Chronico Germanico descripsit, ut ipse tam in præfatione dedicatoria quam in partis hujus primæ exordio testatur. *Secunda* vero *Pars* desumta est ex melioribus & antiquioribus Chronographis, & speciatim ex *Ulrico Krigio* nobili Tigurino, cujus Chronicon tempore Imp. Rudolphi I. compositum, sed hactenus ineditum citatur à Johanne Stumpfio Hist. Helvet. l. 7. c. 12. & *Alberto Argentinensi*, qui à temporibus Imper. Rudolphi I. usque ad mortem Caroli IV. sive annum 1378. bonæ fidei condidit Chronicon, quod Joh. Cuspinianus in Austria sua sæpe citat, & Christianus Urstisius Basileensis in Syntagm. Illustr. Histor. Germ. *primus* integrum edidit. Ast tertia Pars nobis exhibet res recentiores tantummodo & quas ipse autor non solum respectu temporis, verum etiam patriæ suæ & loci, ubi vixit, optime scire potuit. Et quoniam

niam in ea speciatim fit mentio Cimeliorum, sive ut ipse appellat, Clenodiorum Caroli Ducis Burgundiæ, quæ in prælio Granseensi post ipsius cladem in potestatem victorum devenerunt, haud ab re fuerit, aliam quandam singularem, & observatu dignissimam de iisdem Cimeliis, quam itidem in Augustiss. Bibl. Cæsarea reperi, hic indicasse. Extant enim ibi duo Volumina in fol. ut vocant regali, cum propter incredibilem scripturæ elegantiam, tum ob insignium gentilitiorum aliarumque variarum antiquitatum innumeras fere imagines admiranda prorsus & vere Imperatoria, quibus continetur Historia Habsburgensis & Austriaca, a [illegible] Generosiss. Du. *Joh. Jacobo Fuggero*, Dn. in Kirchberg, Weissenhorn & [illegible] Impp. Caroli V. & Ferdinandi I. Consiliario, A. C. 1555. summa diligentia ac fide collecta, sermoneque & stylo Germanico, qualis tunc in usu fuit, satis copiose eleganter conscripta ac in septem divisa libros: quorum ultimo qui Imp. Maximiliani I. vitam & res gestas complectens, solus sex priores libros magnitudine æquat, & peculiari constat volumine, posteriori, de supra memoratis Caroli Ducis Burgundiæ Cimeliis prolixe narratur, quomodo ea ab Helvetiis Jacobo Fuggero, ab hujus autem posteris Henrico Octavo quondam Angliæ Regi fuerint ven-

dita, & tandem per matrimonium cum ipsius filia Maria in Regis Hispaniæ Philippi II. potestatem pervenerint.

CAPUT VII.

De Codice Dioscoridiano Græco vetustissimo MS.

REfert Vir Generosissimus pariter ac Doctiss. Dn. Augerius Busbeckius in Epistola 4. de legatione Constantinopolitana & Amasiana A. 1562. d. 16. Dec. Francofurti ad Mœnum scripta, se ducentos circiter & quadraginta Codices MSctos Græcos Constantinopoli misisse Venetias, ut inde porro Vindobonam deportarentur, unum autem reliquisse decrepitæ vetustatis Dioscoridem cum depictis plantarum figuris penes Judæum Constantin. Hamonis Suleimanni Medici filium; deterritum enim ab eo emendo enormi pretio, utpote centum ducatis æstimato. Atque ille Codex Dioscoridianus ejusdem Busbeckii impulsu post A. 1562. quo citatam scripsit Epistolam, vel ab Imp. Ferdinando I. vel quod verosimilius mihi videtur, à filio ejus & successore Maximiliano II. redemtus ex Turcica servitute transmigravit in Aug. Bibl. Cæsaream, ibique etiam nunc asservatus inter MSctos Codices Medicos Græcos tertium locum obtinet.

Est

Est autem membranaceus & quidem ejus magnitudinis quam vocant in folio, sed forma fere quadrata continetque folia 491. quorum maxima pars injuria vetustatis non minus maculosa sunt, quam ipsa compactura quæ tota a carie & tineis ac blattis fœde misereque corrosa est. Literæ omnes sunt majusculæ & eleganter quidem, sed ab illis quibus nunc utimur literis græcis, aliquantum diversæ. Accentus omnino desunt, &, si qui in eo reperiuntur, recentiori manu sunt additi. Voces nulla distinctione sibi invicem cohærent, adeoque lectio hujus Codicis etiam doctissimis & in studio Lingvæ Gr. exercitatissimis viris non [illegible] esse potest, quippe [illegible] ubi [illegible] vox vel incipiat vel desinat quodammodo divinandum sit. Hæc autem ratio scribendi uno ac perpetuo ductu sine accentibus & distinctione apud Græcos solennis fuit usque ad tempora Aristophanis [illegible] Grammatici Alexandrini, qui ante [illegible] tempore Olympiade 145. sub Ægypti rege Ptolomæo Epiphane potissimum [illegible] primus omnium accentus & distinctionum rationem excogitavit. Quamvis autem [illegible] ab eo tempore accentibus & interpunctionibus sententiarum in scribendo [illegible] tantum tamen abest, ut pristinus [illegible] modus statim omnino sit abrogatus,

tus, ut etiam integris post C. N. Seculis nonnulli Libri ita scripti sint. Et extat hac de re locus insignis in veteris amici mei Claudii Sarravii Senatoris dum viveret in Parlamento Parisiensi amplissimi Opere posthumo Epistolarum p. 237. seq. qui potest videri. Et sane inter paucissimos Codices Græcos & Latinos, qui prisca illa & rudi simplicitate scripti ad nostram pervenerunt ætatem, haud postremum sibi vendicat locum Cæsareus ille Codex Dioscoridianus, qui cura & liberalitate Iulianæ Aniciæ Imp. Flavii Anicii Olybrii filiæ ante 1163. annos exaratus, & variis æquè antiquis cum Julianæ Aniciæ tum variorum illustrium Medicorum veterum & plantarum, animalium aliarumque rerum iconibus accuratissima delineatione & vivacissimo post integra undecim Secula coloratu expressis, mirificè exornatus est.

Primi folii pagina *priori* literis minusculis & manu recentiori scriptum est, Codicem hunc à quodam *Johanne* alumno Hospitalis s. Xenodochii Constantinopolitani cognomine τῦ Κράλυ, s. Regis, svasu & impensa *Nathanaelis* Monachi & Nosocomi ibidem, ne vetustate penitus interiret, consolidatum, resartum & instauratum esse A. M. secundum supputationem Ecclesiæ Constant. 6914. Chr. 1406. pagina autem posteriori pavo cæruleus de-

depictus est, tanquam *Symbolum annuæ vicissitudinis arborum* juxta Plinium l. 10. c. 20. Hist. Nat. vel tanquam *Emblema Apotheoseως s. Consecrationis fœminarum.*

Secundum folium repræsentat *septem antiquos Medicos*, sedentes tanquam in triclinio & de re medica differentes, hoc ordine. Scilicet *primo* loco sedet *Chiron Hippocentaurus*, qui Seculo ante C. N. XIII. floruit & Medicinam herbariam *primus* invenisse dicitur. Conf. Plinius Hist. Nat. l. 7. c. 56. *Secundo Machaon* Æsculapii filius & Podalirii frater, qui Seculo ante C. N. XII. in bello Trojano occubuit quique Chirurgiam præcipue excoluit, sicut Podalirius abditas morborum causas investigavit & fundamenta jecit Medicinæ rationalis. Conf. Eustathium in Comment. ad Hom. pag. 859. Edit. Rom. & Celsus c. 1. *Tertio Pamphilus* ille Grammaticus, ut puto, Alexandrinus, celeberrimi Critici Aristarchi, qui Seculo ante C. N. II. floruit, discipulus, quem Galenus in Proëmio L. 6. de Simpl. Medicam. facultatibus testatur scripsisse *Historiam herbarum* ordine Alphabetico, quemque merito reprehendit, quod opus illud non solum sine ulla propria experientia, sed absque delectu ex alienis tantum corraserit scriptis, verum etiam multas aniles & poëticas fabulas superstitiosasque præstigias, & varia barbara

fictaque nomina de industria addiderit. *Quartò Xenocrates* Aphrodisiensis, quem Galenus A. C. 131. natus in Proëmio l. 10. de simpl. Med. Facult. avorum suorum tempore vixisse testatur, quemque l. 6. reprehendit partim tanquam compositorem Librorum supposititiorum de Ægyptiacis, Babyloniis aliisque diversis peregrinis aut fictitiis herbarum nominibus, partim velut præ nimia curiositate etiam goëtiæ s. præstigiis deditum. *Quintò Sextius Niger*, quem Plinius l. 1. testatur licet Romanum Græcè tamen scripsisse & l. 32. c. 3. diligentissimus Medicinæ Autorem nuncupat. *Sexto Heraclides Tarentinus*, quem Galenus c. 1. l. 2. de Compos. Medic. per genera Mantiæ Hierophili discipulum fuisse, & ad ejus imitationem non pauca volumina de compositionibus complurium laudabilium medicamentorum conscripsisse refert, & l. 6. de Comp. Medic. secundum locos scribit eum ad Sectam Empiricam transiisse. *Septimo Mantias Hierophili* Sectator & jam memorati Heraclidæ Tarentini, qui præpostero ordine præcedit, in Arte Medica præceptor.

Tertium folium sistit septem alios antiquos Medicos depictos, sedentes tanquam in triclinio & de re Medica differentes hoc ordine. Scilicet, *primo* loco sedet *Claudius Galenus Pergamenus*, qui Seculi 2. post C. N. anno 31. na-

[illegible]tus eodem desinente septuagesimum agens ætatis annum sub Imper. L. Septimio Severo obiit, & cujus, quod obiter monemus, nusquam accuratiorem & solidiorem reperimus [illegible], quam in duobus eruditissimis libellis veteris amici mei R. P. Philippi Labbei Societatis Jesu Presbyteri, quorum primo continetur vita ipsius ex propriis operibus collecta, altero autem chronologicum ejusdem Elogium, qui anno 1660 Lutetiæ Parisiorum in 8vo. impressi sunt. *Secundo Cratevas* cognomine ὁ ῥιζο-τόμος, *seu radicum sector*, qui Seculo ante Christum floruit, & ut eximius Artis herbariæ magister ab ipso laudatur Hippocrate in Epistola ad eum scripta. *Tertio Apollonius* sive Pergamenus ille sive Memphita sit, neque enim ipse mecum hac in re satis consentio. *Quarto Andreas ὁ Ἰατρὸς*, s. Medicus, quem Galenus in proœmio Lib. 6. de Simpl. Medicam. facultatibus vituperat tanquam qui *primus* [illegible]orum scientiam præstigiis & mendaciis [illegible] ornare ausus sit. *Quinto Dioscorides* non ille *Alexandrinus* cognomine Phacas, sive lenticularis, Herophili sectator & Medicinæ rationali addictus, qui Anazarbensi nostro multo antiquior, nec ille cognomine *Glossographus*, qui parentum Galeni æqualis circa finem Imp. Trajani & prioribus quindecim Imper. Hadriani annis floruit, sed *Anazarben-*

ſis, qui ſecundum quosdam A. C. 64. ſecundum alios autem, quibus ipſe accedo, Seculo I. ante C. N. ſub duobus primis Romanorum Monarchis C. Julio Cæſare & Auguſto vixit, uti patet ex Synchroniſmo Arei Philoſophi, cui quinque libros ſuos de materia medica, quos ipſius hortatu conſcripſerat, totidem ſingularibus præfationibus dedicavit. *Sexto Nicander Colophonius* clariſſimus non ſolum Medicus, verum etiam Hiſtoricus, Poëta & Grammaticus, qui Seculo ante C. N. II. ſub Attalo 3. ultimo Pergameno rege floruit, & præter alia varia, quæ Svidas recenſet, compoſuit etiam duo Poëmata etiamnunc extantia, quorum primum *θηριακὰ* ſive de beſtiis venenatis, alterum Αλεξιφαρμακὰ ſive de remediis contra venena inſcribitur, & quorum Græca & hactenus inedita proſaica paraphraſis, ab Eutecnio Sophiſta compoſita, extat in illo ipſo, de quo nunc agitur, vetuſtiſſimo Codice MSto Dioſcoridiano. *Septimo Rufus* Epheſius, qui Seculo poſt C. N. II. ſub Impp. Trajano & Hadriano floruit, & ſcripta varia cum adhuc extantia tum etiam deperdita compoſuit.

Qudrto folio continetur pictura quadrata, in cæruleo fundo repræſentans Dioſcoridem ſedentem in ſella, & è regione ipſius fœminam ſtantem, quæ manu dextra Mandragoram nigram ipſi porrigit. Supra Dioſcoridis caput ſcri-

[illegible] est Διοσκορίδης supra fœminam au- [illegible] Εὕρεσις sive inventio. Inter Dioscori- [illegible] & inventionem jacet canis mortuus, & [illegible] manu supra memorati Johannis τοῦ [illegible] subscriptum κύων ἀνασπῶν τὸν [illegible] ἀποθνήσκων h. e. *Canis* [illegible] *Mandragoram & deinde moriens.* Ex [illegible] appareret vulgarem illam de Mandragora [illegible], qua dicitur eam sine periculo [illegible] non posse evelli, non heri demum vel [illegible] ortam, sed minimum tam anti- quam esse quam est Cæsareus hic Codex Dio- scoridæus, cui jam memorata pictura infer- [illegible]

Quintum [illegible] continet picturam qua- [illegible] repræsentatur fœmina quædam [illegible] manuque dextra Mandragoram nigram tenens, supra cujus caput æque ac in præce- dente pictura scriptum legitur Εὕρεσις h. e. *in- ventio.* A sinistro ejus latere sedet *Dioscori- des*, [illegible] Mandragoræ naturam & vim in [illegible] genibus imposito describens, a [illegible] pictor eandem depingens. Ubi [illegible] est mos Veterum *scribendi* [illegible] Unde natum deinceps istud [illegible] θεῶν ἐν γούνασι κεῖται *Deorum* [illegible], quod idem est ac si diceretur. [illegible] esse incertum & ab eo dependere quod providentiæ divinæ Libro in *Deorum*

quasi genibus sito, inscriptum est: Item istud Vetus Græcorum de re in alieno arbitrio posita proverbium: Ἐν πέντε κριτῶν γούνασι κεῖται, quod extat apud Zenobium Cent. 3. Parœm. 64. cum hac explicatione, quinque judices Comedias olim dijudicasse, & in genibus habuisse quæ nunc in tabulas referuntur.

Sexto folio continetur pictura repræsentans catenam auream vel funiculum aureum instar circuli & octogeni, ex duobus in eo quadratis, quæ se invicem intersecant, formati. Fundus picturæ cæruleus est, exceptis duorum quadratorum octo extremitatibus triangularibus, quæ sunt purpureæ. In medio octogeno sedet in throno aureo, duabus aquilinis suffulto, fœmina diademate regio, vestituque partim aureo, partim cæruleo, & calceis rubris instar Imperatricis Constantinopolitanæ exornata; à cujus sinistro latere cernitur Φρόνησις sive *prudentia* tenens volumen, à dextro autem Μεγαλοψυχία sive Magnanimitas ostentans sinum numis aureis repletum. Ante eandem stat Cupido alatus Principi in throno sedenti librum apertum offerens. Supra caput Cupidinis hæc scripta leguntur: πόθος τῆς σοφίας κτιστοῦ h. e. amor Sapientiæ creatoris. Sub Cupidine jacet fœmina albo amictu instar Sanctimonialis, sive Deo consecratæ Virginis vestita, & tam profunda genuflexione caput ad terram

incli-

[illegible], ut ejus frons pedi dextro Principis in [illegible]entis respondeat. Juxta illam cer-[illegible] qua inscriptio Græca literis albis, sed [illegible]itate temporis adeo obscurata. Ut [illegible] vox Εὐχαριστία sive Gratiarum [illegible] amplius sit legibilis. Similiter altera quoque magna inscriptio græca in interiori cir-[illegible] regem prorsus ferè evanuit, quod pro-[illegible] dolendum est. Ante pedes [illegible] in throno sedentis duo stant modii, [illegible] dubio annonaria, sive frumentaria [illegible]is in pauperes innuitur. In octo au-[illegible] triangularibus duplicis quadrati extremi-[illegible] purpureis hæ octo leguntur prægran-[illegible] aureæ [illegible] Ο Υ Λ Ι Α Ν Α. Spatia de-[illegible] octo cærulea, quibus octo purpurea tri-[illegible] & totidem aureæ literæ à se invicem se-[illegible] exornata olim fuerunt elegantissimis [illegible] ex quibus nunc injuria vetustatis [illegible] pauci aliquot nudi pueruli instar [illegible] vel Cupidinum amplius apparent, [illegible]ificando & pingendo occupati sunt, sed [illegible] obscurè, ut quid plerisque locis agant, per-[illegible] cognosci nequeat. Quod porro ad ex-[illegible] hujus picturæ attinet, persuasissi-[illegible] habeo Julianæ Aniciæ, quæ filia fuit [illegible] Anycii Olybrii, neptis verò [illegible] 3. ex filia Placidia, & Prone-[illegible] Theodosii Junioris, magnanimita-

tem,

tem, prudentiam, Philomathiam, defenſionem Concilii Chalcedonenſis contra Eutychianos, liberalitatem frumentariam erga pauperes,& extructionem templi Beatiſſ. Dei genitricis eadem repræſentans; nec dubito, quin illius juſſu ac liberalitate antiquiſſimus ille Dioſcoridianus Codex deſcriptus, vivisque plantarum figuris exornatus ſit; & quidem in uſum alicujus Monaſterii vel Xenodochii, vel Noſocomii, eamque rem per virginem Sanctimonialem,gratias agendi cauſa ad pedes ejus proſtratam,ſignificare. Quanquam enim Busbéckius ſcribit Codicem hunc non pluris quam centum ducatis eſſe emptum, res ipſa tamen manifeſtiſſimè demonſtrat, ſi partim quidem Scripturæ ipſi, partim autem ornatui ejus & unicuique imagini plantarum & animalium, quæ ibi depicta ſunt, exiguum duntaxat pretium mercedis loco asſignetur, ne quingentorum quidem ducatorum ſive mille Imperialium impenſa talem Codicem nunc deſcribi & adornari poſſe. Quod ſi vetuſtatis inſuper debita habeatur ratio,quis negaverit Codicem iſtum longe majoris eſſe pretii? Quippe qui jam mille & centum ſexaginta tres annos ſuperat, ſi ab A. C. 505. in cujus Actis Theophanes Chronographus templi BeatiſſimæDei Genitricis à Juliana Anicia Conſtantinopoli extructi meminit, continua ſeries temporum

usque

usque ad præsentem annum 1668. deducatur.

Septimo folio extat in fundo cæruleo intra coronam lauream inauratam majusculis literis aureis exaratus hic titulus; ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΠΕΔΑΝΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ ΠΕΡΙ ΒΟΤΑΝΩΝ ΚΑΙ ΡΙΖΩΝ ΚΑΙ ΧΥΛΙΣΜΑΤΩΝ ΣΥΝ ΦΥΛΛΩΝ ΤΕΚΑΙ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΑΡΞΩΜΕΘΑ ΤΟΙΝΥΝ ΑΚΟΛΟΥΘΩΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΛΦΑ: h. e. Hæc insunt, Pedanii Dioscoridis Anazarbensis de herbis & radicibus & succis & seminibus cum foliis simul ac medicamentis. Incipiamus ergo consequenter à litera A. Ubi notandum *primo* Dioscoridem in corruptis quibusdam Codicibus MStis & quibusdam impressis parum exacte vocari *Pedacium*, cum *Pedanius* potius dicendus sit. *Secundo* Dioscoridis Libros 5. de materia Medica non tantum non esse compositos ordine Alphabetico, verum etiam ipsum Dioscoridem in præf. L. I. eam de materia Medica scribendi Methodum summopere improbare. Adeoque necessario sequi 1.) Alphabeticam hanc plantarum descriptionem diversam esse à Dioscoridis Libris 5. de Materia Medica. 2.) eam non ab ipso Dioscoride compositam, sed tantum ex quinque ejus de Materia Medica libris esse collectam. *Octa-*

Octavo & *nono* folio continetur Index Alphabeticus plantarum, poſt indicem ſequitur denuo Titulus ſupra memoratus; Atque huic ſuccedit Deſcriptio plantarum, cui ſemper è regione reſpondet figura artificioſisſime depicta. Præmiſſæ autem ferè ubivis contextui ſunt variæ appellationes plantarum Græcæ, Romanæ, Perſicæ, Ægyptiacæ, Hetruſcæ, Hiſpanicæ, Gallicæ & Dacicæ; Et ſubnexa in locis multis antiquo majuſculo charactere fragmenta Cratevæ & Galeni, ex quibus, quid de iisdem alter ante Dioſcoridem, alter verò poſt eundem cognoſcitur. Prima planta eſt ἀείζωον τὸ μέγα ſive ſemper vivum magnum, ultima eſt ὤκιμον ſive ocimum. Poſtea ſequitur ſeparata quædam quinque foliorum Appendix, de Chamæmelo, Rhamno, Artemiſia, Pentadactylo, Verbenaca, Dictamno, Salvia, Cupreſſo, Centaurio, Bupthalmo, Pæonia, Polio, Moly, Marina quercu, Chryſanthemo, & Eryſimo, quæ ex Pamphili Alexandrini Hiſtoria Herbarum procul dubio deſumta eſt.

Continetur etiam eodem hoc Codice MS. antiqua Græca & hactenus inedita Eutecnii Sophiſtæ proſaica paraphraſis in Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, ut & in Oppiani Halieutica, ſive Poëma de Piſcatione, quod in quinque libros diviſum etiamnunc integrum extat, & in ejuſdem Ixeutica ſive Poëma de Au-

cupio,

cupio, quod vel injuria temporis vel omninò periit, vel quasi deperditum alicubi forsan adhuc latitat. Sicut & ipsa hæc paraphrasis tam in principio, quam fine est mutila.

Extant præterea in Augustissima Bibliotheca Cæsarea, quatuor alii Codices MSti, qui adornandæ novæ editioni Dioscoridis possunt inservire, nec non XXVII. Editiones impressæ, & quamplurimi Scriptores, qui ejusdem de re Medica Libros, Versionibus, Annotationibus Castigationibus &c. illustrarunt.

CAPUT VIII.

De Bibliotheca Ambrasiana.

CUm Sacratissimo & potentissimo Imperatori Leopoldo in Itinere Oenipontano, adeundæ hæreditatis Teriolensis causa A. M. DC. LXV. à die 10. Septembr. usque ad XV. Novembr. prosperè peracto comes fuerim; juvabit succinctè enarrasse, quid in isthoc notaverim, & quam uberem fructum literarium Augustiss. Bibl. Cæsarea exinde perceperit. Scilicet pervenimus die 12. Sept. ad celeberrimum Austriæ inferioris Cænobium Benedictinum Melicense, cujus Historiæ concinnandæ sequentia monumenta inedita & adhuc in Aug. Bibl. Cæsarea extantia inservire possunt.

1.) *Hi-*

1.) *Historia martyrii & miraculorum S. Colomanni natione Scoti, qui A. C. 1012. in oppidulo Austriæ inferioris* Stockerau *olim Asturis vocato passus est, composita ab Erchinfrido tertio cœnobii Melicensis Abbate, qui eodem vixit tempore.*

2.) *Historia de B. Gothalmo, qui in Cœnobio Melicensi sepultus est, composita à Bernardo cognomine Dapifero Monacho Melicensi A. 1362.*

3.) *Historia de particula Ligni crucis, quæ in Cœnobio Melicensi adservatur, conscripta ab Anonymo quodam vel Abbate, vel Monacho ejusdem cœnobii.*

4.) *Historia fundationis Cœnobii Melicensis, composita ab Anonymo quodam vel Abbate vel Monacho ejusdem cœnobii.*

Die 14. Sept. ex inferiori Austria in superiorem transgressi urbem Anisiam intravimus, à qua non longe olim sita fuit celeberrima illa Norici Ripensis civitas Laureacum vel potius Lauriacum, quæ ab amniculo Laurone, vulgò der Lambach vel Lohrbach dicto appellationem indepta præfecti Legionis secundæ sedes fuit, & olim Colonia Augusta Laureacensis vocata est, quia Imp. Augusti jussu eò deducta fuit colonia. Atque de hac consulendi sunt præ cæteris Wiguleus Hundius in Metropoli Salisburgensi, Caspar Bruschius in duobus illis Libris,

bris, quos inscripsit de Laureaco & Patavio Germanico, & Wolfgangus Lazius L. XII. Comment. de republ. Rom. in exteris provinciis constituta Sect. 7. c. 5. ubi in fine ejus capitis jam memoratum Casparem Bruschium, suppresso tamen nomine, accusat plagii, quod suus de Laureaco Veteri tractatus ab illo clam sibi surreptus & dolo malo editus sit. Extant insuper etiam in Aug. Bibl. Cæsarea varia antiqua monumenta MSta ad Historiam Laureacensem pertinentia, & quidem præcipuè in tribus illis, quorum hic subjungo notitiam.

Primus Codex MStus est membranaceus in 4. & inter Hist. Latinos 147. continetque præter libros 4. à Carolo M. gestis antiquum & hactenus ineditum Catalogum Archiepiscoporum Laureacensium & Episcoporum Pataviensium sive Passaviensium ab A. C. 250. usque ad A. 1313. Sequuntur etiam deinceps aliæ quatuor ejus Catalogi Appendices, quarum *Prima* complectitur Catalogum Antiquorum Regum & Ducum Bavariæ ab A. C. 508. usque ad A. 1531. *Secunda* continet dissertatiunculam de causa cur Historia Archiepiscopatus Laureacensis & Episcoporum ejus suffraganeorum adeò obscura & mutila sit. *Tertia* comprehendit descriptionem Patrimonii duorum Impp. Rom. Philipporum, patris nempe & filii, viginti duas complectens civitates,

quod Metropolitanæ Ecclesiæ Laureacensi ab illis donatum est. *Quarta* denique continet succinctam recensionem quantum emolumenti vel damni Archiepiscopatus Laureacensis & Episcopatus Passaviensis ab unoquoque suorum Præsulum perceperint.

Secundus Codex MSctus est membranaceus in 4. & inter Codices Theologicos latinos 180. continetque varias Summorum Pontificum aliorumque ad Archiepiscopatum Laureacensem pertinentes Epistolas.

Tertius Codex MSctus est chartaceus in f. unusque ex iis, qui nondum certis numeris notati sunt. Continet autem is à folio 335. usque ad folium 387. Historiam cujus titulus sive inscriptio hæc est: *Catalogus Archiepiscoporum Lauriacensium & Episcoporum Patavienfium, per N. Schreitwein collectus ad Fridericum 3. Romanorum Imperatorem.* Quam sequitur deinceps Appendix sive Continuatio ab A. C. 1477. usque ad A. 1514.

Die 17. Sept. accessimus ad celeberrimum Monasterium Lambacense vulgò *Lambach* dictum, ubi ego aliquantulum post discessum S. Cæsareæ Majestatis remanens ductu R. P. Prioris cum alia multa spectatu digna ibi contemplatus sum, tum imprimis duo quorum hic præ cæteris specialem mentionem faciendam esse censeo. Horum *primum* est Cenotaphium

Adal-

Adalberonis, Comitis de Lambach, qui A. C. 1045, post S. Brunonem unanimi totius Capituli consensu Episcopus Herbipolensis electus & A. 1090. in jam memorato Lambacensi Monasterio, quod ipse fundaverat, obiit. Extat illud in medio templo ejus monasterii solo aliquot pedes eminens cum hac inscriptione

ADALBERONI
SANCTITATE ET SANGVINE
ILLUSTRI
HERBIPOLENSI EPISCOPO ET
COMITI DE LAMBACH
FUNDATORI HUJUS LOCI
MUNIFICO
POST SEX AB EJUS OBITU
SECULA ET CREBRA
MIRACULA
DUM SACRAM HANC ÆDEM
SENIO DEPRESSAM
FUNDITUS EXTRUXISSET
NE GEMMA DEESSET ANNULO
HOC QVOQVE
MONUMENTUM EREXIT
PLACIDUS ANTISTES
MONASTERII.

Alterum est inscriptio Romana, in qua fit mentio *Coloniæ Aureliæ Antoninianæ Ovilabis* quamque Wolfgangus Lazius L.12.Comment.

 de

fictaque nomina de industria addiderit. *Quartò Xenocrates* Aphrodisiensis, quem Galenus A. C. 131. natus in Proëmio l. 10. de simpl. Med. Facult. avorum suorum tempore vixisse testatur, quemque l. 6. reprehendit partim tanquam compositorem Librorum suppositi-tiorum de Ægyptiacis, Babyloniis aliisque diversis peregrinis aut fictitiis herbarum nominibus, partim velut præ nimia curiositate etiam goëtiæ s. præstigiis deditum. *Quintò Sextius Niger*, quem Plinius l. 1. testatur licet Romanum Græcè tamen scripsisse & l. 32. c. 3. diligentissimus Medicinæ Autorem nuncupat. *Sexto Heraclides Tarentinus*, quem Galenus c. 1. l. 2. de Composs. Medic. per genera Mantiæ Hierophili discipulum fuisse, & ad ejus imitationem non pauca volumina de compositionibus complurium laudabilium medicamentorum conscripsisse refert, & l. 6. de Comp. Medic. secundum locos scribit eum ad Sectam Empiricam transiisse. *Septimo Mantias Hierophili* Sectator & jam memorati Heraclidæ Tarentini, qui præpostero ordine præcedit, in Arte Medica præceptor.

Tertium folium sistit septem alios antiquos Medicos depictos, sedentes tanquam in triclinio & de re Medica differentes hoc ordine. Scilicet, *primo* loco sedet *Claudius Galenus Pergamenus*, qui Seculi 2. post C. N. anno 31. na-

natus eodem desinente septuagesimum agens ætatis annum sub Imper. L. Septimio Severo obiit, & cujus, quod obiter monemus, nusquam accuratiorem & solidiorem reperimus notitiam, quam in duobus eruditissimis libellis veteris amici mei R. P. Philippi Labbei Soc. Jesu Presbyteri, quorum primo continetur Vita ipsius ex propriis operibus collecta, altero autem chronologicum ejusdem Elogium, qui 1660. Lutetiæ Parisiorum in 8vo. impressi sunt. *Secundo Cratevas* cognomine ὁ ῥιζοτόμος, s. *radicum sector*, qui Seculo ante C. N. V. floruit & ut eximius Artis herbariæ Magister ab ipso laudatur Hippocrate in Epistola ad eum scripta. *Tertio Apollonius* sive Pergamenus ille sive Memphita sit, neque enim ipse mecum hac in re satis consentio. *Quarto Andreas* ὁ Ἰατρὸς, s. Medicus, quem Galenus in proëmio L. 6. de Simpl. Medicam. Facultatibus vituperat tanquam qui *primus* Medicamentorum scientiam præstigiis & mendaciis inquinare ausus sit. *Quinto Dioscorides* non ille *Alexandrinus* cognomine Phacas, sive lenticularis Hierophili sectator & Medicinæ rationali addictus, qui Anazarbensi nostro fuit antiquior, nec ille cognomine *Glossographus*, qui parentum Galeni æqualis circa finem Imper. Trajani & prioribus quindecim Imper. Hadriani annis floruit, sed *Anazarbensis*,

 sis,

sis, qui secundum quosdam A. C. 64. secundum alios autem, quibus ipse accedo, Seculo I. ante C. N. sub duobus primis Romanorum Monarchis C. Julio Cæsare & Augusto vixit, uti patet ex Synchronismo Arei Philosophi, cui quinque libros suos de materia medica, quos ipsius hortatu conscripserat, totidem singularibus præfationibus dedicavit. *Sexto Nicander Colophonius* clarissimus non solum Medicus, verum etiam Historicus, Poëta & Grammaticus, qui Seculo ante C. N. II. sub Attalo 3. ultimo Pergameno rege floruit, & præter alia varia, quæ Svidas recenset, composuit etiam duo Poëmata etiamnunc extantia, quorum primum θηριακὰ sive de bestiis venenatis, alterum Ἀλεξιφαρμακὰ sive de remediis contra venena inscribitur, & quorum Græca & hactenus inedita prosaica paraphrasis, ab Eutecnio Sophista composita, extat in illo ipso, de quo nunc agitur, vetustissimo Codice MSto Dioscoridiano. *Septimo Rufus* Ephesius, qui Seculo post C. N. II. sub Impp. Trajano & Hadriano floruit, & scripta varia cum adhuc extantia tum etiam deperdita composuit.

Quarto folio continetur pictura quadrata, in cæruleo fundo repræsentans Dioscoridem sedentem in sella, & è regione ipsius fœminam stantem, quæ manu dextra Mandragoram nigram ipsi porrigit. Supra Dioscoridis caput scri-

[illegible] est [illegible], supra fœminam au-
tem Εὕρεσις, sive inventio. Inter Dioscori-
dem & inventionem jacet canis mortuus, &
recentiori manu supra memorati Johannis τοῦ
[illegible] subscriptum κύων ἀνασπῶν τὸν
[illegible] ἔπειτα ἀποθνήσκων h. e. *Canis
evellens Mandragoram & deinde moriens.* Ex
quo probaret vulgarem illam de Mandragora
fabulam, qua dicitur eam sine periculo
[illegible] non posse evelli, non heri demum vel
[illegible] ortam, sed minimum tam anti-
quam esse quam est Cæsareus hic Codex Dio-
scoridanus, cui jam memorata pictura infer-
[illegible]
[illegible] continet picturam qua-
[illegible], qua repræsentatur fœmina quædam
[illegible] manuque dextra Mandragoram nigram
tenens; supra cujus caput æquè ac in præce-
dente pictura scriptum legitur Εὕρεσις h. e. *in-
ventio.* A sinistro ejus latere sedet *Dioscori-
des* quidam Mandragoræ naturam & vim in
[illegible] genibus imposito describens, à
dextro autem pictor eandem depingens. Ubi
notandum imprimis est mos Veterum *scribendi
[illegible]*. Unde natum deinceps istud
[illegible] θεῶν ἐν γούνασι κεῖται *Deorum
[illegible] situm*, quod idem est ac si diceretur.
[illegible] incertum & ab eo dependere
[illegible] divinæ Libro in *Deorum*

quasi genibus sito, inscriptum est: Item istud Vetus Græcorum de re in alieno arbitrio posita proverbium: Ἐν πέντε κριτῶν γούνασι κεῖται, quod extat apud Zenobium Cent. 3. Parœm. 64. cum hac explicatione, quinque judices Comedias olim dijudicasse, & in genibus habuisse quæ nunc in tabulas referuntur.

Sexto folio continetur pictura repræsentans catenam auream vel funiculum aureum instar circuli & octogeni, ex duobus in eo quadratis, quæ se invicem intersecant, formati. Fundus picturæ cæruleus est, exceptis duorum quadratorum octo extremitatibus triangularibus, quæ sunt purpureæ. In medio octogeno sedet in throno aureo, duabus aquilinis suffulto, fœmina diademate regio, vestituque partim aureo, partim cæruleo, & calceis rubris instar Imperatricis Constantinopolitanæ exornata; à cujus sinistro latere cernitur φρόνησις sive *prudentia* tenens volumen, à dextro autem Μεγαλοψυχία sive Magnanimitas ostentans sinum nummis aureis repletum. Ante eandem stat Cupido alatus Principi in throno sedenti librum apertum offerens. Supra caput Cupidinis hæc scripta leguntur: πόθος τῆς σοφίας κτιστοῦ h. e. amor Sapientiæ creatoris. Sub Cupidine jacet fœmina albo amictu instar Sanctimonialis, sive Deo consecratæ Virginis vestita, & tam profunda genuflexione caput ad terram

incli-

inclinans, ut ejus frons pedi dextro Principis in throno sedentis respondeat. Juxta illam cernitur antiqua inscriptio Græca literis albis, sed longinquitate temporis adeo obscurata. Ut vix prima vox Εὐχαριστία sive Gratiarum actio amplius sit legibilis. Similiter altera longe magna inscriptio græca in interiori circulo [illegible] prorsus fere evanuit, quod profecto magnopere dolendum est. Ante pedes Principis in throno sedentis duo stant modii, [illegible] sine dubio annonaria, sive frumentaria liberalitas in pauperes innuitur. In octo autem triangularibus duplicis quadrati extremitatibus purpu[illegible] facto leguntur prægnantes literæ aureæ [illegible] A I A N A. Spatia deinde octo cærulea, quibus octo purpurea triangula & totidem aureæ literæ à se invicem separantur, exornata olim fuerunt elegantissimis imaginibus, ex quibus nunc injuria vetustatis [illegible] pauci aliquot nudi pueruli instar Angelorum vel Cupidinum amplius apparent, qui ædificando & pingendo occupati sunt, sed adeo obscure, ut quid plerisque locis agant, per[illegible] cognosci nequeat. Quod porro ad explicationem hujus picturæ attinet, persuasissimum mihi habeo Julianæ Aniciæ, quæ filia fuit [illegible] Flavii Anycii Olybrii, neptis vero [illegible] Valentiniani 3. ex filia Placidia, & Pronepti [illegible] Theodosii Junioris, magnanimita-

tem,

tem, prudentiam, Philomathiam, defensionem Concilii Chalcedonensis contra Eutychianos, liberalitatem frumentariam erga pauperes, & extructionem templi Beatiss. Dei genitricis eadem repræsentans; nec dubito, quin illius jussu ac liberalitate antiquissimus ille Dioscoridianus Codex descriptus, vivisque plantarum figuris exornatus sit; & quidem in usum alicujus Monasterii vel Xenodochii, vel Nosocomii, eamque rem per virginem Sanctimonialem, gratias agendi causa ad pedes ejus prostratam, significare. Quanquam enim Busbeckius scribit Codicem hunc non pluris quam centum ducatis esse emptum, res ipsa tamen manifestissimè demonstrat, si partim quidem Scripturæ ipsi, partim autem ornatui ejus & unicuique imagini plantarum & animalium, quæ ibi depicta sunt, exiguum duntaxat pretium mercedis loco assignetur, ne quingentorum quidem ducatorum sive mille Imperialium impensa talem Codicem nunc describi & adornari posse. Quod si vetustatis insuper debita habeatur ratio, quis negaverit Codicem istum longe majoris esse pretii? Quippe qui jam mille & centum sexaginta tres annos superat, si ab A. C. 505. in cujus Actis Theophanes Chronographus templi Beatissimæ Dei Genitricis à Juliana Anicia Constantinopoli extructi meminit, continua series temporum

usque

usque ad præsentem annum 1668. deducatur.

Septimo folio extat in fundo cæruleo intra coronam lauream inauratam majusculis literis aureis exaratus hic titulus; ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΠΕΔΑΝΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ ΠΕΡΙ ΒΟΤΑΝΩΝ ΚΑΙ ΡΙΖΩΝ ΚΑΙ ΧΥΛΙΣΜΑΤΩΝ ΣΥΝ ΦΥΛΛΩΝ ΤΕΚΑΙ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΑΡΞΩΜΕΘΑ ΤΟΙΝΥΝ ΑΚΟΛΟΥΘΩΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΛΦΑ: h. e. Hæc insunt, Pedanii Dioscoridis Anazarbensis de herbis & radicibus & succis & seminibus cum foliis simul ac medicamentis. Incipiamus ergo consequenter à litera A. Ubi notandum *primo* Dioscoridem in corruptis quibusdam Codicibus MStis & quibusdam impressis parum exacte vocari *Pedacium*, cum *Pedanius* potius dicendus sit. *Secundo* Dioscoridis Libros 5. de materia Medica non tantum non esse compositos ordine Alphabetico, verum etiam ipsum Dioscoridem in præf. L. I. eam de materia Medica scribendi Methodum summopere improbare. Adeoque necessario sequi 1.) Alphabeticam hanc plantarum descriptionem diversam esse à Dioscoridis Libris 5. de Materia Medica. 2.) eam non ab ipso Dioscoride compositam, sed tantum ex quinque ejus de Materia Medica libris esse collectam. *Octa-*

Octavo & *nono* folio continetur Index Alphabeticus plantarum, post indicem sequitur denuo Titulus supra memoratus; Atque huic succedit Descriptio plantarum, cui semper è regione respondet figura artificiosissime depicta. Præmissæ autem ferè ubivis contextui sunt variæ appellationes plantarum Græcæ, Romanæ, Persicæ, Ægyptiacæ, Hetruscæ, Hispanicæ, Gallicæ & Dacicæ; Et subnexa in locis multis antiquo majusculo charactere fragmenta Cratevæ & Galeni, ex quibus, quid de iisdem alter ante Dioscoridem, alter verò post eundem cognoscitur. Prima planta est *ἀείζωον τὸ μέγα* sive semper vivum magnum, ultima est *ὤκιμον* sive ocimum. Postea sequitur separata quædam quinque foliorum Appendix, de Chamæmelo, Rhamno, Artemisia, Pentadactylo, Verbenaca, Dictamno, Salvia, Cupresso, Centaurio, Bupthalmo, Pæonia, Polio, Moly, Marina quercu, Chrysanthemo, & Erysimo, quæ ex Pamphili Alexandrini Historia Herbarum procul dubio desumta est.

Continetur etiam eodem hoc Codice MS. antiqua Græca & hactenus inedita Eutecnii Sophistæ prosaica paraphrasis in Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, ut & in Oppiani Halieutica, sive Poëma de Piscatione, quod in quinque libros divisum etiamnunc integrum extat, & in ejusdem Ixeutica sive Poëma de Aucupio,

cupio, quod vel injuria temporis vel omninò periit, vel quasi deperditum alicubi forsan adhuc latitat. Sicut & ipsa hæc paraphrasis tam in principio, quam fine est mutila.

Extant præterea in Augustissima Bibliotheca Cæsarea, quatuor alii Codices MSti, qui adornandæ novæ editioni Dioscoridis possunt inservire, nec non XXVII. Editiones impressæ, & quamplurimi Scriptores, qui ejusdem de re Medica Libros, Versionibus, Annotationibus Castigationibus &c. illustrarunt.

CAPUT VIII.

De Bibliotheca Ambrasiana.

CUm Sacratissimo & potentissimo Imperatori Leopoldo in Itinere Oenipontano, adeundæ hæreditatis Teriolensis causa A. M. DC. LXV. à die 10. Septembr. usque ad XV. Novembr. prosperè peracto comes fuerim; juvabit succinctè enarrasse, quid in isthoc notaverim, & quam uberem fructum literarium Augustiss. Bibl. Cæsarea exinde perceperit. Scilicet pervenimus die 12. Sept. ad celeberrimum Austriæ inferioris Cænobium Benedictinum Melicense, cujus Historiæ concinnandæ sequentia monumenta inedita & adhuc in Aug. Bibl. Cæsarea extantia inservire possunt.

1.) *Hi-*

1.) *Historia martyrii & miraculorum S. Colomanni natione Scoti, qui A. C. 1012. in oppidulo Austriæ inferioris* Stockerau *olim Asturis vocato passus est, composita ab Erchinfrido tertio cœnobii Melicensis Abbate, qui eodem vixit tempore.*

2.) *Historia de B. Gothalmo, qui in Cœnobio Melicensi sepultus est, composita à Bernardo cognomine Dapifero Monacho Melicensi A. 1362.*

3.) *Historia de particula Ligni crucis, quæ in Cœnobio Melicensi adservatur, conscripta ab Anonymo quodam vel Abbate, vel Monacho ejusdem cœnobii.*

4.) *Historia fundationis Cœnobii Melicensis, composita ab Anonymo quodam vel Abbate vel Monacho ejusdem cœnobii.*

Die 14. Sept. ex inferiori Austria in superiorem transgressi urbem Anisiam intravimus, à qua non longe olim sita fuit celeberrima illa Norici Ripensis civitas Laureacum vel potius Lauriacum, quæ ab amniculo Laurone, vulgò der Lambach vel Lohrbach dicto appellationem indepta præfecti Legionis secundæ sedes fuit, & olim Colonia Augusta Laureacensis vocata est, quia Imp. Augusti jussu eò deducta fuit colonia. Atque de hac consulendi sunt præ cæteris Wiguleus Hundius in Metropoli Salisburgensi, Caspar Bruschius in duobus illis Libris,

bris, quos inſcripſit de Laureaco & Patavio Germanico, & Wolfgangus Lazius L. XII. Comment. de republ. Rom. in exteris provinciis conſtituta Sect. 7. c. 5. ubi in fine ejus capitis jam memoratum Caſparem Bruſchium, ſuppreſſo tamen nomine, accuſat plagii, quod ſuus de Laureaco Veteri tractatus ab illo clam ſibi ſurreptus & dolo malo editus ſit. Extant inſuper etiam in Aug. Bibl. Cæſarea varia antiqua monumenta MSta ad Hiſtoriam Laureacenſem pertinentia, & quidem præcipuè in tribus illis, quorum hic ſubjungo notitiam.

Primus Codex MStus eſt membranaceus in 4. & inter Hiſt. Latinos 147. continetque præter libros 4. à Carolo M. geſtis antiquum & hactenus ineditum Catalogum Archiepiſcoporum Laureacenſium & Epiſcoporum Patavienſium ſive Paſſavienſium ab A. C. 250. usque ad A. 1313. Sequuntur etiam deinceps aliæ quatuor ejus Catalogi Appendices, quarum *Prima* complectitur Catalogum Antiquorum Regum & Ducum Bavariæ ab A. C. 508. usque ad A. 1531. *Secunda* continet diſſertatiunculam de cauſa cur Hiſtoria Archiepiſcopatus Laureacenſis & Epiſcoporum ejus ſuffraganeorum adeò obſcura & mutila ſit. *Tertia* comprehendit deſcriptionem Patrimonii duorum Impp. Rom. Philipporum, patris nempe & filii, viginti duas complectens civitates,

quod Metropolitanæ Ecclesiæ Laureacensi ab illis donatum est. *Quarta* denique continet succinctam recensionem quantum emolumenti vel damni Archiepiscopatus Laureacensis & Episcopatus Passaviensis ab unoquoque suorum Præsulum perceperint.

Secundus Codex MSctus est membranaceus in 4. & inter Codices Theologicos latinos 180. continetque varias Summorum Pontificum aliorumque ad Archiepiscopatum Laureacensem pertinentes Epistolas.

Tertius Codex MSctus est chartaceus in f. unusque ex iis, qui nondum certis numeris notati sunt. Continet autem is à folio 335. usque ad folium 387. Historiam cujus titulus sive inscriptio hæc est: *Catalogus Archiepiscoporum Lauriacensium & Episcoporum Pataviensium, per N. Schreitwein collectus ad Fridericum 3. Romanorum Imperatorem.* Quam sequitur deinceps Appendix sive Continuatio ab A. C. 1477. usque ad A. 1514.

Die 17. Sept. accessimus ad celeberrimum Monasterium Lambacense vulgò *Lambach* dictum, ubi ego aliquantulum post discessum S. Cæsareæ Majestatis remanens ductu R. P. Prioris cum alia multa spectatu digna ibi contemplatus sum, tum imprimis duo quorum hic præ cæteris specialem mentionem faciendam esse censeo. Horum *primum* est Cenotaphium Adal-

Adalberonis, Comitis de Lambach, qui A. C. 1045. post S. Brunonem unanimi totius Capituli consensu Episcopus Herbipolensis electus & A. 1090. in jam memorato Lambacensi Monasterio, quod ipse fundaverat, obiit. Extat illud in medio templo ejus monasterii solo aliquot pedes eminens cum hac inscriptione

ADALBERONI
SANCTITATE ET SANGVINE
ILLUSTRI
HERBIPOLENSI EPISCOPO ET
COMITI DE LAMBACH
FUNDATORI HUJUS LOCI
MUNIFICO
POST SEX AB EJUS OBITU
SECULA ET CREBRA
MIRACULA
DUM SACRAM HANC ÆDEM
SENIO DEPRESSAM
FUNDITUS EXTRUXISSET
NE GEMMA DEESSET ANNULO
HOC QVOQVE
MONUMENTUM EREXIT
PLACIDUS ANTISTES
MONASTERII.

Alterum est inscriptio Romana, in qua fit mentio *Coloniæ Aureliæ Antoninianæ Ovilabis* quamque Wolfgangus Lazius L.12.Comment.

de republ. Rom. Sect. 7. c. 3. & 9. & rerum Viennensium l. 2. c. 2. tam corrupte & mendose publicavit, ut dubium profecto sit, utrum in ista edenda majorem negligentiam, levitatem & inconstantiam, an in eadem interpolanda & interpretanda temeritatem adhibuerit. Extat ea in oblongo marmore, quod in ipso Monasterio parieti insertum est, & ita se habet:

P. ÆL. FLAVI. DEC. ET. IIVIR. ET. FLAMINIS. AEL. CETIENSIUM. ITEM. DEC. E. IIVIR. E. PONTIFICIS COLONIÆ. AURELIÆ. ANTONINIANÆ. OVIL. TRIB. LEG. III. AUG. E. AELIÆ. P. FILIÆ. FLAVIANÆ. FILIÆ. EJUSDEM. E. ÆL. MANSVETI. PATRIS. EJUS. E. ORETIÆ. SISÆ. MATRIS. EX. PRECEPTO. EJUS. ORGETIA. URSA. PROPINQVA. IMPENDIO. HEREDIS. FIERI. INSTITUIT.

Ubi notandum 1.) falso tradere Lazium, fieri in hac Inscriptione mentionem Alæ *Equitum Romanorum*, quam apud *Cetienses* stationem suam habuisse asserit. 2.) errare Abrahamum Ortelium, dum in thesauro suo Geographico nomina propria locorum & populorum

rum recensens etiam *Alcetienses* inter illa collocat, eorumque mentionem fieri scribit in vetere lapide Lambachi in Austria; Etenim in marmore non legitur FLAMIN. ALCETIENSIUM, ut habet Lazius, nec ALCETIENSIUM ut Janus Gruterus p. 345. Inscript. sed FLAMINIS. ÆL. CETIENSIUM, h. e. secundum meam opinionem *Flaminis Æliani Cetiensium*, vel *Flaminis Ælianorum Cetiensium.* Refert quippe Spartianus in vita Imp. P. Ælii Hadriani filium ipsius adoptivum & successorem Imp. T. Aurelium Antoninum Pium in defuncti honorem & memoriam, non solum templum ei pro sepulchro extruxisse, verum etiam instituisse quinquennale certamen, & Flamines & sodales & multa alia, quæ ad honorem quasi Numinis pertinerent. Hujusmodi autem *Flamines* cognominati sunt *Æliani* vel *Hadrianales*, quemadmodum illi quibus ipse Imp. Antoninus Pius post mortem honoratus est, Antoniniani dicti sunt, teste Julio Capitolino in ejus Vita. Adeoque abbreviatum nomen Æl. vel est referendum ad præcedentem Genitivum *Flaminis*, ita ut significetur, *P. Ælium Flavum fuisse Decurionem & Duumvirum & Flaminem Ælianum sive Hadrianalem Coloniæ Æliæ Cetiensis*, vel certe referendum est illud ad sequentem genitivum *Cetiensium*, ita ut significe-

 tur,

tur eundem *P. Ælium Flavum fuisse Flaminem Collegii Sodalium Ælianorum Cetiensium.*

Die 21. Sept. urbem Saltzburgensem intravimus, quam olim *Coloniam Hadrianam Juvaviam* appellatam fuisse, suamque primam originem ad tempora Imp. Augusti referre certum est. Et ibi quidem in templo S. Sebastiani, ut jam pridem desideraveram, vidi Epitaphium & insignia celeberrimi Medici ac Chymici *Theophrasti Paracelsi* lapidi cuidam ad exteriorem jam memorati templi parietem erecto insculpta h. m.

CONDITUR HIC
PHILIPPUS THEOPHRASTUS
INSIGNIS MEDICINÆ DOCTOR
QVI
DIRA ILLA VULNERA
LEPRAM PODAGRAM
HYDROPISIM
ALIAQVE INSANABILIA
CORPORIS CONTAGIA
MIRIFICA ARTE SUSTULIT
AC
BONA SUA IN PAUPERES
DISTRIBUENDA COLLOCANDAQ.
HONORAVIT
ANNO M. DXLI. DIE XXIIII.
SEPTEMBR.
VITAM CUM MORTE
MUTAVIT

Spe-

Spectavi quoque ibidem in medio spatiosi cujusdam Cæmeterii elegantibus porticibus undique circumcincti, splendidissimum pretiosissimumque Sacellum, opere tessellato vel ut aliis vocatur Musivo, sive Musaico, mirificè adornatum & S. Archangelo Gabrieli specialiter dicatum, quod Archiepiscopus Saltzburgensis Wolfgangus Theodoricus de Raidenaw, qui A. C. 1587. electus est, ab anno 1597. usque ad a. 1600. ipse sibi vivus pro sepulchro extruxit. Pretiosissimam autem illam statuam æneam, quæ pro Antinoi ab Imp. Hadriano Adamati imagine à nonnullis est habita, quamque in castro Juvaviensi sive Salzburgensi olim fuisse adservatam certò constat, nec ipse, nec Cæsar, quem ex relatione mea ejusdem videndæ desiderium incesserat, usurpare oculis potuit.

Die 29. Sept. pervenimus ad pagum S. Johannis, mansioni proximæ noctis destinatum, atque tunc temporis valde celebrem propter puellam ætatis circiter 25. annorum, admirando hoc per aliquot jam annos laborantem affectu, ut omnibus diebus Veneris & Saturni continuè, reliquis autem diebus alternatim & per intervalla, omnis sensus expers toto corpore obrigeret, oculisque apertis & cum leni tantum aliquo motu convulsivo, in eodem jacere situ, quasi quædam statua, adeo ut ne acu qui-

dem puncta dolorem perciperet, nec brachia ab aliis elevata sponte sua labarent, sed monstroso rigore in eadem positura, firmè & stabiliter permanerent. Vidi ego illam eadem adhuc vespera, nec multo post ad S. Cæs. Majestatem ante cœnam clementissimè accersitus, debita fide indicavi, quo in statu ipsam reperissem & quid propria mater de ea narrasset; De cætero autem dixi me ἐπέχειν, & utrum affectus iste esset supernaturalis quædam ecstasis, vel veneficio illatum fascinum, an vero merè naturalis catalepsis, disceptandum & dijudicandum me relinquere doctissimis experientissimisque S. Majestatis suæ Medicis Cubiculariis Dn. Rumoldo von der Burg / Dn. Christiano Rechberg & Dn. Christiano de Pozzis, qui eandem puellam una mecum circumspectassent, quibusque de hujusmodi rebus ad professionem suam pertinentibus maximè oporteret credere. Fieri tamen obiter mentionem nonnullorum librorum, qui illustrando huic argumento possint inservire, inter quos, quantum etiamnunc recordor, præ cæteris fuere *Leonardi Vairi* Beneventani Ordinis S. Benedicti Canonici regularis & SS. Theol. Doctoris Libri tres de fascino Parisiis apud Nicolaum Chesneau A. 1583. in 4. editi; Item *Fortunii Liceti* Genuensis Philosophi & Medici in Academiis Pisana atque Patavina celeberrimi Libri 4. de his qui diu

vivunt

vixerunt sine alimento Patavii apud Petrum Bertellium A. 1612. in f. editi, ac demum Hieronymi Jordani Brunsvicensis Medic. Doct. & Physici Göttingensis Liber singularis περὶ τοῦ θείου sive de eo quod divinum & supernaturale est in morbis humani corporis ejusque curatione Francofurti ad Mœnum impensis Joh. Godofr. Schönwetteri in 4. editus.

Die 1. Octobr. perreximus Sebatum sive Sevatum, vulgò nunc dictum Schwatz, pagum ditissimis metallifodinis illustre, quæ A. C. 1448. sub Archiduce Sigismundo & hanc ob rem cognominato *Opulento* inventæ seculo superiore tanta ubertate excelluerunt, ut A. 1560. triginta ferè millia operariorum quotidie in iis laborarent.

Die 2. Octobr. introivimus in urbem Oenipontanam. Ubi missis iis, quæ spectavimus primum in templo Franciscanorum ab Imp. Ferdinando I. è quadrato saxo magnis impensis constructo & S. Cruci dicato, tum in celeberrimo Ordinis Præmonstratensis S. Nortberti Cænobio Veldidenensi bis mille circiter passus ab urbe in dextra Oeni ripa meridiem versus dissito, ac demum in famosissimo illo pariete S. Martini vulgo die Martins-Wand in quo Imp. Maximilianus I. nimis temeraria & imprudenti aviditate rupicapra insecutus in maximum & præsentissimum vitæ periculum

incidit; ea attingemus solummodo quæ nobis in Archiducalis Arcis Ambrasianæ perlustratione obvia fuerunt, & ad præsens hoc nostrum institutum pertinent. Atque huc spectant omnino duo Numismata argentea sibi invicem magnitudine & forma simillima, quæ tunc temporis in Technotheca Ambrasiana adservabantur, jam autem in Aug. Bibl. Cæsarea delitescunt, in quorum uno latere cernitur caput M. Tullii Ciceronis laureatum cum hac inscriptione: M. T. CICERO; in altero autem Minerva in sella dextraque manu imagunculam quandam tenens cum hac sub pedibus inscriptione: MINERVE. Et cum de genuina & incorrupta eorundem antiquitate vix quisquam in re antiquaria examinanda & dijudicanda vel mediocriter exercitatus jure dubitare possit, quoniam ne minimum quidem suppositititiæ fraudis in iis apparet: rarissima profecto & pretiosissima censenda sunt, utpote quorum à Fulvio Ursino, Abrahamo Gorlæo, Joh. Fabro, Jacobo de Strada, aliisque recentioribus numismatum Consularium diligentissimis indagatoribus nulla prorsus fit mentio. Explicabuntur illa posthac commodiori loco à me peculiari Dissertatione; jam autem hoc solummodo enarrabitur nos perlustrata quidem Technotheca cæterisque ejusdem Arcis admirandis, quæ in Hoplotheca sive Armamentario visun-

visuntur, bene consideratis, etiam quinque illas *columnas milliarias* spectasse, quibus tanquam pretiosissimis venerandæ antiquitatis reliquiis ipsa Arcis area exornata est, me vero hoc unum duntaxat à S. Cæsarea Majestate petiisse, ut mihi liceret Bibliothecam ejusdem Arcis à capite, ut ajunt, usque ad calcem liberè & exactè pervolvere, nec tantum Codices MSctos, quos tam ibi quam in duodecimo etiam technothecæ Armario (in dem zwölfften Kasten der Kunst-Cammer/genannt der Bücher-Kasten) ubi itidem multos latitare intellexeram, inventurus essem, verum etiam libros impressos, qui Aug. Bibl. Cæs. Vindobonensi viderentur deesse, à reliquis separare, ut hac ratione patesceret, quanto incremento jam memorata Augustiss. Bibliotheca per eorum accessionem posset locupletari. Quam sinceram & erudito Orbi fructuosam petitionem meam cum Cæsar non solum proprio ore lubentissimè approbasset, verum etiam clementissimum hunc consensum suum præfecto arcis Dn. Francisco Rulando per publicum decretum curasset indicari, aggressus sum sine mora utilissimum illud propositum & initium ejus feci die 12. Octobr. post meridiem, ordiendo à supra memorato duodecimo technothecæ armario, in quo quid ad rem maximè pertinens inveni pro Augustiss. Bibl. Cæsarea selegi. Atque hunc cœptum labo-

laborem insequentibus diebus subinde repetens & Bibliothecæ accuratam perlustrationem & novam ordinationem assidua & indefessa diligentia per integros decem dies continuans tandem aliquando post horam 7. vespertinam die XXIII. Octobr. laboriosissimo huic negotio felicem finem imposui. Postero die XXIV. Octobr. cum statim post prandium ad S. Cæsareæ Maj audientiam clementissimè admissus essem, fidelissima relatione indicavi totam Arcis Ambrasianæ Bibliothecam à capite usque ad calcem accuratissimè à me perlustratam constare in universum 6449 voluminibus; inter quæ MSćta essent 569. impressa autem 5880; Simul etiam demississime petii, ut jam memoratos Codices MSctos 569. una cum 14. itidem MSctis, quæ in technothecæ ejusdem Arcis armario duodecimo reperissem ut & 1489. volumina impressa, quæ ex supra memoratis 5880. voluminibus selegissem, liceret mihi transferre in Augustiss. Bibl. Cæsaream Vindobonensem, quippe quæ insigni hac bis mille & septuaginta duorum voluminum accessione non mediocriter posset locupletari. Cui petitioni meæ cum non solum annuisset Cæsar, verum etiam Arcis Ambrasianæ præfecto per publicum decretum curasset indicari, nec minori solicitudine cætera omnia ad liberam & securam & commodam tantæ multi-

tudi-

tudinis Librorum transportationem necessaria adminicula & subsidia providisset; discessit die XXVI. Octobr. me relicto, ut libris transportandis ipse adessem & eorum curam gererem. Contigit interea nempe XXIX. Octobr. ut forte se offerret occasio loquendi cum curatore Archiducalis Palatii Oenipontani vernacula lingua appellato der Hoff-Burg-Pfleger/ qui cum inter alia mentionem fecisset novæ cujusdam Bibliothecæ Archiducalis ab Ambrasiana tanquam antiqua diversæ & à duobus potissimum ultimis Archiducibus Ferdinando Carolo & Sigismundo Francisco comparatæ, quæ in jam memorato palatio intra ipsam urbem Oenipontanam adservaretur; vehementer profecto indolui, quod nullam ea de re ante S. Cæs. Majestatis discessum habuissem notitiam, ut etiam illam æque ac Ambrosianam potuissem pervolvere. Inspexi igitur eam obiter, quantum per duas circiter horas fieri potuit, reperique ibi magnam quidem optimorum omnis generis librorum multitudinem, aliquot mille voluminibus constantem, sed adeo confusam, adeoque negligenter magna ex parte cumulatim in nudo solo jacentem, ut tam iniqua tanti thesauri literarii conditio, non misericordiam tantum, sed & indignationem mihi moverit. Et certe si nova hæc Bibliotheca Archiducalis Oenipontana, æque

accu-

accurate ut Ambrosiana vetus, à me esset perlustrata, minime dubium est, quin Augustiss. Bibl. Cæsar. Vindobonensis pretiosissima variorum selectissimorum librorum accessione itidem potuisset augeri, quemadmodum beneficio Bibliothecæ Ambrasianæ locupletata est, utpote per quam ea incrementum cæpit 2058. partim MSctorum partim impressorum voluminum, quæ ego inde transtuli. Reliqui autem ibidem volumina impressa 4391. & ea quidem non confusa, uti à me inventa erant, sed summa, quantum per angustias temporis fieri potuit, eodem prorsus modo ordinata & disposita, uti Augustiss. Bibliotheca Cæsarea Vindobon. in sex primarias classes, nempe Theologicam, Juridicam, Medicam, Philosophicam, Historicam & Philologicam à me divisa est. Composuissem etiam libenter omnium eorum ibi relictorum librorum Catalogum; sed quo minus id facerem defectus necessarii temporis obstitit. Cæterum quod ad ipsam voluminum Ambrasianorum transportationem attinet, inclusi ea viginti duobus doliis Salinariis, quæ peculiari nomine Saltzpantzen appellantur, & sex cistis, curavique nonnullis curribus pervehi Halam, ubi tandem die 2. Nov. in navim illata, & die 12. Nov. à me Vindobonam devecta in Augustiss. Bibl. Cæsaream deportata sunt. Et ut clarius appareat, quam uberem fru-

fructum illa ex hoc itinere Oenipontano percepit, en tibi Lector, speciminis loco nonnullos Libros nominabo, quos inde Vindobonam huc mecum retuli. Scilicet

Biblia Sacra Veteris Testam. germanicè in membrana tribus volum. in folio Majori, quæ scripta sunt auspicio & sumtibus Wenceslai Imperatoris Rom. & Regis Bohemiæ, uti apparet ex Proëmio metrico in genesin, & tanta figurarum inauratarum contextui insertarum multitudine, adeoque eleganti magnifico & pretioso ornatu marginali decorata, & insignita sunt, ut absque singulari admiratione spectari nequeant.

Biblia Sacra V. & N. T. germanicè in membrana duobus volum. in folio, cum elegantibus figuris & ornatu marginali inaurato. In principio primi voluminis extant insignia gentilitia Mathiæ Eberler, cujus auspicio & sumtibus A. 1464. scripta sunt.

Psalterium Davidis membranaceum latinè in quarto, ut vocant, Majori cum Otfridi Monachi Wizanburgensis sive Weissenburgensis Ordinis S. Benedicti, antiqua Theotisca paraphrasi prosaica singulis cujusque Psalmi latinis versiculis subjuncta, quæ quidem hactenus nondum in lucem prodiit, dignissima tamen profecto est, cum propter antiquam Theotiscam sive Francicam Linguam Imp. Caroli M. avo usita-

usitatam, tum verò etiam ob ipsius argumenti & reconditæ doctrinæ præstantiam, ne diutius in tenebris latitet, sed beneficio Typographiæ quamprimum publicetur.

Psalterium germanicum membranaceum antiqvum in 4. una cum aliis variis V. & N. T. canticis sacris, Symbolo Athanasiano & Litania.

Psalterium germanicum chartaceum in f. cum Musica Ecclesiastica singulis Psalmis præfixa, & cum Appendice, quæ præter varia V. & N. T. Cantica Sacra etiam cæteros totius anni hymnos Ecclesiasticos è latina in Germanicam linguam translatos continet: Titulus Psalterii hic est: Hie hebt sich an der Psalter zu der Metten und Vespern und allen Tag-Zeiten zu den gemein Tägen durch das gantze Jahr. *Et scriptum est hoc opus A. 1477. auspicio & sumtibus Imp. Friderici V.*

Canticum Canticorum Salomonis latinè membranaceum in f. cum Willerami Abbatis Mersburgensis gemina paraphrasi, latina videlicet metro rythmica & Germanica veteri prosaica. Et apparet ex forma literarum aliisque variis circumstantiis scriptum esse hunc Codicem ipso Willerami ævo imo propria forsan ipsius manu & sine ulla controversia longe præferendum illi, ex quo Paulus Merula hoc opusculum Lugd. Bat. typis Platin. Christophori

Phori Raphelengii A. 1598. in 8. primus curavit imprimi. Tanta enim & tam multiplex inter Batavam illam editionem impressam & vetustissimum hunc Codicem MSctum est differentia, ut ad eam demonstrandam integra nova editione opus esse videatur.

Guilielmi Durandi J. U. D. & Episcopi Mimatensis in Gallia Aquitanica Rationale divinorum officiorum jussu gloriosiss. Ducis Austriæ Alberti 3. cognomine cum Trica ex latina Lingua in Germanicam translatum, ejusdemque sumtibus in membrana & quidem in folio, ut vocant, regali elegantissime descriptum & cum multarum imaginum inauratarum magnifico ornatu feliciter absolutum A. 1384.

Bonizonis Episcopi primum Sutrini postea autem Placentini, qui A. C. 1089. ob defensionem S. sedis Apostolicæ & libertatis Ecclesiasticæ à Placentinis schismaticis effossis oculis & omnibus ferè membris detruncatis crudelissimè occisus est, hactenus inedita Epitome omnium operum & Sententiarum S. Augustini, Paradisus Augustinianus inscripta & in Libros 8. divisa &c.

Johannis Tritthemii Spanheimensis primum deinde autem monasterii S. Jacobi in suburbio Herbipolensis Abbatis Liber VIII. Quæstionum ad gloriosiss. Imp. Maximilianum I. chartaceus in 8 & propria ipsius Tritthemii

M manu

manu exaratus, qui nec inter opera ejus Historica 1601. Francofurti edita nec inter opera ejus Spiritualia à R. P. Joh. Busæo Soc. Jesu Moguntiæ 1604. in f. impressa extat; sed tantum inter Paralipomena Opusculorum Petri Blesensis & Joh. Tritthemii à jam laudato P. Busæo Moguntiæ typis Balthasaris Lippii A. 1605. in 8. edita, ideoque ob raritatem suam minus est cognitus.

Volumen Germanicum in folio minori continens Libros duos antiqui juris Germanici sub Imp. Friderico 2. compositos, quorum prior inscribitur das Land-Recht-Buch/ *posterior autem* das Lehen-Buch. *Optima profectò nota est hic Codex & non vulgaris pretii, quippe quo vix alium ejus generis ullum vel antiquiorem vel magis authenticum reperiri existimo, quoniam eo inde ab Imp. Rudolphi I. temporibus usque ad Imp. Maximilianum I. plerique omnes Principes Austriæ propriis manibus atque oculis usi sunt. Impressi quidem sunt duo illi libri Argentorati typis Matthiæ Hupfuff. A. 1505. in f. sub hoc titulo:* Käyserlich und Königliche Land-und Lehn-Rechte nach gemeinen Sitten und Gebräuchen der Rechten/ *sed quam vitiosa & mutila sit illa editio, primo apparet intuitu, siquis eam cum præstantissimo hoc Codice MSCto Ambrasiano vel obiter contulerit. Similiter etiam inde videre*

licet,

licet, quantopere iidem duo Libri ab Eccone de Repkau in Speculo Juris Saxonici vulgo der Sachsen-Spiegel *dicto, & in Jure feudali Saxonico vulgò* das Sächsische Lehn-Recht *appellato, mutilati, corrupti & interpolati sint.*

Volumen Germanicum membranaceum in 4. ætatem præ se ferens 400. fere annorum, quo continetur Ecconis de Repkau sive uti ibi legitur EYKE VON RIBIKOUWE *Speculum juris Saxonici vulgò dictum* der Sachsen-Spiegel. *Rarissimum profectò & optimæ notæ est exemplar, qvippe quod Glossis illis, quæ vulgo solent addi, ibi autem omninò desunt, sine dubio est vetustius, & tam respectu antiquæ Germanicæ lingvæ & orthographiæ, quam ratione ipsius materiæ & divisionis ab omnibus Speculi Saxonici hactenus impressis editionibus adeo differt, ut ad differentiam hanc plenè indicandam integra prorsus nova editione opus sit.*

Stephani Cappelleri de Cappellen Phil. & Med. Doct. ad Serenissimum Archiducem Austriæ Maximilianum Ernestum Liber compositus & scriptus Posonii A. 1603. quo probare annititur; Theophrasti Paracelsi Medicinam esse veriorem, certiorem & probabiliorem quam Hippocratis, Galeni & Avicennæ. Chart. in 4.

Volumen membranaceum in 4. duabus constans tabulis, purpureis, aureis & argenteis literis exaratis, quarum una exhibet differentiam festorum Ecclesiasticorum totius anni, altera autem continet Ptolomæi regis Ægypti Præcepta bene vivendi & recte imperandi, latine.

Volumina tria chartacea in folio, quibus continentur picturæ antiquæ variorum instrumentorum bellicorum, aliarumque nonnullarum machinarum, quæ olim & quidem præcipue ante inventionem bombardarum in usu fuerunt, una cum versiculis quibusdam latino-barbaris in duobus prioribus voluminibus & cum lemmatibus Germanicis in tertio volumine, expositionis loco additis.

Volumen membranaceum pervetustum in quarto majori, literis Gothicis sive Toletanis, in Hispania olim præcipuè usitatis ante 800. circiter annos exaratum ab homine barbaro & Lat. linguæ imperitissimo, ideoque plurimis locis vix legibile & intelligibile, quo continetur Anonymi cujusdam Autoris, quem ego Fredegarium esse arbitror, Chronicon, hactenus, quod sciam, ineditum à creatione Mundi, usque ad tempora Imp. Justiniani 2. sive Magni & mortem Belisarii pertingens.

Volumen membranaceum in quarto Majori, ante 300. circiter annos, ut ex Scriptura mani-

manifestè apparet, exaratum, quo continetur Martini Poloni Monachi Dominicani, qui A. 1278. à Papa Nicolaò 3. Archiepiscopus Gnesnensis creatus est, & eodem anno decessit, Chronicon Pontificum & Imperatorum Romanorum, quod, ut ipse in præfatione testatur, perduxit inclusive usque ad Papam Johannem XXI. qui A. 1277. obiit. Adeoque abest ab hoc codice fabula de Johanna Papissa, quæ & in quatuor aliis MSčtis Martini Poloni Chronicis in Augustiss. Bibliotheca Cæs. reperiundis exulat.

Volumen chartaceum in f. quo continetur Joh. Griesberren Historia, f. ut ipse conscripsit congestum Virorum illustrium Ordinis S. Benedicti, hactenus, quod sciam, inedita.

Volumen membranaceum in quarto Majori ante mille & aliquot centum annos totum majusculis literis & quidem antiquissimo more sine ulla singularum vocum distinctione exaratum, eamque ob rem etiam doctissimis & in Veterum Codicum MSčtorum tractatione exercitatissimis Viris lectu difficillimum, quo continentur Historiæ Romanæ TITI LIVII *Libri quinque, qui propter aliorum olim sequentium defectum nunc sunt ultimi, nempe 41. 42. 43. 44. 45. Est autem hoc ipsum authenticum exemplar MSčtum, ex quo Simon Grynæus jam memoratos quinque Libros A. 1531. Ba-*

M 3 *silea*

filea typis Frobenianis primus in lucem edidit.

Volumen ingens Germanicum chartaceum in f. qvo continetur Historia vitæ & rerum gestarum Imp. Friderici V. & Imp. Maximiliani I. ab ipso Imp. Maximiliano I. prosa oratione composita & à Secretario ejus Marco Treitz Saurweinab Erentreitz pure descripta atque elegantissimis imaginibus ligno insculptis exornata.

Volumen Germanicum chartaceum in f. quo continetur

1.) Descriptio triumphi quem Imp. Maximilianus I. in honorem & memoriam rerum à se gestarum haberi voluit.

2.) Descriptio triplicis arcus triumphalis quem Maxim. I. erigi voluit in memoriam suæ pietatis & sacrarum suarum fundationum.

3.) Catalogus cognatorum & affinium Imp. Maximiliani I. secundum gradus cognationis & affinitatis.

4.) Catalogus Imperatorum & regum qui bene imperarunt.

5.) Catalogus urbium, quas Imp. Maxim. I. in Belgio, Burgundia, Austria inferiori, Italia Goricia & Carniola armis oppugnavit.

6.) Catalogus Exercitiorum aliquot equestrium. Imp. Maxim. I.

7. Ca-

7.) *Catalogus librorum ab ipso Imp. Maximiliano I. compositorum. Extat autem is ibi hoc modo*

Vermerckt die Bücher, die Käyser Maximilian selbst gemacht hat:

Grab; Ehrenporten; Weise König; Teurdanck; Freydanck; Triumffwagen; Stam-Cronick; der Stam; Artalerey; die Siben Lustgezirck; Wapenpuech; Staetpuech; Platnerey; Jägerey; Valcknerey; Kücherey; Kellnerey; Vischerey; Gartnerey; Baumeisterey; Moralitet; Andacht; Sant-Jörgen.

8.) *Imp. Maximiliani I. Inventa quædam Artis gladiatoriæ.*

9.) *Ejusdem Annotationes quædam miscellanea.*

CAPUT IX.

De Bibliotheca Budensi.

ACceperat Sacratiss. Imperator Anno 1665 die 24. Nov. literas Constantinopoli die 3 Nov. datas à Legato suo Dn. Walthero Comite Leslæo, quibus inter alia significaverat, denuo spem sibi factam esse de Bibliotheca Budensi; Ac licet ipse huic promissioni fidem non haberet, utile tamen sibi videri ut S.C.Majestas me sibi obviam mitteret Budam ne in seligendis libris committeretur error, si forte

nonnullorum impetrandorum copia fieret. Quod cum & ipsi Imp. probaretur, ego A. 1665. die 25. Febr. liberalissimo viatico & efficacissimis literis commendatitiis instructus Vindobona egressus & die 3. Martii Budam navi delatus sum. Atque ibi post mille ambages Vezirius Turcarum tandem promisit Legato Cæsareo se permissurum, ut ipse cum aliis duabus personis, quas secum adducturus esset in cryptam illam sive cellam subterraneam intromitteretur, in qua Bibliothecæ Corvinianæ reliquiæ adservarentur. Quo accepto responso Dn. Legatus vicem suam fratris sui filio Dn. Comiti Jacobo Leslæo demandans præcepit, ut is die 10. Martii & quidem summo mane, ne reliquo Legationis comitatui quidquam innotesceret, cum me & interprete Dn. Wogino se conferret in arcem Budensem & an Turcæ tandem aliquando nunc servaturi essent fidem ultimum experiretur. Quo secundum præscriptum ordinem fideliter facto invenimus duodecim circiter vel quindecim Turcas in atrio Palatii Corviniani nos præstolantes; à quibus cum satis officiose essemus excepti, referata sine mora est supra memorata crypta, descendimusque in eam dextram versus, per scalam lapideam viginti circiter graduum. Lumen autem subministrabat unica tantum fenestra semicircularis satis magna, quæ in aversa parte colloca-

ta,

ta,respondebat januæ. In hac igitur crypta, tanquam cyclopico quodam antro, invenimus quidem illum celeberrimum & ab omnibus eruditis tamdiu tamque vehementer desideratum Bibliothecæ Corvinianæ thesaurum, sed nec famæ nec exspectationi respondentem. Constabat enim is in universum *trecentis* circiter vel summùm *quadringentis* libris, cumulatim in terra jacentibus & pulverulento situ ac squalore adeo coopertis, ut nullum ejus generis vel fœdius vel miserabilius spectaculum unquam viderim. Postquam autem nonnullos hinc inde arreptos & ex fœtore protractos aperuimus, statim apparuit plerosque eorum esse impressos & exigui aut nullius ferè pretii. Neque vero dubitandum est, quin ipsos Turcas arcani hujus detecti puduerit, nec alia fuerit gravior causa, cur iidem in concedenda istius loci licentia adeò se præbuerint difficiles. Cæterum ne labor noster, camerinæ illi movendæ impensus omni prorsus careret compensatione, haud gravatim nobis permissum est, ut ex paucis codicibus MSctis, quos impressis libris permixtos obiter inspexeramus, seligeremus tres, & ad perpetuam rei memoriam nobiscum auferremus. *Primus* ergo eorum Codicum, quos dono accepimus, erat membranaceus in quarto ut vocant, majori, continebatque *S. Gregorii Nazianzeni Sermo-*

nes Apologeticos novem è Græca in Latinam Linguam translatos; *Secundus* erat membranaceus in folio continebatque *S. Augustini Sermones* de Verbis Domini; *Tertius* denique erat chartaceus in quarto continebatque *Johannis Episcopi Quinqueccleſienſis*, qui tempore regis Hungariæ Mathiæ Corvini claruit, *Poëmata* quædam *latina miſcellanea.* Cum his ergo tribus libris revertimus ad Excellentiſſ Dn. Legatum, & quomodo demandatum nobis negotium ſucceſſiſſet, ipſa jam memorati ſpeciminis exhibitione, indicavimus. Quo facto ſubſtiti Budæ integrum adhuc triduum & poſtea die 23. Martii Vindobonam reverſus & à S. Cæſ. Maj. ad audientiam clementiſſimè admiſſus itineris peracti ſucceſſum prolixe retuli; Feci quoque corollarii loco mentionem ampliſſimi iſtius incrementi, quo Aug. Bibl. Cæſ. Vindobonenſis jam ſuperiori Seculo aucta eſt, beneficio multorum tam Græcorum quam Latinorum Codicum MSctorum, qui ex eadem ſupra memorata regis Mathiæ Corvini Bibliotheca Budenſi in illam translati ſunt.



PE-

PETRI LAMBECII
HAMBURGENSIS,
LIBER TERTIUS
DE
AUGUSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

continens

Enumerationem CENTUM Codicum MSctorum Theologicorum Græcorum in bibliotheca jam dicta extantium.

Et quidem

I. SS. Bibliorum à n. 1. - - 38. videlicet
α) V. T. à n. 1. - - 27.
β) N. T. à. n. 28. - - 38.
II. Commentatorum à n. 39 - 48.
III. SS. Patrum à Sec. I. usque ad Sec. IV. à. n. 49. - - 100.

I.

PRimus Codex MSctus Theologicus Græcus est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in folio, constatque foliis 623. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continētur eo *Biblia Sacra V. & N. T.* cum antiquis Annotationibus marginalibus;
Sed

Sed in principio deest unum folium usque ad capitis 2. Gen. v. 21. Et Apocalypsis in fine est mutila inde à. v. 7. c. 20.

II.

Secundus Codex MSctus Theologicus est antiquissimus membranaceus purpureus aureis & argenteis literis majusculis ante 1300. annos exaratus constatque foliis 26. Quorum 24. *prioribus* continentur *fragmenta Geneseos* sive Libri I. Hist. Mosaicæ exornata 48. æque vetustis picturis, quarum beneficio cum aliæ variæ antiquitates tam sacræ quam profanæ, tum imprimis Romæ subterraneæ imagines & magna pars rei vestiariæ, apud diversas gentes antiquitus usitatæ, plurimum possunt illustrari: *posterioribus* duobus autem habetur 1.) fragmentum capitis 24. Evangelii S. Lucæ à v. 13. usque ad v. 21. 2.) fragmentum ejusdem capitis 24. Evangelii S. Lucæ à v. 39. usque ad v. 49. Et est hic Codex dubio procul unus ex iis SS. codicibus, quos S. Hieronymus in præfatione in Libr. Jobi appellat *veteres Libros, & in membranis purpureis auro argentoque uncialibus literis pulchrè quidem, sed non satis emendate refert fuisse descriptos*; Quippe c 24. Evang. Lucæ v. 13. ubi vulgo nunc rectè legitur castellum Emmaus à Jerusalem fuisse dissitum σαδίες ἑξήκοντα perperam hic extat σαδίες ἑκατὸν ἑξήκοντα. Et ille ipse cujus manu

manu Codex hic olim exaratus est, videtur agnovisse hunc errorem; Siquidem singulis vocis ἑκατὸν literis singula superne imposuit argentea puncta, ut hac ratione significaret simul ac proderet totam illam vocem delendam esse tanquam superfluam. Cæterum notandum insimul 1.) Scripturam jam memoratorum fragmentorum simillimam quidem esse Scripturæ vetustissimi Codicis Dioscoridiani, de quo l. 2. Comment. c. 7. satis prolixe egi, sed lectu longe difficiliorem propter literas longinquitate temporis partim obscuratas, partim misere exesas, & ob pellucentem aversæ paginæ Scripturam vix amplius cognoscibiles. 2.) picturas quæ singulis fragmentis subjunctæ sunt ejus esse generis, quæ vulgò appellantur Miniaturæ, earumque colores non oleo, sed aqua gummique esse temperatos. 3.) fragmenta ista Geneseos ex Græca versione 70 Interpretum desumta esse, nonnullis tamen locis, quædam, ut ad rem minus pertinentia consultò omissa, & novæ connexionis causa paululum mutata esse. Quamobrem operæ pretium fuerit, si quis omnia illa fragmenta MSta quam diligentissimè conferat cum versione τῶν ο quæ cum sæpe alias tum præsertim autoritate Sixti V. Romæ A. 1588. græce & studio Johannis Morini Blesensis Lutetiæ Paris. A. 1628. græce & latine in folio impressa est.

III. *Ter-*

III.

Tertius Codex MStus Theologicus Græcus est membranaceus antiquus optimæ notæ in f. constatque foliis 143. & ad V. Cl. *Sebastianum Teugnagelium* olim pertinuit. Continentur autem eo 1.) *Pentateuchus*, Liber Josuæ, Judicum & Ruth cum antiquis græcis Annotationibus marginalibus. 2.) *fragmentum* aliquod ex S. Athanasii Episcopi Alexandrini Synopsi SS. desumtum, quo de 7. diversis V. T. interpretationibus & editionibus Græcis agitur, quodque ab editionibus impressis non parum discrepat. 3.) *Alia duo fragmenta* ejusdem Synopseos hactenus non edita, quorum *primo* agitur de undecim præcipuè clavibus Ebræorum, *Secundo* de decem nominibus Dei.

IV.

Quartus Codex MStus Theologicus Græcus est chartaceus antiquus & bonæ notæ in folio Majori constatque foliis 132. & ad V. Cl. *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo *Genesis cum amplissimo Doctissimoque Commentario*, qui ab *Anonymo* quodam Autore collectus est, ex variis pervetustis Autoribus, quorum Nomina ibidem in margine adscripta sunt, quique omnes floruerunt prioribus Quinque post C. N. Seculis.

V.

Quintus Codex MStus Theologicus Græ-

Græcus est chartaceus mediocriter antiquus in fol. min. constatque foliis 232. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Libri 4. Regum* à L. 1. usque ad v. 8. c. 25. l. 4. Et contextui Sacro frequentibus incisionibus interrupto membratim subjuncta est anonymi cujusdam Autoris *Expositio*, quam Seb. Tengnagelius *Theodoreti* Episcopi Cyrensis esse credidit. In fine autem Expositionis l. 2. Reg. extant Epistolæ duæ S. Dionysii Archi-Episcopi Alexandrini, hactenus, quod sciam, ineditæ.

VI.

Sextus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 209. & ab *Aug. Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur autem eodem præter indicem generalem & præmonitionem Autoris *Anonymi* de S. Bibliorum ex Hebraico in Græcum translatorum obscuritate ejusque causis, *Liber Jobi, Proverbiorum Salomonis & Ecclesiastis cum Commentario* Marginali & Canticum Canticorum Sapientia Salomonis & Sapientia Jesu filii Syrach sine Commentario marginali.

VII.

Septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus optimæ notæ & nonnullis locis literis aureis exaratus, constatque 166. foliis

foliis (ex quibus tamen 22. nunc desunt scilicet à 31. usque ad 53.) & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur autem eodem Liber Jobi, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes & Canticum Canticorum cum Commentario Marginali ex variis antiquis Scriptoribus Ecclesiasticis collecto, Nec non Sapientia Salomonis item Psalmi Salomonis 18. supposititii & Sapientia Jesu filii Sirach sine Commentario marginali.

VIII.

Octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. & constat 87. foliis, continetque 1.) Librum Jobi sine ulla divisione in capita. 2.) Proverbia Salomonis in duas classes divisa, quarum prior à c. 1. usque ad 24. posterior à c. 25. ad finem progreditur. 3.) Canticum Canticorum in partes 15. divisum, quæ *λόγοι* vocantur. 4) Ecclesiasten cum antiquis cujusdam Anonymi autoris Ἑ*ρμηνείᾳ τῷ κειμένῳ* immixta.

IX.

Nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 131. & ab Aug. Busbeckio comparatus Constantinopoli; continetur autem eo 1. Liber Jobi cum annotationibus nonnullis marginalibus 2.) Cosmæ cognomine τοῦ ἰνδικοπλεύστου sive navigatoris Indici Dissertationem hactenus ineditam,

editam, qua probare annititur *Cælum non esse rotundum, sed eam opinionem adversari naturæ rerum & ipsi SS. nec ullos esse antipodas.* 3) Anonymi excerpta Theologica. 4) Aristotelis Libros Topicorum, de Sophisticis Elenchis & Analytica priora.

X.

Decimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus optimæ notæ in fol. constatque foliis 276. & à Busbeckio Constantinopoli est comparatus. Continetur autem eo Psalterium totum una cum amplissima Catena sive Commentario ex SS. Patr. aliisque Script. Eccles. Græcis antiquis collecto. Et est hic codex unus, & quidem præcipuus illorum quinque, ex quibus R. P. Balthasar Corderius, Soc. Jesu Theologus magnam illam expositionem Patrum Græcorum in Psalmos in 3. Tomos divisam collegit, quæ An. 1643. & 1646. Antwerpiæ typis Plantinianis Balth. Moreti Græcè & Latinè impressa est.

XI.

Undecimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus pervetustus & optimæ notæ in fol. sed valde ruinosus, & tam in principio quam fine mutilus, constatque 243. foliis & ab Aug. Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo Commentarius amplissimus non solum in totum Psalterium; verum

N etiam

etiam in Cantica duo Mosis Exod. 15. & Deut. 32. Item in Canticum Hannæ I. 1. Reg. c. 2. Habacuc c. 3. Esaiæ c. 26. v. 19. Jonæ c. 2. trium puerorum Dan. c. 3. Mariæ Luc. 1. Zachariæ l. c. Et animadvertit R. P. Balthasar Corderius, qui hoc codice ad contexendam Patrum Græcorum expositionem in Psalmos usus est, beneficio aliorum MSctorum Bibliothecæ Vaticanæ & Barberinianæ autorem hujus operis esse Theodorum Heracleæ in Thracia Episcopum, cujus S. Hieronymus in Libro de S. E. c. 90. meminit.

XII.

Duodecimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4to. constatque foliis 335. & ab Aug. Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo Catena in Psalterium ex variorum S. Patrum aliorumque S. E. Græcorum operibus collecta & exarata manu Eustathii Clerici Magnæ Ecclesiæ f. Templi S. Sophiæ. Et hic est quartus illorum quinque Codicum MSctorum August. Bibl. Cæsareæ, quibus R. P. Balth. Corderius ad contexendum opus prædictum usus est.

XIII.

Decimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. constatque foliis 219. & ab Aug. Busbeckio olim fuit

fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo Psalterium à Psalmi 39. v. 3. usque ad finem Psalmi 149. una cum anonymi cujusdam Comment. marginali. Et hic est quintus Codex Aug. Bibl. Cæs. quo Corderius ad opus prædictum absolvendum usus est.

XIV.

Decimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus bonæ notæ in fol. constatque foliis 332. & ad V. Cl. Seb. Tengnagelium olim pertinuit. Continetur eo Catena s. Commentarius in Psalterium à Ps. 1. usque ad 78. collectus ex operibus variorum SS. Patrum aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum Græcorum. Et dubium non est, quin Corderii expositio Patrum Gr. in Psalmos beneficio hujus Codicis, utpote cujus ope is caruit, non contemnendo Spicilegio possit augeri.

XV.

Decimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus in 4to. scriptus A. C. 1234. nunc vero mutilus tam in principio quam fine, constat foliis 279. & olim ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continetur eo *Comment. in Psalterium à Ps. 5. usque ad ultimum* nec non in Cantica Sacra Mosis, Hannæ, Habacuc, &c. collectus ex operibus SS. Patrum aliorumque S. E. Græcorum, à *Niceta Heracleensi*, ut Sambucus

bucus existimavit, & plane persvasum mihi est *Corderii* opus sæpe memoratum etiam hujus codicis, utpote ab illo non visi, beneficio posse augeri.

XVI.

Decimus sextus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 8. constatque nunc 290. foliis. Continetur eo *Psalterium à Psalmi 9. v. 17. usque ad Psalmum ultimum.* Et non tantum singulis versibus subjuncta est brevis quædam Expositio, quæ *Origeni* tribuitur; sed & is, qui hunc Codicem exaravit, diserte vocatur *Protopsaltes Ecclesiæ Cretensis.* Nec dubium est, quin & ejus beneficio Corderianum opus sæpe dictum possit augeri & illustrari.

XVII.

Decimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4to. constatque foliis 172. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Psalterium à Psalmo 1. usque ad 50.* cum brevi quadam expositione singulis versibus subjuncta, quæ ab *Antonio Carafa* è Græca in LL. primum conversa & Patavii 1564. est edita, quanquam non ex hoc codice, utpote quo nec ipse nec *Corderius* usus est. Desunt autem prima decem & quatuor ultima folia, atque in eorum locum substituta sunt chartacea ab

inepto

inepto quodam Græculo, cujus imperitia apparet statim ex hoc titulo: Ἀκύλα καὶ Συμμάχου καὶ ἑτέρων πατέρων Ἐξήγησις εἰς τοὺς Ψαλμοὺς, quasi vero *Aquila* & *Symmachus* Patres Ecclesiæ Christi fuerint, quos certo constat Judæos extitisse.

XVIII.

Decimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4to. sed tam in principio quam fine mutilus constatque nunc 172. foliis. Continetur eo *Psalterium à Psalmi 7. v. 10. usque ad Psalmi 100. v. 12.* Et subjuncta est singulis versibus *Anonymi* cujusdam Autoris brevis quidem, sed docta expositio, quam non vidit à R. P. *Corderius*.

XIX.

Decimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus & optimæ notæ in 4to. constatque foliis 209. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Tria diversa proœmia*, 2) *Psalterium* secundum pervetustam Ecclesiæ Græcæ consvetudinem divisum in 20. Sectiones, quæ vocantur Καθίσματα, s. Sessiones & certum numerum Psalmorum cum subjunctis aliis quibusdam lectionibus ac precibus sacris continent, de quibus videri potest Theodorus Balsamon in Explic. Can. 17. Concilii Laodiceni, Joh.

 Meur-

Meursius in Glossario Græco-barbaro voce Καθισμα Leo Allatius in Opusc. de Libris Eccles. Gr. 3) *alia quædam Cantica* Sacra V. & N. T. 4) *Canon Paschalis* annorum 48. intra totidem circulos eleganter sed valde abbreviate exaratus, nempe ab A. C. 1163. usque ad annum 1210. quo Codex hic præstantissimus scriptus est. 5) *Hypotheses s. Argumenta* omnium Psalmorum. 6) *alia quædam appendicis* loco subnexa.

XX.

Vigesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus elegantissimus in 12. magnaque ex parte *aureis literis* scriptus & nonnullis æque vetustis picturis pulchre exornatus, constatque 265. foliis, & ad celeberrimam urbis Coloniensis Ecclesiam S. Gereoni martyri dicatam olim pertinuit. Continetur autem eo 1) *Imago S. Gereonis*, qui A. C. 297. pro vera pietate occubuit. 2) *Canon Paschalis* ab A. C. 1077. usque ad annum 1120. quo hic Codex scriptus est. 3) *Proëmia duo in* Psalterium Davidicum. 4) *Imago Mariæ* virginis cum inscriptione ΜΡ ΘΥ i. e. Mater Dei. 5) *Oratio Dominica* & oratio J. C. *quatuor* clavis cruci affixi. 6) *Symbolum Nicenum* & imago regis Davidis. 7) *Psalterium Davidicum* cum subjunctis Canticis Sacris diversorum Autorum, ut Mosis, Hannæ, &c.

XXI.

XXI.

Vigesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. constatque foliis 171. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Psalterium Davidicum*, cui in fine annexa sunt *varia Cantica* Sacra, ut Mosis, Hannæ &c. quæ omnia scripta sunt à quodam *Ecclesiæ Methonensis* alumno.

XXII.

Vigesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. constatque foliis 189. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Psalterium Davidicum*, cui in fine annexa sunt eadem illa V. & N. T. Cantica Sacra, quæ etiam extant in Codice præcedente 21.

XXIII.

Vigesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. constatque 270. foliis. Continetur eo *Psalterium Davidicum* cum adjuncta versione latina usque ad Psalmum XI. & cum subjunctis iisdem Canticis Sacris, quæ extant in Codicibus præcedentibus.

XXIV.

Vigesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus elegantissimus in 8. constatque foliis 86. & ad *Seb. Tengnagelium*

 olim

olim pertinuit. Continetur eo *Psalterium Davidicum*, minutissimis literis græcis scriptum, cui respondet versio latina è regione apposita, in fine autem extant reliqua prædicta V. & N.T. Cantica Sacra.

XXV.

Vigesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4to. constatque 232. foliis. Et continentur in eo 1) *Proverbia Salomonis.* 2) *Imp. Constantinopolitani Basilii Macedonis capita commonitoria* 65. ad filium Imp. Leonem cognomine Philosophum, quæ *Bernhardus Damke* Hamburgensis 1633. Basileæ Gr. & Lat. edidit & eruditissimis notis illustravit. 3) *Sententiæ miscellanea*, partim ex SS. partim ex S. Patribus, aliisque S. E. partim ex Autoribus profanis desumtæ. 4) *Joh. Zonaræ* ex aulæ Imperialis Constantinop. Magno Drungario Vigiliæ & Proto Secretario Asceta f. Monachi, & Nicetæ Metropolitæ Thessalonicensis *expositio Canonum* f. Canticorum Ecclesiasticorum *S. Johannis Damasceni.* 5) *Anonymi* cujusdam Autoris Epitome Historiæ Sacræ V. T.

XXVI.

Vigesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in fol. constatque foliis 329. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur autem

in

in eo Proverbia Salomonis & Esaias propheta cum amplissima Catena f. Commentario ex variorum S. Patrum aliorumque veterum Scriptorum Ecclesi. Operibus collecto à *Johanne* quodam Presbytero, & exarato circa annum Christi 1241.

XXVII.

Vigesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus in 4to. vetustate mutilus & multis locis illegibilis, constatque foliis 97. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur autem eo *Fragmentum Esaiæ* & Psalmi novem priores cum Commentario amplissimo, quo R. P. Corderius in contexenda Patrum Gr. expositione in Psalmos quondam caruit.

XXVIII.

Vigesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 318 & ad *Andream Contrarium vel Cantorarium potius* pertinuit olim, cujus insignia gentilitia primo ejus folio depicta sunt. Continetur eo *N. T. cum* recensione Argumenti & capitum cujusque Libri, & cum indice omnium lectionum Sacrarum totius anni, nec non imaginibus Evangelistarum & App. Petri & Pauli more antiquo in superficie aurea coloribus aqua gummita temperatis satis eleganter pictis.

XXIX.

Vigesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4to. constatque foliis 300. & ad celeberrimam Regis Hungariæ *Mathiæ Corvini* Bibliothecam Budensem olim pertinuit. Continentur eo Quatuor Evangelia incredibili elegantia magnaque ex *parte aureis literis* scripta, nec solum imaginibus IV. Evangelistarum, sed & aliis multis minutis picturis Historias Evangelicas repræsentantibus exornata. Et quod caput rei est unicuique Evangelio commentarius amplissimus & istiusmodi in margine est additus, qui dignissimus omnino, ut totus, quemadmodum ibi extat, publicetur. Certum enim est R. R. P. P. *Balthasarem Corderium & Petrum Possinum*, Doctiss. Soc. Jesu Theologos, qui catenas Patrum Græcorum in Evangelistas summo studio collegerunt ac ediderunt, insignem hunc Codicem Cæsareum non vidisse. Et dignum sane observatione est ad c. 6. v. 13. Mathæi notatum esse, clausulam Orationis Dominicæ: *Quia tuum est regnum & potentia* &c. quæ ab antiqua vulgata versione latina abest, etiam in græcis quibusdam N. T. vetustissimis exemplaribus MSctis non reperiri. Sicut nec istud silentio est prætereundum, extare in eodem Codice ante initium Evangelii S. Lucæ fragmentum aliquod singulare &

re & lectu dignissimum de genealogia Christi & Mariæ ex *Hippolyti Thebani* opere Chronologico desumtum, quod à Nicephori Callisthi, Joh. Sambuci, & Henrici Canisii editionibus impressis non solum quadantenus discrepat, verum etiam aliquanto est auctius.

XXX.

Trigesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4to. constatque foliis 326. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur autem eo *quatuor Evangelia* elegantissime scripta, & IV. Evangelistarum imaginibus, more antiquo in superficie aurea depictis, non tralatitiè exornata. Quibus etiam in hoc codice æque ac in præcedente præfixi sunt *Eusebii Pamphili* Episcopi Cæsariensis, Canones decem de consonantia IV. Evangelistarum, una cum Epistola ejusdem ad Carpianum.

XXXI.

Trigesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4to. constatque 188. foliis. Continentur eo *Quatuor Evangelia* tanto studio scripta, ut in fine cujusque Evangelii non tantum annotatum sit, quot στίχοι, sive versus unumquodque comprehendat, verum etiam quot ῥήματα sive verba. Præfixi etiam iisdem sunt *Canones*

Eu-

Eusebiani, cum Epistola ad Carpianum & Calendarium Ecclesiæ Constantinop. quo recensentur lectiones Evangelicæ singulis cujusque mensis diebus assignatæ una cum nominibus Sanctorum, quorum memoria quotannis celebratur.

XXXII.

Trigesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 8vo. constatque foliis 232. & ad *Johannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *IV Evangelia* eleganter scripta, sed absque Canonibus Eusebianis & ullo Commentario.

XXXIII.

Trigesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus in 16. constatque foliis 303. & ad celeberrimam *R. H. Mathiæ Corvini* Bibliothecam Budensem olim pertinuit. Continentur autem eo *IV. Evangelia* minutissimis literis elegantissimè scripta, sed absque Canonibus Eusebianis & Commentario.

XXXIV.

Trigesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4to. constatque foliis 368 & ad *Arsenium Archi-Episcopum Monembasiæ* olim pertinuit; Postea autem An. 1564. à *Joh. Sambuco* in Italia emtus est, quo mortuo in manus *Sebast.*

Tengna-

Tengnagelii incidit & per eum tandem transiit in *Aug. Bibl. Cæsaream.* Continetur autem eo præcipuè *N. T.* elegantissimè scripti *Pars posterior* ab Actis Apost. usque ad Apocalypsin cum *anonymi* cujusdam Autoris *Commentario marginali* hactenus inedito. Et præterea extant ibi adhuc etiam alia nonnulla memoratu digna partim loco

(I.) *Proœmii* ut: 1) *Index* omnium lectionum ex Actis Apost. & Epistolis, quæ secundum consvetudinem Ecclesiæ Constantin. in Sabbatis, Diebus Dominicis & Festis Sanctorum quotannis solent recitari. 2) *Hebraicorum* aliorumque Nominum, quæ in Actis Apost. occurrunt, interpretatio. 3) *Interpretatio* nominum Propheticorum. 4) *Dorothei* cujusdam, qui vulgò Episcopus Tyri appellatur, & cum S. Dorotheo Presbytero, qui sub Diocletiano multa passus perperam confunditur. Libellus de XII. Christi Apostolis & aliis LXX. Discipulis primum quidem Romæ Romana lingva scriptus, postea autem ab anonymo quodam Interprete Græco abbreviatus & græcè est editus. 5) *Fragmentum* Historicum de Sanctorum duodecim Apostolorum beatissimæque Dei genitricis Baptismate & de Genealogia Christi ex S. Sophro-

S. Sophronii Patriarchæ Hierosolymitani Hypomnematibus desumtum. 6) *Anonymi* Commentariolus de diversis vocabuli Ἀνάστασις significationibus in SS. 7) *Anonymi* Comment. de diversis vocabuli Φύσις significationibus in SS. 8) Εὐλογίαν ἣν εὐλόγησεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ. 9) *Annotatio* de Gomer & Siclo Ebræorum, Summo Sacerdote & 12. Gemmis in pectorali ejusdem. 10) *Anonymi* proœmium in Acta Apostolorum.

(II.) *Appendicis* 1) *Exoticorum* nominum in Apocalypsi occurrentium interpretatio. 2) *Comment.* de 24. gemmis, quarum fit mentio in Apocalypsi, Exodo, & Ezechiele. 3) *Interpretatio* nominum Hebraicorum Epistolæ S. Barnabæ. 4) *Nomina* & ordo XII. Mensium apud diversas gentes. 5) *Alphabetum Hebraicum* cum explicatione græca. 6) *Chronologia* Episcoporum & Patriarcharum Byzantinorum à S. Stachii usque ad Xiphilinum, qui A. C. 1066. electus est, & A. 1078. obiit. 7) *Chronologia* summor. Pontificum Rom. à S. Petro usque ad Honorium I. qui A. C. 626. electus est & A. 638. obiit. 8) *Chronol.* Episcoporum & Patriarcharum Alexandrinorum à S. Mar-

à S. Marco Apostolo usque ad Joh. Cyprium cognomine Eleemosynarium. 9) *Chronologia* Episcoporum & Patriarcharum Antiochenorum à S. Petro Apostolo usque ad Anastasium Diaconum Constantinopolitanum. 10) *Chronologia* Episcoporum & Patriarcharum Hierosolymitanorum à S. Jacobo usque ad Zachariam Presbyterum Constantin. 11) *Chronologia* reipubl. Hebræorum ab Adamo usque ad Regem Zedekiam. 12) *Chronologia* Regum Chaldæorum, Assyriorum, Persarum, Ægyptiorum à Nabuchodonosore usque ad Cleopatram. 13) *Chronologia* Imperatorum Rom. à C. J. Cæsare usque ad Basilium II. & Constantinum VIII. Imp. Romani II. sive Junioris filios, qui cœperunt regnare A. C. 975. & Continuatio ejusdem manu recentiori usque ad Michaëlem Ducam cognomine Parapinacium, qui successit in Imperio Vitrico suo Romano Diogeni A. C. 1071.

XXXV.

Trigesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 8vo. constatque 157. foliis, & pertinuit olim ad *Joh. Sambucum*, qui eum A. 1562. dono accepit ab *Octavio Fermirio* Mediolanensi. Continen-

tinentur eo *Acta Apostolorum*, & *Epistolæ Pauli* omnes, nec non *Epistola Jacobi, Petri, Johannis & Judæ*. Præfixæ etiam sunt tam Actis Apost. quam Epistolis argumenta cum lemmatibus capitum atque insuper non solum in margine antiqua græca Scholia passim apposita, verum etiam in fine cujusque Epistolæ, ubi & qua occasione ea scripta sit, & quod στίχους comprehendat, studiose est annotatum.

XXXVI.

Trigesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus & bonæ notæ in 8. constatque 279. foliis, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Acta Apost.* & *Epistola S. Jacobi, Petri, Johannis, Judæ & Pauli*, cum Argumento cuique Epistolæ præfixo, & cum indice lectionum Sacrarum totius anni secundum menstruam Ecclesiæ Constantin. consvetudinem à Septembri ad Augustum.

XXXVII.

Trigesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus in 4to. à quodam Leone A.C. 1331. scriptus & ab *Augerio Busbeckio* Constantin. comparatus. Continentur eo *Acta Apost.* & *omnes Epistolæ Paulinæ aliorumque Apostolorum* cum lemmatibus capitum. Et ante Epistolam S. Jacobi extat *Anonymi* cujusdam

dam pervetusti Autoris proëmium ad S. Athanasium Archi-Episcopum Alexandrinum, quo testatur, se lemmata capitum Epistolarum Catholicarum fraterno ipsius jussu composuisse. Habetur etiam in fine index amplissimus omnium solennium lectionum Sacrarum N. T. una cum Menologio totius anni secundum consvetudinem Ecclesiæ Constantin. à Septembri ad Augustum.

XXXVIII.

Trigesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in fol. constatque foliis 251. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Commentarius in IV. Evangelia*, de cujus vero autore mihi nondum satis liquet, quoniam nomen ejus ibi deest ob defectum primi folii.

XXXIX.

Trigesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4to. constatque 346. foliis, & ab *Aug. Busbeckio* comparatus est olim Constantinopoli. Continetur illo idem ille *Commentarius Anonymi* in 4. Evangelia, qui extat in Codice proximè præcedente.

XL.

Quadragesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4to.

O con-

constatque 117. foliis & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Anonymi* cujusdam Autoris *Epitome Expositionis* Variorum Sanctorum Patrum aliorumque Veterum Scriptorum Ecclesiasticorum in Evangelia secundum S. Matthæum, Lucam & Johannem.

XLI.

Quadragesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus in 4to. constatque 143. foliis, & continet *Commentarium* in Evang. S. Matthæi, in principio ac fine mutilum, de cujus Autore mihi nondum liquet.

XLII.

Quadragesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus, & optimæ notæ in fol. constatque foliis 424. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Catena s. Commentarius amplissimus in Evangelium S. Lucæ*, collectus ex variorum S. Patrum aliorumque Veterum S. E. Græcorum operibus, sed nunc, quod dolendum, in fine mutilus, cujus R. P. *Balthasar Corderius* in præfatione Catenæ 65. Patrum Græcorum in S. Lucam meminit, quam is An. 1628. Antwerpiæ typis Plantinianis ex græco quidem codice Bibliothecæ Venetæ Cardinalis Bessarionis, sed tamen latinè tantum in fol. edidit. Et sane dignissimum eundem judico, ut sine ulla interpolatione

græcè

græcè edatur, ac cum jam dicta Catena Corderiana accurate conferatur.

XLIII.

Quadragesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in fol. constatque foliis 391. & ad *Seb. Tengnagelium* quondam pertinuit. Continentur autem eo anonymi cujusdam Autoris *Homiliæ in Evangelia Dominicalia.*

XLIV.

Quadragesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in fol. constatque foliis 186. & primum quidem ad græcum quendam *Marcum Phlangem* olim pertinuit, postea autem pervenit in potestatem *Seb. Tengnagelii* & illius beneficio in *Aug. Biblioth. Cæsaream.* Continentur eo *Anonymi* cujusdam Autoris *Homiliæ erudita & diserta in Evangelia Dominicalia*, quarum tamen prima deest.

XLV.

Quadragesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & lacerus in 4to. constatque 150. foliis. Continetur eo 1) *Anonymi* 54. breves Homiliæ in Acta Apostolorum collectæ ex variis Autoribus. 2) *S. Gregorii Neo-Cæsareæ* in Ponto Episcopi, cognomine Thaumaturgi, Dissertatio de anima ad Tatianum. 3) *Ex S. Gregorii Nazianzeni*

Operibus Excerpta de S. Trinitate cum interpretatione Nicetæ, & cum Leontii Byzantini Scholiis exceptis ex ore *Theodori Abbatis* & Philosophi de diversis contra S. Trinitatem hæresibus. 4) *Nicetæ Scholion* de septem Orbis spectaculis. 5) *Interpretatio difficiliorum* quorundam vocabulorum & Phrasium in Psalterio Davidis & Epistolis Pauli. 6) *Excerpta* ex Domini *Theodori* Philosophi & Abbatis Explicatione vocabulorum & phrasium in Canonibus s. Canticis Sacris Divinorum atque Dominicorum Festorum.

XLVI.

Quadragesimus sextus Codex MS. Theologicus Gr. est chartaceus in 4to. præ vetustate totus ruinosus ac lacerus, constatque nunc foliis 147. & ab *Augerio Busbeckio* comparatus olim fuit Constantinopoli. Continetur eo 1) *Interpretatio* Epist. Pauli ad Rom. collecta ex variis Patribus aliisque S. E. 2) *Joh. Chrysostomi* & Theodoreti Episcopi Cyrensis Interpretatio 1. Ep. Pauli ad Corinthios, quæ tamen imperfecta. 3) *Anonymi Commentariolus* de die bis-sextili. 4) *Anastasii Sinaitæ* Patriarchæ Antiocheni *Dux vitæ adversus Acephalos hæreticos*, mutilus quidem ab initio, dignus tamen, qui cum editione Græco-Latina Jacobi Gretseri, quæ 1606. Ingolstadii in 4to. prodiit, conferatur. 5) *Appendix* hujus prædicti operis,

ris, quæ in editione Gretseriana est proëmium. 6) *Johannis Patriarchæ* Hierosolymitani disputatio de azymis, quam is in Urbe Hierosolymitana cum Philosopho quodam latino habuit.

XLVII.

Quadragesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque 539. foliis & ab *Augerio Busbequio* comparatus est Constantinopoli. Continetur eo *Anonymi* cujusdam *Commentarius* in præcipua loca SS. V. & N. T. ad varios religionis Christianæ Articulos pertinentia, collectus ex diversorum Patrum aliorumque S. E. operibus.

XLVIII.

Quadragesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus, ob abbreviationem & evanescentiam Scripturæ lectu difficillimus, constatque foliis 55. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Anonymi Sylloge* & brevis expositio præcipuarum V. T. sententiarum, ad Sanctiss. Trinitatem Christique nativitatem ac passionem & cætera religionis Christ. mysteria pertinentium. 2) *Stephani Ephesii Canonica Synopsis*, sive Epitome Canonum Sanctorum Apostolorum, quam opinor adhuc esse ineditam.

XLIX.

Quadragesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in fol. constatque foliis 119. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *S. Dionysii Areopagitæ* opera cum Scholiis marginalibus S. Maximi Monachi & Martyris hoc ordine. Scilicet extat ibi α) ***Liber de divinis nominibus***, in cujus fine legitur hæc rubricata subscriptio: *Hic omissa est Theologia Symbolica.* β) *Liber de cœlesti Hierarchia.* γ) *Liber de Ecclesiastica Hierarchia.* δ) *Liber de mystica Theologia.* ε) *Decem Epistolæ.* ζ) *Appendix* in qua continetur a) *Expositio* difficiliorum quorundam vocabulorum, quibus S. Dionysius in suis Scriptis utitur, simul & recensio deperditorum operum ejusdem b) *fragmentum* Epistolæ Polycratis Episcopi Ephesiorum ad Pontificem Romanum S. Victorem I. de tempore celebrandi Paschatis. 3) *fragmentum* ex Clementis Alexandrini deperdita quadam Oratione, quam inscripserat: *Quis salvetur dives*; continens narrationem memorabilis pœnitentiæ corruptissimi juvenis, qui à S. Joh. Evang. conversus est. d) *Fragmenta* septem ex Philonis Hebræi Libro de vita contemplativa, quibus agitur de antiquissimis illis Hebræo-Christianis Ascetis, s. Monachis, qui ipsius ætate in Ægypto commorati sunt.

L.

L.

Quinquagesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus in fol. constatque foliis 205. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *S. Dionysii Areopagitæ* opera una cum Scholiis marginalibus S. Maximi Monachi & Martyris hoc ordine. Scilicet extat ibi 1) *S. Maximi* prologus in opera S. Dionysii. 2) *Index generalis* non solum eorum S. Dionysii operum, quæ continentur illo Codice, verum etiam quorundam Operum deperditorum, quorum ipse in suis scriptis meminit 3) *Liber de cœlesti Hierarchia.* 4) *Liber de Divinis* nominibus, in cujus fine rursus extat: ὧδε παραλέλειπται ἡ Συμβολικὴ Θεολογία. 5) *Liber de Ecclesiastica Hierarchia.* 6) *Liber de mystica Theologia.* 7) *Epistolæ decem.* 8) *Appendix illa quadrimembris*, quæ fuit in codice præcedente. Et præter illam adhuc *Anonymi interpretatio Alphabetica* difficiliorum quorundam vocabulorum, quibus S. Dionysius in Operibus suis utitur, quæ digna profecto est, ut integra publicetur sicut & id necessarium esse arbitror, ut tota operum S. Dionysii Corderiana editio cum hoc & præcedente Codice conferatur.

LI.

Quinquagesimus primus Codex MS. Th. Gr.

est membranaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc 217. foliis & passim *literis aureis* exornatus est. Continentur eo *S. Dionysii Areopagitæ* Libri duo de cœlesti Hierarchia & de divinis nominibus, nec non ejus decem Epistolæ & Scholia marginalia *S. Maximi*, quæ omnia manu cujusdam *Joh. Diaconi Methymnensis* tempore Imp. Manuelis Comneni scripta sunt, qui cœpit imperare A. C. 1143. & A. 1180. obiit. Et sane dignissimus hic quoque est codex, qui cum editione Corderiana diligenter & accuratè conferatur. Quamvis enim in illa Tom. 2. p. 504. mentiò fiat Codicis alicujus Viennensis, tamen *Corderius* neque hunc, neque alterutrum duorum proximè præcedentium Codicum propriis oculis videtur vel unquam vel sufficienter perlustrasse.

LII.

Quinquagesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus in 8. constatque 62. foliis. Continentur eo *S. Maximi* Scholia in *S. Dionysii Areopagitæ* librum de cœlesti hierarchia ab anonymo quodam viro docto 100. circiter ab hinc annis ex longe vetustiori Codice descripta. Subjuncta etiam iis sunt in eodem volumine ipsa S. Dionysii opera A. 1516. Venetiis in ædibus Philippi Juntæ Bibliopolæ græcè tantum & absque ullis Scholiis in 8. impressa, & variantibus lectionibus MS. ex pervetusto quo-

quodam Codice desumtis in margine illustrata.

LIII.

Quinquagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4. à tineis & blattis valde exesus, & multis locis præ vetustate vix legibilis, constatque nunc 120. foliis. Continetur eo *Originis Philocalia*, sive Commentarius de SS. autoritate, stylo, & interpretatione, à Basilio M. & S. Gregorio Nazianzeno ex diversis Originis operibus collectus, & in 27. capita divisus, atque à *Joh. Tarino Andegavo* A.C. 1618. prima quidem vice Græcè & Latinè Parisiis in 4. ex Bibliotheca regia, sed tamen valde negligenter & vitiose editus. Et dolendum sane in hoc nostro Codice 7. ultima capita deesse.

LIV.

Quinquagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in fol. constatque foliis 6. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *S. Methodii Martyris*, primum Olympi Lyciæ, vel secundum alios Patarorum, ac postea Tyri Episcopi, cognomento *Eubulii*, *Liber de Libero Arbitrio* imperfectus, qui & ipse à Photio quondam imperfectè tantum lectus & à Joh. Meursio in Syntagmate variorum divinorum Lugduni Bat. apud Isaacum Elzevirium A. 1619. imperfectè in 4. est editus.

LV.

Quinquagesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquissimus & optimæ notæ in fol. constatque 249. foliis, & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) Eusebii Pamphili Cæsareæ in Palæstina Episcopi Libri 4. Eclogarum propheticarum de Christo Arianismo infecti & hactenus inediti. 2) Johannis Philoponi Libri septem in Hexaëmeron, cum ejusdem disputatione de tempore celebrandi Paschatis à Corderio A. 1630. Vindobonæ Gr. & Latinè in 4. editi. 3) Philonis Hebræi liber de creatione Mundi secundum traditionem Moysis imperfectus. 4) S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani Catecheses tam extemporaneæ ad illuminatos, quam mystagogicæ ad recens baptizatos, quæ opera Joh. Prevotii Burdegalensis cum latina interpretatione Joh. Grodecii Decani Glogoviensis Lutetiæ Parisiorum 1608. in 4. sunt editæ.

LVI.

Quinquagesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque 68. foliis. Et continetur in eo 1) Commentarius in Canticum Canticorum, qui quidem Eusebio Pamphili attribuitur, revera autem non ab ipso tantum est compositus, sed partim ex ipsius, partim ex S. Athanasii, S Gregorii

gorii Nysseni, Philonis Episcopi Insulæ Carpathi, aliorumque Eusebio sine ulla controversia recentiorum Scriptorum Ecclesiasticorum operibus est collectus. 2) Michaelis Pselli explanatio Cantici Canticorum, versibus, ut vocant, politicis, cum præfatione simili ad Imp. Constantinopolitanum Nicephorum Botaniatam. Quæ una cum prædicto Commentario in lucem edita est à Joh. Meursio Lugduni Batavorum A. 1617. in 4.

LVII.

Quinquagesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in folio regali, constatque nunc 424. foliis, & ab Augerio Busbequio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur autem eo 1) S. Athanasii Archi-Episcopi Alexandrini Oratio contra gentes. 2) Ej. Oratio de incarnatione verbi ejusque corporali ad nos adventu. 3) Ejusdem disputatio in Concilio Nicæno contra Arium. 4) Ejusdem Epistola circularis, ad Episcopos Ægypti & Libyæ contra Arianos. 5) Ejusdem Oratio prima contra Arianos. 6) Ej. Oratio secunda. 7) Ej. Oratio tertia. 8) Oratio de incarnata apparitione verbi Dei contra Arianos. 9) Ej. epistola ad omnes ubique orthodoxos tempore persecutionis per Arianos, quæ legitur in memoriam ipsius S. Athanasii die 2. Maji. 10)

Ej.

Ej. Epiſtola ad Serapionem Epiſcopum de Spiritu S. contra eos qui dicunt eundem eſſe creaturam. 11) Ej. Epiſtola ad eundem contra eos qui dicunt filium eſſe creaturam. 12) Ej. Epiſtola Catholica. 13) Ej. refutatio Meletii & Euſebii & Pauli Samoſateni, orthodoxos ſe ſimulantium uſurpatione ambiguæ vocis ὁμοιούσιος pro ὁμοούσιος. 14) Ej. Epiſtola ad Epictetum Epiſcopum Corinthi contra hæreticos. 15) Ejusdem Oratio contra Apollinarium de ſalutari adventu J. C. 16) Ej. oratio de incarnatione Chriſti contra Apollinarium. 17) Ej. expoſitio verborum Evangelii Matth. 12. v. 32. 18) Ej. Oratio ſ. potius Orationis fragmentum in paſſionem Salvatoris, quod in editione Pariſina S. Athanaſii extat quidem, ſed latinè tantum. 19) Ej. Epiſtola ad Marcellinum de Interpretatione Pſalmorum. 20) Ej. Sermo de virginitate ad virginem. 21) Ej. teſtimonia ex SS. de naturali communione ſimilis eſſentiæ inter Patrem & Filium & Sp. S. 22) Ej. Epiſtola de incarnatione Verbi Dei. 23) Beatiſſimi Liberii Archi-Epiſcopi Romæ epiſtola ad Athanaſium, quod Deus verbum perfectum hominem asſumſerit. 24) Athanaſii reſcriptum ad Liberium de eodem argumento. 25) Ej. Epiſtola ad Adelphium Epiſcopum & Confeſſorem contra Arianos. 26) Ej. ſermo in illud: Pro-

Profecti in pagum invenietis pullum alligatum. 27) Ej. sermo in annunciationem Mariæ. 28) Ej. sermo in passionem & crucem Domini. 29) Ej. Oratio concisa contra Arianos. 30) Ej Epistola ad Serapionem Episcopum de S. S. 31) Ej. ad eundem epistola de S. S. 32) Ej. Oratio sexta contra Arianos. 33) Ej. sermo in illud: Omnia mihi tradita sunt à Patre &c. 34) Ej. ex Epistola de Synodi Nicenæ decretis contra Arianam hæresin, fragmentum de vera doctrina. 35) Ejusd. Sermo de Sabbatis & circumcisione ex Exodo. 36) Marci cognomine Diadochi, sive Successoris Oratio contra Arianos nondum edita. 37) Athanasii Expositio fidei. 38) Ej. Epistola ad Antiochenses. 39) Ej. Oratio de æterna substantia filii & SS. cum Deo contra Sectatores Sabellii. 40) Oratio qua demonstratur unum esse Christum. 41) Ej. Epistola ad Maximum Episcopum. 42) Ejusd. refutatio simulationis Meletii, Eusebii & Pauli Samosateni. 43) Ej. Epistola Catholica. 44) Ej. Epistola quod Nicæna Synodus animadversa Eusebii calliditate, congruis & piis verbis decreta sua contra Arianam hæresin exposuerit. 45) Ej. Epistola ad Ecclesiam Cæsareensem. 46) Ej. Epistola de Dionysio Episcopo Alexandrino, quod idem cum Nicæna Synodo contra Arianam hæresin senserit,

quod-

quodque Ariani falsò eum calumnientur tanquam hæreseos suæ adstipulatorem. 47) S. Alexandri Archi-Episcopi Alexandrini Epistola brevis ad Presbyteros & Diaconos Alexandriæ & Mareotidis, qua Arium & socios ejus depositos esse indicat. 48) Ej. Epistola alia ad omnes ubique orthodoxos Episcopos de Arii & sociorum ejus depositione. 49) Concilii Nicæni Epistola ad Ecclesiam Alexandrinam & fratres Ægyptum, Lybiam & Pentapolin incolentes contra Arium ejusque socios. 50) Symbolum Concilii Nicæni. 51) Imp. Constantini M. Epistola ad Ecclesiam Alexandrinam. 52) Ej. Epistola ad omnes Episcopos & populos, qua jubet, ut Ariani deinceps vocentur Porphyriani, & scripta Arii publicè comburantur, & ut morte multetur, si quis ea dolo malo occultaverit. 53) Ej. Epistola ad Arium ejusque socios. 54) Ej. Epistola ad Ecclesiam Nicomediensem, contra Eusebium Nicomediensem & Theognium. 55) Ej. Epistola ad Theodotum. 56) S. Athanasii Apologia de fuga sua, cum à Syriano duce persecutionem pateretur. 57) Ej. Apologia secunda. 58) Synodi Alexandrini Epistola pro S. Athanasio. 59) S. Julii primi ejus nominis Pontificis Romani Epistola pro S. Athanasio. 60) Concilii Sardicensis Epistola ad Ecclesiam Alexandrinam pro S. Athanasio.

61)

61) Ej. Concilii Epistola ad omnes Catholicæ Ecclesiæ Episcopos pro S. Athanasio. 62) Imp. Constantii ad S. Athanasium Epistolæ tres. 63) S. Julii primi ejus nominis Pontificis Rom. epistola alia pro S. Athanasio. 64) Imp. Constantii Epist. ad Episcopos & Presbyteros Ecclesiæ Catholicæ pro S. Athanasio. 65) Ejusd. Epistola pro Athanasio ad populum Alexandrinum. 66) Ej. Epistola pro Athanasio ad Nestorium &c. 67) Concilii Hierosolymitani Epistola pro S. Athanasio &c. 68) Duorum Episcoporum Ursacii & Valentis confessio pœnitentiæ de falsis suis contra Athanasium criminationibus. 69) Eorundem Epistola reconciliatoria ad Athanasium. 70) Fragmentum Epistolæ Imp. Constantini M. ad S. Athanasium. 71) Ej. Epistola pro S. Athanasio ad populum Ecclesiæ Alexandrinæ. 72) Ischyræ cujusdam ad S. Athanasium Epistola deprecatoria ob falsas de ipso criminationes. 73) Alexandri Episcopi Thessalonicensis Epistola pro S. Athanasio ad ipsum Athanasium. 74) Pinnæ Presbyteri Epistola pro S. Athanasio ad Johannem quendam ipsius calumniatorem. 75) Imp. Constantini M. Epistola ad S. Athanasium pro ipsius innocentia. 76) Arsenii Episcopi Hypselitarum Epistola ad S. Athanasium. 77) Imp. Constantini M. Epistola ad Joannem S. Athanasii calumniatorem.

rem. 78) Breve à Meletio datum Alexandro Episcopo. 79) Presbyterorum & Diaconorum Ecclesiæ Alexandrinæ pro S. Athanasio Epistola ad Theognium & cæteros Episcopos è Tyro profectos. 80) Presbyterorum & Diaconorum Mareoticorum pro S. Athanasio Epistola ad S. Synodum B. Episcoporum Ecclesiæ Catholicæ. 81) Eorundem Epistola ad Curiosum & Philagrium Præfectum Ægypti. 82) Eorum qui cum S.Athanasio ex Ægypto ad Concilium venerunt Epistola ad Episcopos Tyri congregatos. 83) Eorundem Epistola ad Flavium Dionysium Comitem Illustr. 84) Alexandri Episcopi Thessalonicensis Epistola pro S. Athanasio ad Comitem Dionysium. 85) Comitis Dionysii Epistola ad Eusebianos. 86) Fragmentum Epistolæ Concilii Hierosolymitani ad Ecclesiam Alexandrinam & omnes ubique Episcopos, Presbyteros, Diaconos. 87) Flavii Himerii Exactoris Mareotæ Epistola ad Colluthum. 88) Imp. Constantini M. Epistola pro S. Athanasio ad Episcopos Tyri congregatos. 89) Ejusdem Epistola pro Athanasio ad populum Ecclesiæ Alexandrinæ. 90) S. Athanasii Epistola ad Serapionem de morte Arii Hæresiarchæ. 91) Athanasii Epistola ad omnes ubique monachos. 92) Populi Alexandrini publicum testimonium de Syriani Ducis horrendo scelere in Alexandrinos Christianos orthodoxos sub Imp. Constantio instinctu

ſtinctu Arianorum edito. 93.) S. Athanaſii Epiſtola de Synodis Arimini in Italia & Seleuciæ in Iſauria habitis. 94.) Ej. Apologia ad Imp. Conſtantium. 95.) Ej. Epiſtola ad Johannem & Antiochum presbyteros. 96.) Ej. Epiſtola ad Palladium Presbyterum. 97.) Ej. Epiſtola ad Diacontium. 98.) Ej. aliorumque nonaginta Epiſcoporum Ægypti & Libyæ ad Epiſcopos Africæ propriè dictæ Epiſtola contra Arianos. 99.) S. Athanaſii Epiſtola ad Imp. Jovianum de fide. 100.) Imp. Joviani Epiſtola ad S. Athanaſium. 101.) Lucii & Berniciani aliorumque quorundam Arianorum irrita quatuor contra Athanaſium cum Imp. Joviano colloquia. 102.) S. Athanaſii confesſio de incarnatione verbi Dei. 103.) Ej. Epiſtola ad Imp. Jovianum. 104.) S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini Comment. in Exodum Libri 3. 105.) Ej. Comment. in Leviticum. 106.) Ej. Comment. in Librum Numerorum. 107.) Ej. Comment. in Deuteronomium. 108.) S. Joh. Damaſceni Liber contra Neſtorianam hæreſin. 109.) Theodoreti Epiſcopi Cyrenenſis Epiſtola ad Monachos Euphrateſiæ, Oſroenæ, Syriæ, Phœnices & Cyliciæ. 110.) Ej. Demonſtratio quod Chriſtus etiam poſt aſſumtionem humanæ naturæ unus ſit filius.

LVIII.

Quinquagesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in quarto constatque 48. foliis, & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continentur eo S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini capita necessaria ad Antiochum præfectum de multis & necessariis Quæstionibus in SS. controversis & omnibus Christianis cognitu utilibus. Quæ licet huic Athanasio diserte attribuantur; observavit tamen Bellarminus in Libro de S. E. non illum veterem, sed Juniorem quendam Athanasium qui Sec. VIII. vixerit, eorundem esse Autorem. 2.) De vero Deum adorandi modo in Spiritu & veritate sententiæ quædam notabiles diversorum Autorum. 3.) Anonymi Explicatio quorundam Canticorum Ecclesiasticorum.

LIX.

Quinquagesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 8. constatque 136. foliis & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continetur eo 1.) Fragmentum S. Athanasii Episc. Alex. Epistola 39. festali, quosnam V. & N. T. Libros Christianus orthodoxus habere debeat. 2.) S. Abbatis Johannis Presbyteri Damasceni Editio accurata orthodoxæ fidei. 3.) Expositio ex Libro Chronico Hippolyti quantum temporis Dominus noster J. C. habitaverit in mundo post assumtionem

nem humanæ naturæ. 4.) Historiarum ac fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in duabus suis adversus Imp. Julianum Apostatam Orationibus invectivis meminit, explicatio divisa in capita 25. & diversa ab altera ejus generis expositione quæ extat in S. Gregorii Naz. Opp. Lut. Parif. 1609. à Jacobo Billio Græce & latine editis Tom. 2. p. 499. 5.) Anonymi Explicatio v. 1. c. 9. Proverbiorum Salomonis. 6.) Ordo Lectionum Evangelicarum aliarumque quarundam ceremoniarum Ecclesiasticarum in Ecclesia Græca. 7.) Canones quidam sive Cantica Ecclesiastica Scholiis græcis è regione appositis illustrata. 8.) S. Gregorii Nazianzeni Carmina quædam. 9.) Anonymi confessio fidei. 10.) S. Cyrilli Alexandrini Quæstiones & responsiones de fide orthodoxa circa Deum & Sanctissimam Trinitatem. 11.) S. Joh. Damasceni fragmentum de Sanctissima Trinitate. 12.) Fragmentum Chronologicum de tempore nativitatis Baptismi & mortis Christi. 13.) Excerpta quædam ex Sophronii Episcopi Hierosolymitani Encomio in S. Joh. Evangelistam. 14.) Basilii M. Pœnitentiale. 15.) Anastasii Abbatis Sinaitæ Quæstiones & responsiones quædam de pœnitentia. 16.) Ex S. Gregorii Nysseni Epistola Canonica ad S. Letojum Episcopum Melitenæ in Cappadocia fragmentum de homine. 17.) S.

Gregorii Neocæſareenſis cognomine Thaumaturgi Expoſitio fidei. 18.) Anonymi Expoſitio v. 33. c. 11. Epiſtolæ Pauli ad Hebræos. 19.) Anonymi Synopſis 22. Periodorum Chriſti earumque cum 22. operibus creationis totidemque literis Alphabethi Hebraici comparatio.

LX.

Sexageſimus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4. & conſtat 84. foliis. Continetur autem eo 1.) Athanaſii Patriarchæ Alexandrini Synopſis accuratisſima in V. T. ſive Epitome Hiſtoriæ Sacræ V. T. quæ tamen eſt ſuppoſititia & diverſa ab altera illa Synopſi SS. quæ extat Tom. 2. Opp. Athanaſii Edit. Pariſ. à p. 55. usque ad 157. 2.) Sapientisſimi Pſelli Jambi in Virtutes & Vitia. 3.) Anonymi obſervationes miſcellaneæ de creatione hominis & Paradiſo, item de Morte, quod nec bonum ſit, nec malum, ſed aliquid medium & de ſcopo ac fine Chriſtianiſmi. 4.) Theophylacti Simocatti Epiſtola Ethica commentitia quaſi ab Iſocrate ad Dionyſium Siciliæ Tyrannum ſcripta. 5.) Excerpta quædam ex Svidæ Lexico de ſignificatione & uſu vocabulorum Ἐγκώμιον, παραγραφὴ, παραίνεσις & παράκλησις. 6.) Coſmæ Hieroſolymitani ἔκφρασις ſive Enarratio ſingulorum Pſalmorum totius Pſalterii Davidici carmine jambico.

7.) S.

7.) S. Gregorii Nazianzeni Sententiæ monitoriæ δίστιχοι. 8.) Metrophanis Metropolitæ Smyrnæi, qui Photio fuit σύγχρονος fragmentum Schismaticum de processione Spiritus S. à solo Patre. 9.) Index Græcus quorundam poëmatum, Theodori Prodromi, Joh. Pselli, Philæ, Calliclis, & Nicephori Callisti, quæ omnia edita sunt Basileæ A. 1536. in 8. ab Hieronymo Guntio. 10.) Epistola S. Basilii M. ad fratrem suum S. Gregorium Episcopum Nyssenum de differentia Essentiæ & Substantiæ sive subsistentiæ.

LXI.

Sexagesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 271. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continentur autem eo præter S. Ephræmi, S. Ephraimi, Nisibi in Mesopotamia nati, Edessæ autem quæ ejusdem regionis urbs est, Diaconi, vitam ab anonymo compositam, ejusdem λόγους sive sermones, κατηχήσεις sive Institutiones, Εὐχάς sive precationes & διαθήκην sive Testamentum.

LXII.

Sexagesimus Secundus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. majori, constatque 216. foliis, atque olim, ut ex ambusta margine apparet, in maximo fuit incendii periculo, & per varios fortu-

næ casus tandem devenit in manus Seb. Tengnagelii, post cujus mortem in Aug. Bibl. Cæsaream transiit. Continetur autem eo 1.) S. Basilii M. Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi Homiliæ sex priores in Hexaëmeron. 2.) S. Gregorii liber de structura hominis in principio mutilus. 3.) Ejusdem Homiliæ 8. de octo beatitudinis comparandæ rationibus, quarum Christus Matth. 5. meminit. 4.) Ej. Homiliæ quinque in orationem Dominicam. 5.) Ej. fragmenta miscellanea lectionum Evangelicarum & Canonum quorundam sive Canticorum Ecclesiasticorum.

LXIII.

Sexagesimus Tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in majori quarto, constatque 238. foliis & ad quendam *Andream Darmarium* olim pertinuit ac à *Nicolao* quodam cognomine *Patrino*, A. C. 1411. exaratus est. Continentur eo 1.) S. Basilii M. novem Homiliæ in Hexaëmeron quibus passim quædam scholia marginalia græca adjuncta sunt. 2.) S. Gregorii Nysseni Liber de structura hominis. 3.) S. Basilii M. Libri 5. adversus Eunomium hæreticum, de æquali Patris, filii & Spiritus S. deitate. 4.) Epistolæ 21. S. Basilii M. S. Gregorii Nazianzeni, Antipatri Præsidis & Libanii Sophistæ.

LXIV.

LXIV.

Sexagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in quarto majori, constatque foliis 381. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1.) S. Basilii M. Homiliæ novem in Hexaëmeron, quarum prima est mutila in principio. 2.) S. Gregorii Episcopi Nysseni fratris S. Basilii M. liber de structura hominis. 3.) Ej. Homiliæ octo in totidem beatitudines Evangelicas Matth. 5. 4.) S. Basilii M. Homiliæ variæ & epistola ad *Optimum Episcopum*, super duabus quæstionibus de verbis c. 4. Gen. *Omnis qui occiderit Cain septuplum punietur*. 5.) S. Gregorii Episcopi Nysseni Oratio in triduanam sepulturam Domini nostri J. C. 6.) Sanctissimi Archiepiscopi Constantinopolitani & universalis Patriarchæ Domini Germani Oratio in magnum & sanctum Sabbatum. 7.) S. Basilii M. Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ Epistolæ 34. 8.) Ex Joh. Damasceni Opere de orthodoxa fide capita quædam de Sanctissima Trinitate. 9.) De processione Spiritus S. à solo patre Disputatio Compendiaria capitulatim conscripta & ad quendam ex latinis missa à Sanctissimo Patriarcha Constantinopolitano Photio. 10.) Expositio confessionis fidei Ecclesiæ Occidentalis de processione Spiritus S. à Patre &

filio conſcripta à Papa Gregorio IX. & miſſa ad Germanum ſecundum ejus nominis Patriarcham Conſtantinopolitanum cum ſubſcriptione Apocriſiariorum ſive legatorum Romanæ Ecclesiæ. 11.) Germani ſecundi ejus nominis Patriarchæ Conſtantinopolitani & Synodi ad ipſum congregatæ reſponſio ad præcedentem confesſionem fidei &c. 12. Anonymi Narratio, quomodo Latini ob diverſitatem opinionis de processione Spiritus S. ſeparaverint ſe à Græcis, eamque ob cauſam amiſerint primatum & è Sacris Diptychis ejecti ſint. 13.) Synopſis teſtimoniorum Scripturæ S. & S. Patrum contra latinorum hæreſes & errores de procesſione Spiritus S. Azymis, Baptiſmate, deſumtorum ex Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani Niceæ reſidentis reſponſione ad Epiſtolam Papæ Gregorii IX.

LXV.

Sexageſimus quintus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus in 4. vetuſtate mutilus & a vetuſtate valde exeſus, conſtatque nunc 270. foliis. Et primum quidem pertinuit ad Marcum Manumam Cretenſem, poſtea autem pervenit in poteſtatem Joh Sambuci, & poſt ipſius mortem in Aug. Bibliothecam Cæſaream. Continentur eo 1.) S. Baſilii M. Homiliæ novem in Hexaëmeron. 2) S. Gregorii Nyſſeni Homilia in v. 26. c. 1. Geneſ. 3.) Ejuſdem liber de ſtructura

ctura hominis. 4.) S. Theodori Studitæ Abbatis sive præpositi Monasterii Constantinopolitani à primo fundatore suo Studio cognominati τȣ Στȣδίȣ Scholion, quo asserit & probat Constitutionum Monasticarum quæ incipiunt; τὴν κατὰ χριςὸν Φιλοσοφίαν ἐπανελόμενοι; &c. verum & genuinum Autorem esse S. Basilium M. 5.) S. Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ Sermo ad solitariam vitam exercentes ab editione Parisina non mediocriter discrepans. 6.) Anonymi fragmentum de duabus Christi naturis, totidemque voluntatibus & operationibus & de actione ejusdem Theandrica. 7.) Formula Sacræ absolutionis confessionalis. 8.) Eustathii (qui diversus est ab Eustathio Episcopo Sebastiæ in Armenia) Consideratio & Correctio vitæ monasticæ. 9.) Epitome eorum quæ de natura & principiis naturalibus ab antiquis tradita sunt, exposita ab excellentissimo Philosopho TheodoroSmyrnæo, quatuor segmentis sive partibus, hactenus ineditis. 10.) Antonii Monachi Studitæ cognomine τιψύχȣ Oratio inedita, habita in Blachernis in laudem Beatiss. Virginis Deiparæ ob liberationem urbis Constantinopolitanæ à Persarum, Scytharum & Agarenorum sive Saracenorum aliorumque variorum etiam Christianorum hostium diversis oppugnationibus.

LXVI.

Sexagesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque 100. foliis, & primum quidem ad Bibliothecam Budensem olim pertinuit, postea autem per Joh. Sambucum pervenit in Aug. Bibliothecam Cæsaream. Continentur eo 1.) S. Basilii M. Homiliæ novem in Hexaëmeron. 2.) Principium Epistolæ Papæ Nicolai V. ad ultimum Imperatorem Constantinopolitanum Constantinum Palæologum è latina in Græcam linguam à Theodoro Gaza Thessalonicensi translatæ.

LXVII.

Sexagesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ, in f. constatque nunc foliis 371. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo S. Basilii M. Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi 1.) Homiliæ variæ. 2.) Encomia varia. 3.) Epistolæ variæ, ex quibus una est ad Simpliciam hæreticam de ipsius Eunuchis, quæ in Operum S. Basilii M. editione Græcolatina Parisiensi deest, atque adeo digna, quæ lucem publicam aspiciat.

LXVIII.

Sexagesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ

in

in f. constatque nunc foliis 334. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1.) S. Basilii M. Homiliæ XVII. in Psalmos Davidicos, quarum prima in principio est mutila. 2.) Ejusdem Homiliæ aliæ novendecim. 3.) S. Joh. Chrysostomi Homiliæ tres in Evangelium S. Matthæi nempe septima, octava & nona, sed omnes mutilæ, quoniam ultima hæc octo folia jam dictis S. Basilii M. Homiliis partim in principio, partim in fine olim assuta fuerunt loco tegumenti.

LXIX.

Sexagesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque nunc foliis 244. atque olim ad Marcum Mamunam Cretensem & Georgium quendam Corinthium pertinuit, postea autem pervenit in potestatem Joh. Sambuci & post illius mortem in Aug. Bibl. Cæsaream. Continentur eo 1.) S. Basilii M. Homiliæ septendecim in Psalmos Davidicos, quarum prima in principio est mutila. 2.) Ejusdem aliæ homiliæ 27. 3.) Ej. Epistolæ sex. 4.) Ejus homilia in S. Martyrem Mamantem.

LXX.

Septuagesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ, constatque 392. foliis & ab Augerio Busbeckio olim

fuit

fuit comparatus Constantinopoli. Continetur autem eo S. Basilii M. Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi Expositio in sedecim capita Esaiæ.

LXXI.

Septuagesimus Primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque 340. foliis & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Et continetur eo eadem S. Basilii M. in XVI. capita Esaiæ expositio, quæ extat in codice præcedente, præterquam quod pauca quædam in initio deficiunt.

LXXII.

Septuagesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque 199. foliis & ad Johannem Sambucum olim pertinuit. Continentur eo S. Basilii M. in Esaiæ prophetæ capita XVI. Expositio eadem quæ extat in duobus proximè præcedentibus Codicibus. Et præterea adscripta hic sunt in margine antiqua Græca Scholia in eundem prophetam desumta ex operibus Eusebii, Theodori, Chrysostomi, Cyrilli, Severiani, Theodoreti, Severii &c.

LXXIII.

Septuagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque 423. foliis & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli.

poli. Continetur eo 1.) S. Basilii M. liber de vera & incorrupta virginitate. 2.) S. Joh. Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani Liber de virginitate continens capita 84. 3.) Ej. orationes quatuor, quarum prima ad eos directa est, qui citra conjugium habent apud se virgines contubernales, secunda probat, quod fœminæ regulares non debeant cohabitare viris. Tertia & quarta scripta est ad viduam juniorem. 4.) Ej. Epistolæ septendecim ad Olympiadem Diaconissam. 5.) Fragmentum Canonis vel Cantici cujusdam Ecclesiastici cum Antiquis notis Musicis. 6.) Antiochi Monachi Palæstini in laura sive Monasterio S. Sabæ Abbatis Pandectes SS. in 130. capita divisus & Eustathio præposito Monasterii Attalini urbis Ancyræ in Galatia dedicatus. 7.) Anonymi Narratio brevis de vita S. Antiochi inedita. 8.) Ex S. Johannis Abbatis montis Sina qui vulgo Climacus nominatur Opere Ascetico inscripto κλίμαξ sive scala paradisi c. 23. de blasphemia.

LXXIV.

Septuagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegantissimus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 419. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo S. Basilii M.

M. opuſcula varia ſcilicet 1.) Homiliæ 2.) Encomia (3. Epiſtolæ.

LXXV.

Septuageſimus quintus Codex MS. Th. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus elegantisſimus & optimæ notæ in folio minori, conſtatque nunc foliis 223. & ad Sebaſtianum Tengnagelium olim pertinuit. Continentur eo 1.) S. Baſilii M. Epiſtolæ 258. 2) Libanii Sophiſtæ ad Baſilium M. Epiſtolæ 12. quæ epiſtolis Baſilii permixtæ ſunt. 3.) S. Baſilii M. ad Amphilochium Epiſcopum Iconii Liber de SpirituS. diviſus in 30. capita, ſed in fine mutilus & octo capitibus truncatus. Dignisſimus tamen eſt hic Codex, qui cum impresſis operum S. Baſilii M. editionibus diligenter & accurate conferatur.

LXXVI.

Septuageſimus ſextus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque nunc 103. foliis. Continetur eo 1.) S. Baſilii M. Epiſtola ad Gregorium Nazianzenum. 2.) Symeonis Logothetæ & Metaphraſtæ Canticum Sacrum ordine Alphabetico. 3.) Anonymi Excerpta ex S. Gregorii Epiſcopi Nyſſeni Epiſtola quadam Paſchali. 4.) Anonymi Epitome Scriptorum dogmaticorum S. Gregorii Nazianzeni cognomine Theologi. 5.) Anaſtaſii Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni definitiones

nes Theologicæ ſecundum epitomen. 6.) Anonymi Epitome de charactere ſive ſtylo Epiſtolaris & de diverſis ejusdem generibus ac nominibus, quam edidit Joh. Sambucus A. 1558. Baſileæ in 8. ſed tantum latine, ſcribitque in præfatione Autorem ſibi videre eſſe Libanium. 7.) Excerpta ex Ariſtotelis Arte Syllogiſtica. 8.) Hymnus Acathiſtus qui die Sabbathi quintæ hebdomadis jejunii quadrageſimalis Conſtantinopoli olim à toto populo per totam noctem absque ulla intermisſione & ſesſione cantabatur in laudem B. V. Mariæ ob liberationem Urbis ab expugnatione per Perſas & Scythas tempore Imp. Heraclii. 9.) S. Theolepti Metropolitæ Philadelphiæ Canones ſive Cantica Eccleſiaſtica Catanycta & paraclerica quatuor. 10.) Precationes tres ad B. V. Deiparam. 11.) Precatio ad S. Angelum cuſtodem. 12.) S. Macarii precatio. 13.) Canticum S. ad S. Antonium Abbatem & patrem multorum monachorum in Thebaide. 14.) Canticum S. ad S. Onuphrium Anachoretam in eremo Ægypti per integros 60. annos. 15.) Precatio contra iracundiam. 16.) Canticum S. ad B. V. Deiparam. 17.) Anonymi Medici Opuſculum græco-barbarum de remediis variorum morborum. 18.) Agapeti Diaconi de bene adminiſtrando Imperio Liber ad Imp. Juſtinianum I. ſive Magnum.

LXXVII.

LXXVII.

Septuageſimus ſeptimus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. conſtatque nunc 269. foliis & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1.) Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola ad Neſtorium Hæreſiarcham Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum. 2) Neſtorii epiſtola reſponſoria ad Cyrillum. 3.) S. Cyrilli & Concilii Alexandrini ad Neſtorium ἐπιστολὴ ἐπιφωνητικὴ τρίτη. 4.) S. Cyrilli Epiſtola ad S. Cæleſtinum primum ejus nominis Pontificem Romanum. 5.) S. Cæleſtini Pontificis Romani Epiſtolæ quatuor. 6.) S. Cyrilli & Synodi Alexandrinæ Epiſtola ad Monachos Conſtantinopolitanos. 7.) Johannis Epiſcopi Antiocheni Epiſtola ad Neſtorium. 8.) S. Cyrilli epiſtolæ tres, una ad Joh. Epiſcopum Antiochenum, altera ad Juvenalem Epiſcopum Hieroſolymitanum & tertia ad Acacium Epiſcopum Berœenſem. 9.) Acacii Epiſcopi Berœenſis ad S. Cyrillum. 10.) Clericorum Conſtantinop. Conteſtatio publice in conſpectu Eccleſiæ propoſita, quod Neſtorius ejusdem ſit ſententiæ cum Paulo Samoſateno ante 160. annos ab Orthodoxis Epiſcopis anathemate condemnato. 11.) S. Cyrilli Epiſtola ad Clericos Conſtantin. mutuis diſſidiis inter ſe conflictantes.

ctantes. 12) S. Cyrilli de recta in Dominum J. C. fide Liber ad Imp. Theodosium II. sive Juniorem. 13) S. Cyrilli Epistola ad Clerum populumque Constantinopolitanum contra Nestorium. 14) Imp. Theodosii II. epistola ad S. Cyrillum. 15) Exemplum S. Epistolæ Imperatoriæ ad Acacium Episcopum Beroënsem & Symeonem Antiochensem Anachoretam. 16) Exemplum S. Epistolæ Imperatoriæ ad S. Cyrillum. 17) Librorum Nestorii capitula quædam hæretica & blasphema à Petro Presbytero Alexandrino & primicerio Notariorum in S. Concilio generali Ephesino publicè lecta & condemnata. 18) S. Cyrilli Epistolæ duæ, quarum prima ad Comarium & Potamonem Episcopos & nonnullos alios, secunda ad Patres Monachorum data. 19) S. Concilii Ephesini ad Impp. Theodosium II. & Valentinianum III. relatio de Nestorii depositione. 20) S. Concilii Ephesini Epistola ad Clerum populumque Constantin. de Nestorii depositione. 21) Epistola Cleri Constantinopolitani ad S. Concilium Ephesinum. 22) Exemplum Epistolæ Imperialis ad S. Concilium Ephesinum missæ per Palladium Magistrianum. 23) S. Concilii Ephesini relatio ad Impp. Theodosium II. & Valentinianum III. contra Comitem Candidianum. 24) Ejusdem S. Concilii relatio ad eosdem

Impp. de conciliabulo Episcoporum [illegible]lium à Johanne Episcopo Antiocheno contra S. Concilium Ephesinum collecto. 25) S. Concilii Ephesini Epistola ad Episcopos, Clerum, & populum Singularum provinciarum de Orientalibus. 26) Ejusdem Concilii relatio ad Impp. Theodosium II. & Valentinianum III. de Episcopis & Presbyteris, qui ab urbe Româ venerant. 27) Exemplum Sacræ Epistolæ Impp. per Johannem Comitem ad S. Concilium Ephesinum missæ. 28) S. Concilii Ephesini relatio ad Impp. Theodosium II. & Valentinianum III. qua præcedenti Epistolæ respondetur. 29) S. Cyrilli Epistolæ duæ, prima ad Clerum populumque Constantin. altera ad Episcopos Theopemptum, Potamonem & Danielem. 30) S. Concilii Ephesini Epistola mandatoria ad Episcopos, qui ab ea Constantinopolim missi sunt, ut causam contra Orientales dicerent. 31) S. Cyrilli Homiliæ quinque. 32) Relatio decreti Imperialis de exilio Nestorii & de ordinatione Maximiniani Episcopi. 33) Maximiniani Archiepiscopi Constantin. Epistola ad Cyrillum & S. Cyrilli responsoria. 34) S. Cyrilli Apologeticus ad Imp. Theodosium juniorem. 35) Exemplum S. Epistolæ Imp. per Aristolaum tribunum missæ ad Johannem Episcopum Antiochenum de pace & unione

Eccle-

[illegible] 36) Johannis Episcopi Antio-[illegible] libellus S. Cyrillo à Paulo Episcopo Emiseno oblatus. 37) S. Cyrilli epistola ad Johannem Episcopum Antiochenum & Synodum ibi congregatam. 38) Procli Episcopi Cyziceni Homilia in incarnationem Domini nostri J. C. sedente adhuc Nestorio habita. 39) S. Cyrilli Epistolæ quatuor ad clerum populumque Alexandrinum. 40) Symbolum Nicenum. 41) Charisii Presbyteri Philadelphiæ relatio ad S. Concilium Ephesinum contra Quartadecimanos. 42) Ejusdem libellus eidem Concilio oblatus. 43) Theodoti Episcopi Ancyrani Homiliæ tres. 44) Acacii Episcopi Melitenæ Homilia in S. Concilio Ephesino habita. 45) Pauli Episcopi Emeseni Homiliæ duæ in nativitatem Salvatoris nostri habitæ Alexandriæ. 46) S. Cyrilli Homilia de Paulo Episcopo Emeseno & de incarnatione Dominica. 47) Rhegini Episcopi Cypri Homilia habita Ephesi post depositionem Nestorii. 48) S. Cyrilli Epistola ad Euoptium contra Theodoreti Episcopi Cyrensis impugnationem duodecim Anathematismorum. 49) Ejusdem duodecim Anathematismi contra Nestorium. 50) Ej. epistolæ quatuor. 51) Procli Archiepiscopi Constantinopolitani Epistola ad Armenios de fide. 52) S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini

Q 2 Epi-

Epiſtola Dogmatica ad Epictetum Epiſcopum Corinthi. 53) Ejusdem demonſtratio, quod unus ſit Chriſtus. 54) Ej. περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος. 55) S. Cyrilli Epiſtola ad Johannem Epiſcopum Antiochenum cæterosque Epiſcopos Orientales de pace. 56) S. Leonis primi ejus nominis Pontificis Romani Epiſtola ad Flavianum Patriarcham Conſtant. contra Eutychen hæreſiarcham. 57) S. Concilii Chalcedonenſis relatio ad Imp. Marcianum de epiſtola Papæ Leonis I. ad Flavianum Patriarcham Conſtantin. 58) Sanctorum Patrum Baſilii M. Ambroſii &c. teſtimonia de duabus in Chriſto naturis. 59) S. Leonis primi ejus nominis Pontificis Rom. Epiſtola ad Imp. Leonem I. 60) Michaelis Cerularii Patriarchæ Conſtantinop. infenſiſſimi Latinorum hoſtis ad Petrum Patriarcham Antiochenum adverſus Latinos Epiſtolæ duæ mendaciis & calumniis refertæ. 61) Petri Patriarchæ Antiocheni Epiſtola reſponſoria ad Michaëlem Patriarcham Conſtantin. 62) Michaelis Cerularii Patriarchæ Conſtant. relatio calumnioſa & virulenta, quomodo ipſe cum ſequacibus ſuis ab Apocriſiariis, ſive Legatis S. Romanæ & Apoſtolicæ ſedis Conſtantinopoli in ipſa magna Eccleſia S. Sophiæ anathematizatus & excommunicatus ſit. 63) Excerpta ex Photii

tii

tii Patriarchæ Constantin. Scriptis contra Ecclesiam antiquæ Romæ, quibus falsò annititur demonstrare Spiritum S. procedere ex solo patre, non autem etiam ex filio. 64) Ejusdem Photii Synopsis Historica VII. Conciliorum Oecumenicorum cum præfatione & Epilogo ad Michaëlem Principem Bulgariæ. 65) Michaëlis Sacerdotis & Syncelli professio fidei. 66) Sanctorum 318. Patrum S. Concilii Nicæni Generalis primi expositio fidei contra Paulum Samosatenum. 67) Anonymi controversia quædam Theologica de Sanctissima Trinitate. 68) Epiphanii Episcopi Constantiæ, sive Salaminis in Cypro explanatio verborum v. 10. c. 2. Epist. 1. ad Cor. 69) Ejusd. Explicatio verborum Christi Matth. c. 24. v. 36. & Marci cap. 13. v. 32. 70) S. Cyrilli explicatio eorundem verborum Christi. 71) Ejusdem Explicatio v. 1. c. 2. Cantici Canticorum. 72) Fragmentum ex S. Maximi Monachi & Martyris expositione Orationis Dominicæ. 73) Anastasii Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni opus de fide orthodoxa adversus Acephalos hæreticos, quod ab exemplari à Jacobo Gretsero S. J. A. C. 1606. Ingolstadii Gr. & Lat. in lucem emisso non parum differt. 74) Nicetæ Archi-Diaconi magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ & Chartophylacis capita de fide orthodoxa sive Anathematismi un-

 decim

decim contra Johannem Philosophum origine & cognomine Italum. 75) Fragmentum Pselli de Sanctissima Trinitate & de differentia inter ὑποστάτων & ἐνυποστάτων. 76) Ex S. Gregorii Episcopi Nysseni oratione contra Apollinarem Fragmentum ineditum. 77) Excerpta ex Eudoxii Patriarchæ Constantinopolitani Ariani oratione de incarnatione verbi Dei. 78) Excerpta ex Scholiis in librum Philippi Solitarii, quem inscripsit Dioptram h. e. regulam, sive amussim rei Christianæ. 79) Epitome Definitionum Theologicarum S. Anastasii Sinaitæ. 80) S. Maximi Monachi & Martyris tractatus de duabus Christi naturis in decem capita divisus. 81) Ex Euthymi Zigabeni Monachi Græci panopli dogmatica orthodoxæ fidei varia adversus diversas hæreses excerpta. 82) Panopliæ dogmaticæ Euthymii Zigabeni Appendix inedita. 83) Anonymi Chronicon Compendiarium à creatione Mundi usque ad suam ætatem h. e. A.C. 1143. 84) Dorothei cujusdam, qui vulgo Episcopus Tyri appellatur, & cum S. Theodoro Presbytero, qui sub Imp. Diocletiano multa passus est, perperam confunditur, Synopsis Historica de 12. Christi Apostolis aliisque 70. ejusdem discipulis & de prophetis V.T. 85) Pseudo-Dorothæi Chronologia Episcoporum & Patriarcharum Byzantinorum &c.

LXXVIII.

LXXVIII.

Septuagesimus octavus Codex MS. Th. Gr. chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 151. & continetur eo Expositio in Prophetam Esaiam, quæ S. Cyrillo Archi-Episcopo Alexandrino tribuitur inter ejus; sed mihi de vero Autore ejus nondum satis liquet.

LXXIX.

Septuagesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus, elegantissimus & optimæ notæ in f. & magna ex parte aureis literis exaratus, constatque 359. foliis & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) Varia S. Gregorii Nazianzeni cognomine Theologi opera cum antiquis Scholiis marginalibus, quæ in editione Parisiensi Græco-Latina 1609. impressa desunt. 2) Nonni Panopolitæ, qui vixit tempore Imp. Theodosii Junioris & Dionysiaca variis antiquorum Poëtarum fabulis referta, heroico carmine composuit, Enarrationes Historiarum profanarum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in variis orationibus meminit, quæque in editione S. Gregorii Parisiensi tantum latinè extant & quidem mutilè & interpolate.

LXXX.

Octogesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegantissimus & optimæ

mæ notæ in f. constatque 358. foliis & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur autem eo varia S. Gregorii Nazianzeni cognomine Theologi Opera cum antiquis æquè antiqua manu exaratis Scholiis marginalibus.

LXXXI.

Octogesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegantissimus & optimæ notæ in f. constatque foliis 315. & ad Johannem Sambucum olim pertinuit. Continentur eo 1) S. Gregorii Nazianzeni Homiliæ sedecim. 2) Ejusdem Σημασία εἰς τὴν Ἰεζεκιὴλ, quæ tamen scripta minus antiqua manu, atque eadem Scriptura adjuncta etiam sunt nonnullis supra memoratis Orationibus Anonymi cujusdam Autoris Scholia marginalia, quibus in margine Orationis secundæ in S. Pascha fragmenta quædam Veterum Græcorum Patrum inserta sunt. Insuta quoque eidem huic Codici sex folia chartacea, quibus continetur S. Basilii M. Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi Oratio in Christi natalem.

LXXXII.

Octogesimus secundus Codex MS. Th Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque 242. foliis & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Et continentur eo S. Gre-

Gregorii Nazianzeni homiliæ ſedecim, cum antiquis nonnullis Scholiis marginalibus.

LXXXIII.

Octogeſimus tertius Codex MS. Th. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus & optimæ notæ in fol. conſtatque foliis 191. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit, continetque S. Gregorii Nazianzeni Orationes XXIV. cum antiquis nonnullis Scholiis marginalibus.

LXXXIV.

Octogeſimus quartus Codex MS. Th. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus elegantiſſimus & optimæ notæ in f. conſtatque nunc foliis 279. & ad Marcum Mamunam Cretenſem olim pertinuit. Continentur eo S. Gregorii Nazianzeni Orationes 30. cum præfixo æque antiquo indice, & tandem ſubjungitur vita Gregorii, ſed mutila.

LXXXV.

Octogeſimus quintus Codex MS. Th. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus & optimæ notæ in 4. conſtatque nunc foliis 208. & ab Augerio Busbeckio olim comparatus fuit Conſtantinopoli. Continet autem S. Gregorii Nazianzeni Orationes ſedecim.

LXXXVI.

Octogeſimus ſextus Codex MS. Th. Græcus eſt membranaceus antiquus nec minus elegans quam bonæ notæ in 4. conſtatque foliis

322. & ad Johan. Sambucum olim pertinuit, continetque S. Gregorii Nazianzeni Orationes septendecim.

LXXXVII.

Octogesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 8. & constat 390. foliis, ac sedecim Orationes ejusdem S. Gregorii comprehendit.

LXXXVIII.

Octogesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ, in fol. constatque foliis 185. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) S. Gregorii Nazianzeni Orationes viginti sex. 2) S. Basilii M. Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ Libri V. adversus Eunomimum hæresiarcham, nec non ejusdem Liber de Spiritu S. ad Amphilochium Episcopum Iconiensem in 30. capita divisus. 3) S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini de recta fide Liber secundus ad Imperatrices in 43. capita divisus, ut & ejusdem Epistola ad Monachos Ægypti, ac denique ejusdem epistola ad Nestorium & Nestorii epistola responsoria.

LXXXIX.

Octogesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 305. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur

tur eo 1) Index Græcus omnium opusculorum totius voluminis; sed minus accuratus. 2) S. Gregorii Nazianzeni Oratio in Pascha & in tarditatem. 3) Barlaami Calabri liber hæreticus contra primatum Papæ, quem Cl. Salmasius Gr. & Lat. edidit Hanoviæ 1608. in 8. 4) S. Anastasii Sinaitæ Quæstio & responsio quadragesima septima de miraculis Eliæ & Elisæi. 5) Constitutionum Monasticarum S. Basilii M. caput 24. 6) S. Theodori Studitæ Admonitio ad æmulandum S. Patrum vitas. 7) Ej. admonitio ad pœnitentiam. 8) Anonymi breviarium divinarum Scripturarum paragraphis, sive Articulis 300. distinctum. 9) Photii Patriarchæ Constantinopolitani Liber Schismaticus de Episcopis & Metropolitis & contra Romanos, sive Latinos Quæst. 10. distinctus. 10) Anonymi dissertatiuncula, qua demonstratur, incruentum passionis Christi sacrificium uno eodem die tantum semel, non autem sæpius esse offerendum. 11) Anonymi dissertatiuncula de generatione hominis. 12) S. Basilii M. ad Gregorium Presbyterum Epistola. 13 & 14) S. Joh. Chrysostomi Epistolæ duæ Pareneticæ ad Theodorum lapsum. 15 & 16) S. Basilii M. ad Monachum lapsum Epistolæ duæ. 17) Historia quædam ex Opere de vitis Patrum. 18) Expositio fidei, quam S. Gregorius Thaumaturgus

turgus per revelationem nocturnæ visionis accepit à S. Joh. Evangelista, qui ipsi vigilanti in lecto & de ratione sermoneque fidei secum disceptanti apparuit una cum B. Dei genitrice. 19) S. Epiphanii Episcopi Constantiæ Cypri recensio 22. operum Hexaëmeri creationis Mundi. 20) S. Anastasii Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni Demonstratio Historica, magnam & Angelicam esse Summi Sacerdotis dignitatem nec Sacerdotem posse judicari à Laico, sed tantum ab alio majori Sacerdote. 21) Ejusdem Narratio quædam de S. Gregorio M. 22) Ej. Quæstiones & responsiones de variis capitibus orthodoxæ fidei & de variorum S. Scripturæ difficilium locorum interpretationibus, quas Gentianus Hervetus primum latine, sed imperfectè, deinde Jacobus Gretserus Gr. & Latine A. 1617. Ingolstadii in 4to. edidit, ast locis plurimis adhuc supplendas. 23) Fragmentum ex S. Epiphanii Panario, & quidem ex refutatione hæreseos 78. Antidicomarianitarum appellatæ, de S. Josepho sponso B. Virginis Deiparæ & de ejusdem liberis ex prima uxore Salome, quod non mediocriter differt ab impresso extante Tom. 1. Opp. Ephiphanii edit. Paris. 1622. p. 1039. 24) Ejusdem Epiphanii Liber supposititius de Vitis Prophetarum eorumque obitu & sepultura, sed abbreviatus & tam respectu ordinis quam styli non

non mediocriter discrepans ab eo qui extat Tom. II. Opp. S. Epiphanii Edit. Parif. p. 235.

XC.

Nonagesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 8. constatque 147. foliis. Et continet 1) S. Gregorii Nazianzeni Orationes quinque. 2) S. Basilii M. Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ Homilias quinque.

XCI.

Nonagesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus & bonæ notæ in fol. constatque nunc foliis 221. quorum 17. priora ut & 49 & 50. ob defectum veterum membranaceanorum sunt chartacea. Continetur eo Nicetæ Metropolitæ Serrarum in Macedonia prima Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Orationes XVI. qui hactenus latine tantum prodiit in lucem, neque integer, sed valde mutilus & interpolatus.

XCII.

Nonagesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in f. & à blattis ac tineis valde corrosus, constatque nunc foliis 348. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continetur eo ejusdem Nicetæ, primum quidem Serrarum in Macedonia prima, postea autem Heracleæ in Thracia Metropolitæ Commentarius

tarius in S. Gregorii Nazianzeni Orationes XVI.

XCIII.

Nonagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 308. & olim pertinuit ad Arsenium Monembasiæ in Peloponneso Archiepiscopum, postea autem à Joh. Sambuco emtus est in Italia, & post hujus obitum pervenit in Aug. Bibl. Cæsaream. Continetur eo 1) Nicetæ prædicti Commentarius in S.Gregorii Nazianzeni Orationes XVI. A. C. 1191. scriptus. 2) Anonymi libellus continens Apophthegmata variorum philosophorum aliorumque virorum illustrium ordine Alphabetico, una cum peculiari quadam Appendice de Apophthegmatibus fœminarum.

XCIV.

Nonagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4. tam in principio quam fine lacerus atque mutilus, constatque nunc foliis 379. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur autem eo ejusdem Nicetæ idem Commentarius in S. Gregorii Naz. Orationes XVI.

XCV.

Nonagesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus in fol. & nimia vetustate totus ruinosus ac lacerus, constatque nunc foliis 158.

Con-

Continetur eo 1) ejusdem Nicetæ pars dimidia posterior ejusdem jam sæpe dicti Commentarii, scilicet ab Oratione 8. usque ad 16. 2) Anonymi in Sanctos quadraginta martyres Sebastenos Hymnos cum antiquis notis Musicis.

XCVI.

Nonagesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4to. constatque nunc foliis 275. & olim pertinuit ad Joh. Sambucum, qui eum A. 1563. à Fulvio Ursino Romæ emit. Continetur autem eo ejusdem Nicetæ idem Commentarius, sed mutilus & imperfectus.

XCVII.

Nonagesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 254. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo Anonymi Commentarius in easdem jam dictas S. Gregorii Nazianzeni Orationes, ἀνεπίγραφος & à Nicetæ Commentario diversus, at elegans tamen & doctus & copiosus, & icircò publica luce & translatione latina dignissimus.

XCVIII.

Nonagesimus Octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4to. constatque 303. foliis & ad Joh. Sambucum

cum olim pertinuit. Continentur eo Basilii cujusdam hactenus inedita Scholia in easdem supra memoratas S. Gregorii Nazianzeni Orationes sedecim, quibus non pauca alia Scholia subinde permixta sunt, atque nonnullis eorundem præter inscriptionem ordinariam ἌΑλλως εἰς τὸ αὐτὸ in margine adscriptum est Μαξίμου h. e. ut ego interpretor, S. Maximi Monachi & Martyris.


XCIX.

Nonagesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus & bonæ notæ in folio minori, constatque nunc foliis 158. & olim ad Philotheum quendam monachum pertinuit. Continetur eo 1) Basilii cujusdam hactenus quidem inedita, editu tamen dignissima Scholia in S. Gregorii Nazianzeni Orationes 29. à sedecim illis, quarum Scholia ab eodem Basilio composita Cod. præced. extant, diversas. 2) Ejusdem Basilii Epilogus Scholiorum suorum in S. Gregorii Naz. Orationes & præcipue quidem in duas invectivas in Imp. Julianum Apostatam. 3) Nonni Panopolitæ expositio Historiarum ac fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in duabus suis adversus Imp. Julianum Apostatam orationibus invectivis meminit.

C.

Centesimus Codex MS. Th. Gr. est membrana-

branaceus pervetuſtus & optimæ notæ in f. minori,conſtatque nunc foliis 121. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continetur eo 1.) Ejusdem ſupra memorati Baſilii hactenus inedita Scholia in S. Gregorii Nazianzeni orationes quindecim. 2.) Ejusdem Epilogus Apologeticus Scholiorum ſuorum in S. Gregorii orationes & præcipuè in duas invectivas in Julianum Apoſtatam. 3.) Nonni Panopolitæ expoſitio Hiſtoriarum ac fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in duabus ſuis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam Orationibus invectivis meminit. 4.) Cantica duo Eccleſiaſtica menſis Septembris cum antiquis Græcis notis Muſicis ad feſtum Nativitatis B. Virginis Deiparæ & ad memoriam parentum ipſius S. Joachim & S. Annæ pertinentia.



PETRI LAMBECII
HAMBURGENSIS
LIBER QVARTUS
DE
AUGUSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

continens

Catalogum CENTUM Codicum MSctorum Theologicorum Græcorum in Bibliotheca jam dicta extantium, & quidem generatim SS. Patrum aliorumque S. E. qui vixerunt à Seculo post C.N.IV. ad Sec.VIII.

Speciatim

1.) *S. Gregorii Nazianzeni num. 101 - 104.*
2.) *Didymi Alexandrini num. 105.*
3.) *S. Gregorii Nysseni num. 106 - 11.*
4.) *S. Joh. Chrysostomi num. 112-157.*
5.) *S. Diadochi num. 158 - 159.*
6.) *Michaëlis Glycæ 160.*
7.) *S. Augustini 161 - 162.*
8.) *Theodori Antiocheni 163.*
9.) *Theodoreti 164 - 171.*
10.) *Andreæ Tarmari 172 - 174.*
11.) *Procopii Sophistæ Christiani 175.*
12.) *S. Basilii M. 176.*

13.) *Joh.*

13.) *Joh. Climaci 177-183.*
14.) *Joh. Jejunatoris 184.*
15.) *S. Anaſtaſii Sinaitæ 186-188.*
16.) *S. Gregorii I. 189.*
17.) *S. Gregorii II. 190.*
18.) *S. Antiochi 191-192.*
19.) *S. Maximi Monachi 193-196.*
20.) *Coſmæ Hieroſolymitani 197.*
21.) *S. Joh. Damaſceni 198-200.*

CI.

Centeſimus primus Codex MSctus Theologicus Græcus eſt chartaceus mediocriter antiquus, conſtatque foliis 200. & ad V. Cl. *Joh. Sambucum*, ut ipſe ſolita propriæ manus inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo 1.) *Varia S. Gregorii Nazianzeni Poëmata* numero 126. partim jam edita, partim nondum edita, cum antiquis lectionibus variantibus pasſim in margine adſcriptis. 2.) Anonymi cujusdam Autoris, quem *Theodorum* Imperat. Conſtantini Porphyrogeniti, cum is poſt Patris ſui Imp. Leonis cognomine philoſophi & patrui ſui Imp. Alexandri obitum A. C. 912. adhuc puer ſub regimine matris ſuæ Zoës imperare cœpiſſet, Præceptorem fuiſſe, ac Monitorem ex variis indiciis veroſimillime apparet. *Orationes* quinque adhuc ineditæ.

 3.) Joh.

3.) *Joh. Chrysostomi* Tractatus de *Virginitate* in 84. capita divisus.

CII.

Centesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 269. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continentur eo 1.) Anonymi cujusdam Autoris, (qui vel *Nicetas* iste fuisse videtur, qui alias dictus est *David Philosophus* cujusque Commentarius in S. Gregorii Naz. Tetrasticha & Monosticha ab *Hercule Phaello*, Presbytero Imolensi latinè versus & Imolæ A. 1588. est editus, vel potius *Joh. Zonaras* qui & S. Gregorii tetrasticha & alia non pauca partim ejusdem partim diversi generis monumenta antiqua, Commentariis atque paraphrasibus suis illustravit.) *Paraphrases* 33. in totidem S. Gregorii Nazianzeni Carmina. 2.) *Theophanis* Tauromeniæ sive potius Tauromenii vel Taurominii in Sicilia Archiepiscopi, cognomine *Cerameos* sive *figuli*, qui in alio Aug. Bibl. Cæsareæ Codice appellatur Gregorius, Homiliæ 56. in Evangelia Dominicalia & festa anniversaria. 3.) *Georgii Archiepiscopi Nicomediæ* (qui à R. P. Antonio Possevino in Appendice Apparatus Sacri corruptè vocatur Georgius Nicodius) *Homilia in S. magnam Parasceven & in Christi crucifixionem.*

CIII.

CIII.

Centesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 8. constatque 53. foliis. Continetur eo 1.) *S. Gregorii Nazianzeni Tragædia* vel potius Tragicomædia quæ vulgò inscribitur χρισὸς πάχων, *Christus patiens* & a nonnullis contra veterum Codicum MSctorum autoritatem *Appollinari* Laodiceæ in Syria Episcopo attribui solet. 2.) *Georgii Chœrobosci* Grammatici pervetusti & celebris Libellus de 27. *tropis & figuris Poeticis*.

CIV.

Centesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque 111. foliis. Continetur eo 1.) *Vita S. Gregorii Nazianzeni* ex Suidæ Lexico desumta. 2.) Ejusdem *S. Gregorii Tragicomædia*, quæ Christus patiens inscribitur, una cum *Anonymi* cujusdam antiqui Scholiastæ græca *expositione* partim *marginali*, partim *interlineari*, diversa tamen ab illa, quæ extat in proximè præcedenti Codice.

CV.

Centesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 9. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Didymi Alexandrini*, ab infantia licet cæci, ob multa tamen, quæ

composuit, egrigia opera & quod Hieronymum in Ægypto habuerit discipulum, celeberrimi, *Liber contra Manichæos*, qui à R. P. *Antonio Possevino* in Apparatu sacro p. 421. Edit. Venetæ 1603. in f. ut & à V. Cl. *Henrico Canisio* Tom. 5. Antiqu. Lection. p. 15. Edit. Ingolstad. 1604. in 4. quidem est editus, sed latinè tantum secundum translationem R.P. *Francisci Turriani* è Soc. Jesu.

CVI.

Centesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 238. & est unus ex illis *Job. Sambuci* Libris, quos à reliqua ipsius Bibliotheca avulsos *Sebastianus Tengnagelius* redemit, & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Scriptus autem est manu cujusdam Genesii, & continet varia *S. Gregorii Nyssæ in Cappadocia* Episcopi, opuscula videlicet *Homilias*, *Orationes*, *Epistolas*, *Dialogos*, *Encomia &c.* quæ omnia digna sunt, ut Operum S. Gregorii hactenus impressæ editiones cum hisce MSctis diligenter & accuratè conferantur, & eorum ope emendentur & suppleantur.

CVII.

Centesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 262. Continentur eo 1.) *S. Gregorii Nysseni Homiliæ* 8. in octo Beatitudinis compa-

randæ

randæ modos, quorum Servator Matth. 5. meminit. 2.) Ej. *Epistola* ad Olympium monachum de perfectione & qualem oporteat esse Christianum. 3.) Ej. *Epistola* ad Harmonium de nomine & professione Christianorum. 4.) *Severiani Gabalorum in Syria Episcopi* Orationes 6. in κοσμοποιΐαν, sive creationem Mundi. 5.) *S. Joh. Chrysostomi* Oratio in illud; quomodo Adam acceperit animam & de passione Christi. 6.) *Anonymi Epigramma* in imaginem Christi crucifixi ab imperatrice Constantin. Theodora, quæ A. C. 842. post obitum mariti sui Imp. Theophili cum filio suo Michaële Methysta imperare cœpit, Constantinopoli erectam & dedicatam. 7.) *Epigramma Callisti* in Apsides Templi Constantinopolitani S. Sophiæ. 8.) *S. Joh. Chrysostomi* expositio in Psalmum 4. 9.) *Ejusdem homilia* in illud Psalmi quarti; *In tribulatione dilatasti me.* 10.) *S. Cæsarii fratris S. Gregorii Nazianzeni* Dialogi quibus continentur responsa ad Varias quæstiones, partim & præcipuè quidem Theologicas, partim autem Philosophicas, Constantinopoli à diversis viris doctis ipsi propositas. Et cum ex hoc MScto aliisque nonnullis hujus commatis, ut & ex Michaelis Glyzæ Parte I. Annalium & ex Codice 210. Bibl. Photii luculenter appareat hos dialogos à S. Cæsario S. Gregorii Naz. fratre esse

R 4 com-

compoſitos; facile hinc poteſt duci ratio, in quanto errore verſetur *Jacobus Billius* S. Michaelis in eremo Abbas,qui in ſua Operum S. Gregorii Naz. editione latina Pariſiis A. 1583. duobus Tomis impreſſa perſuaſum ſibi habuit, eosdem ab alio quodam longe recentiori Cæſario eſſe confectos adeoque in *Joh. Lewenclajum* ſive Leuenclavium qui primus latine eos vertit & publica luce donavit in fine Opp. S. Gregorii Naz. Baſileæ A. 1571. impreſſ. ſine ratione admodum acerbe invehit,indignam illi pro labore translationis latinæ & cura primæ editionis gratiam rependens.

CVIII.

Centeſimus octavus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus pervetuſtus in f. conſtatque foliis 20. & 13. opuſcula *S. Gregorii Nyſſeni* complectitur.

CIX.

Centeſimus nonus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. conſtatque nunc 170. foliis. Continentur autem eo *S. Gregorii Nyſſeni* 1.) *Homiliæ octo* in totidem beatitudines Evangelicas. 2.) *Homiliæ quinque* in orationem Dominicam. 3.) *Orationes* variæ, ex quibus una eſt *ἀκέφαλος* in SS. Apoſtolos *Petrum atque Paulum* quam R. P. *Jacobus Gretſerus* A. 1620. Ingolſtadii græce & latine ſub nomine S. Gregorii Naz. edidit

qui-

quidem; sed parum circumspectè, si quid judico. Est enim *Maximi* Monachi Constantinopolitani cognomine *Planudis* fœtus, qui integris circiter 918. annis S. Gregorio Naz. est junior: Siquidem bis eandem integram in duobus Aug. Bibl. Cæs. Codicibus MSctis sub eo nomine reperi: Et Leo etiam Allatius ejusdem meminit in Diatriba de Symeonum scriptis adjecta simul Planudis appellatione.

CX.

Centesimus desimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus pervetustus in 4. constatque 105. foliis. Continetur eo 1.) *S. Gregorii Episcopi Nysseni opus de creatione hominis* quod Petro fratri Episcopo Sebasteno inscriptum est. 2.) *Severiani Gabalorum* in Syria Episcopi Homiliæ sex in creationem mundi, quas Nobiliss. Eques Anglus *Dn. Henricus Savilius* Tom. 7. Opp. Chrysostomi primum græcè sub vero Severiani nomine edidit, cum Joh. Chrysostomo alias falsò attributæ fuissent.

CXI.

Centesimus undecimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 236. & ab *Augerio Busbekio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1.) *S. Gregorii Episcopi Nysseni* oratio in *S. lumina* sive in festum baptismatis Christi accensis cereis celebrari solitum.

 2.) Hi-

2.) *Historia Martyrii S. Photinæ* Samaritanæ filiorumque ipsius & sororum ab anonymo quodam non minus eleganter quam prolixe descripta, sed hactenus, quod ego sciam, nondum in lucem edita. 3.) *S. Gregorii Nysseni* Orationes duæ in Sanctos 40. Martyres. 4.) *Philothei Patriarchæ* Constantin. *Oratio* in omnes Sanctos. 5.) *Theodori Primi* â Secretis & Patricii cognomine *Daphnopatæ* Oratio de manu S. Joh. Baptistæ Antiochiâ Constantinopolin translata. 6.) *Joh. Chrysostomi* Oratio Panegyrica in S. Ignatium Martyrem Episcopum Antiochenum. 7.) *Nicephori Gregorii* Oratio in Sanctam Theaphononem Imp. Leonis VI. cognomine Philosophi vel Sapientis primam Conjugem. 8.) *Theophanis Tauromenis* in Sicilia Archiepiscopi cognomine *Cerameus* sive *figuli* Homiliæ XI. in totidem Evangelia matutina. 9.) *S. Gregorii Nysseni* Libris Antirrheticis contra Eunomium hæresiarcham. 10.) *Symeonis Metaphrastæ* Historia Martyrii S. Nicetæ Gothi qui ab Athanarico rege ob catholicam fidem comburi jussus est. 11.) *Symeonis Metaphrastæ* Historia Martyrii S. Eleutherii Episcopi Illyrici. 12) *Ejusdem Historia Martyrii* S. Polyeucti, qui sub Imp. Decio Melitenæ passus est. 13.) *Callisti* Patriarchæ Constantinopolitani *Oratio* in obdormitionem sive Assum-

ſumtionem B. Virginis Deiparæ hactenus inedita. 14.) Ej. *Oratio* in decollationem S. Johannis Baptiſtæ. 15.) Ej. *oratio* in exaltationem S. crucis. 16.) *S. Joh. Chryſoſtomi Homilia* 44. in Evangelium S. Johannis. 17.) *Magni Logothetæ* Conſtantinopolitani, Conſtantini Agropolitæ *Oratio* in S. Martyrem Theodoſiam patria Conſtantinopolitanam, quæ ſub Imp. Leone Iſauro pro cultu Sacrarum Imaginum Conſtantinopoli paſſa eſt.

CXII.

Centeſimus duodecimus Codex MS. Th. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus & optimæ notæ in f. conſtatque foliis 281. Continentur autem eo *S. Joh. Chryſoſtomi Homiliæ* 29. in Geneſin, ſed ita ut loco Homiliæ vigeſimæ, quæ ibi omiſſa eſt, extet oratio vigeſima, quæ in impresſis editionibus Opp. S. Joh. Chryſoſtomi Saviliana Anglicana & Frontiniana Pariſienſi eſt vigeſima prima.

CXIII.

Centeſimus decimus tertius Codex MS. Th. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus & optimæ notæ in f. conſtatque 312. foliis & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chryſoſtomi Homiliæ* 29. in Geneſin, quarum prima & ultima eſt mutila & quæ h. l. eſt prima in impresſis editionibus eſt ſecunda. 2.) *Hiſtoria vitæ Martyrii & miraculorum S. Theo-*

Theodori cognomine Tyronis, qui sub Impp. Maximiniano & Maximino in urbe Ponti Amasea passus est ab *Anonymo quodam Autore composita*. 3.) *Chrysippi Presbyteri* Hierosolymitani, qui sub initium Sec. V. vixit. Narratio miraculorum S. Theodori Martyris cognomine Tyronis. 4.) *S. Anastasii Sinaita*, qui ex Monacho Montis Sinai evasit Patriarcha Antiochenus, *Demonstratio*, magnam & Angelicam esse Summi Sacerdotis dignitatem, nec Sacerdotem posse judicari à laico, sed tantum ab alio majori Sacerdote. 5.) *Anonymi* narratio de efficacia sinceræ fidei & de conversione 12. latronum, quorum Princeps monasterium aliquod muliebre, in suburbio Antiocheno situm & firmissimo muro circumdatum, prodendi ejus & spoliandi causa, sub falso monachi habitu intraverat. 6.) *S. Joh. Chrysostomi* homilia in illud; Nemo potest duobus dominis servire. 7.) Historia vitæ & miraculorum *Nicolai* Episcopi Myrensis in Lycia ab anonymo quodam composita.

CXIV.

Centesimus decimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. majori, constatque 254. foliis, & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi* λόγοι sive *Orationes* in Genesin ab Orationis 3. parte usque ad

ad partem Orationis 32. quæ tam in Saviliana quam Frontoniana editione est 30.

CXV.

Centesimus decimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque foliis 201. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, ante quem *Marcus Mammuna* eundem possedit. Continentur autem eo *S. Joh. Chrysostomi* Homiliæ in Genesin ab Homilia 34. usque ad 67.

CXVI.

Centesimus decimus sextus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. majori, constatque foliis 324. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli, cum antea Μαξίμȣ τȣ͂ ἁμαρτωλȣ͂ fuerit. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chrysostomi* Homiliæ 25. in Genesin ab Homilia 42. usque ad 66. 2.) *Historia miraculi*, quod A. C. 765. sub Imp. Constantino Copronymo, cum quæstio de S. imaginum cultu quam maximè agitaretur, oportunissimè contigit Beryti per imaginem Christi, quæ cum à Judæis ad imitationem passionis Dominicæ per ludibrium crucifixa esset, verum ex latere suo emisit sanguinem & aquam, tributa vulgo *S. Athanasio*, Archiep. Alexandrino, qui A. 373. obiit, sed scripta ab *Athanasio Juniore*, qui huic prodigio fuit σύγχρονος. 3.) *S. Joh. Chrysostomi* Ora-

Oratio in quatriduanum Lazarum. 4.) Ej. oratio alia in eundem. 5. *Andreæ Archiepiscopi Cretensis* Oratio in Dominicam Palmarum. 6.) *Leontii Presbyteri Constantinopolitani* Oratio in Jobum. 7.) *S. Joh. Chrysostomi* Oratio in ficum exarescentem. 8.) Ej. oratio in illud Matth. 12: *Exeuntes Pharisæi faciebant consilium adversus eum.* 9.) *S. Ephram Syri* Oratio in meretricem ungentem Christum. 10.) *Leontii Presbyteri Constantin.* oratio alia in Jobum. 11.) *Ej. Oratio* in proditionem Christi, & Uxorem Jobi. 12.) *S. Joh. Chrysostomi* oratio in latronem & proditorem Judam. 13.) *Leontii Presb. Constant.* oratio in passionem Christi & in Jobum 14.) *S. Epiphanii Constantiæ sive Salaminis in Cypro Insula Episcopi* oratio in sepulturam Christi & in Josephum ab Arimathia. 15.) *S. Gregorii Nazian.* Orationes duæ in S. Pascha. 16.) *Ej.* Oratio in novam Dominicam & in *S. Martyrem Mamantem.* 17.) *S. Joh. Chrysostomi* oratio in S. Thomam Apostolum & contra Arrianos. 18.) *Ej.* oratio in resurrectionem Christi & tres mulieres unguentiferas. 19.) *Leontii Presbyteri Constant.* Homilia in mediam pentecosten & in cæcum â nativitate quam *Franciscus Combefisius* Monachus Dominicanus Parisiensis, homo insolentissimus atque maledicentissimus Tom. 1. Auctarii Biblio-

bliothecæ Patrum Græco-latinæ Parisinæ à columna 719. ad 798. edidit; sed more suo, h. e. cum variis ineptis conjecturis & pravis minimeque necessariis emendationibus. 20.) *S. Joh. Chrysostomi* Oratio in paralyticum & in illud, nolite judicare secundum aspectum. 21.) *Ej.* orationes duæ in Ascensionem Christi. 22.) *S. Gregorii Naz.* Oratio in S. Pentecosten. 23.) *S. Joh. Chrysostomi* Oratio in S. Pentecosten. 24.) *S. Ephræmi Syri* Oratio panegyrica in omnes S. Martyres servatoris J. C. qui per totum terrarum Orbem passi sunt. 25.) *Anonymi* cujusdam Autoris Historia martyrii Sanctorum 40. Martyrum Sebastenorum. 26.) *S. Basilii M. Cæsareæ Cappadociæ* Archiepiscopi Oratio panegyrica in S. 40. Martyres Sebastenos. 27.) *S. Joh. Chrysostomi* orationes duæ in Annunciationem B. Virginis Deiparæ.

CXVII.

Centesimus decimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus in f. constatque foliis 85. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi* Homiliæ 12. in Genesin, quæ in impressis editionibus sunt 46. 47. 40. 41. 42. 43. 44. 52. 53. 54. 55. 56.

CXVIII.

Centesimus decimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus in f. constat-

que

que foliis 47. Continentur autem eo *S. Joh. Chrysostomi* Homiliæ sive Orationes 5. in Genesin nempe 14. 15. 16. 17. 18.

CXIX.

Centesimus decimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 113. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi* Homiliæ sive orationes 9. in Genesin, quæ in editionibus impressis sunt 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39.

CXX.

Centesimus vigesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 227. & est unus ex illis *Joh. Sambuci* libris, quos a reliqua ipsius Bibliotheca avulsos *Seb. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continetur eo 1.) *Commentarius in prophetiam Jeremiæ*, Librum Baruch, & lamentationes Jeremiæ, qui quidem in duplici inscriptione, quæ illi in hoc Codice MS. præfixa est, soli attribuitur. S. Joh. Chrysostomo, revera autem ex *Originis, Chrysostomi & Theodoreti* tribus diversis in eundem prophetam expositionibus est conflatus & in XII. Sectiones divisus. 2.) *Theodoreti* Episcopi Cyrensis *Expositio* in prophetam Danielem in 10. Sectiones divisa.

CXXI.

CXXI.

Centesimus vigesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus, elegans & bonæ notæ in f. constatque foliis 430. & unus est ex illis *Joh. Sambuci* libris, quos à reliqua ipsius Bibliotheca avulsos Seb. Tengnagelius redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continentur eo S. Joh. Chrysostomi Homiliæ 90. in Ev. S. Matthæi cum antiquo Græco indice Ethico omnium illarum orationum argumenta moralia summatim complectentem & hactenus, quod ego sciam, nondum editum.

CXXII.

Centesimus vigesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque foliis 301. & olim ad J. Sambucum pertinuit. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi Homiliæ* in Evangelium S. Matthæi ab Homilia 1. usque ad 42.

CXXIII.

Centesimus vigesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus in f. majori ante 200. circiter annos exaratus, pertinuitque olim ad regis Hungariæ *Mathiæ Corvini* Bibliothecam Budensem, post cujus barbaram dissipationem *à Joh. Sambuco* redemtus & post hujus mortem cum reliqua ipsius supellectile literaria in *Aug. Bibl. Cæsaream* est translatus. Continentur eo S. Joh. Chrysostomi Homiliæ in

Evang. S. Matthæi ab Homilia 1. usque ad 43. Et totus codex constat 302. foliis.

CXXIV.

Centesimus vigesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus ac optimæ notæ in f. constatque foliis 326. & ab AugerioBusbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Et continentur eo *S. Joh. Chrysostomi variæ quædam homiliæ.*

CXXV.

Centesimus vigesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus optimæque notæ in f. & constat foliis 266. Continentur eo *S. J. Chrysostomi Homiliæ* in Evangelium S. Matthæi ab homilia 10. ad 44.

CXXVI.

Centesimus vigesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. Majori, constatque foliis 281. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi* Homiliæ ab Homilia 14. usque ad 42.

CXXVII.

Centesimus vigesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus, & licet valde mutilus, variisque pravis transpositionibus laborans, optimæ tamen notæ in f. constatque foliis 68. & continet *S. Joh. Chry-*

sostomi

fostomi Homilias quasdam in Evangelium S. Matthæi.

CXXVIII.

Centesimus vigesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & licet in principio & fine aliisque nonnullis intermediis locis ob defectum aliquot foliorum præ nimia vetustate mutilus, optimæ tamen notæ in f. constatque foliis 202. & continet S. Joh. Chrysostomi homilias 35. in Evangelium S. Matthæi ab Homilia 51. quæ in principio est mutila usque ad 85.

CXXIX.

Centesimus vigesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. majori, constatque foliis 282. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi* Homiliæ in Evang. S. Matthæi ab Homilia 45. usque ad 90. cum antiquo græco indice Ethico, omnium illarum argumenta moralia summatim complectentem. Et testis est antiqua inscriptio *Joh.* cujusdam *Manclavitæ*, hunc codicem pertinuisse olim ad Monasterium Constantinopolitanum S. Joh. præcursoris Domini S. Baptistæ situm proxime Gisternam Aetii & cognominatum Petram, Aliaque quædam affirmat καὶ τῦτο τὸ βιβλίον Δωροθέυ.

CXXX.

Centesimus trigesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. Majori constatque foliis 281. & pertinuit olim primum ad *Georgium* quendam *Corinthium*, deinde ad *Marcum Mamunam Crentensem*, & tandem ad *Joh. Sambucum*. Continentur autem eo *S. Joh. Chrysostomi homiliæ* in Evang. S. Mathæi ab Homilia 44. usque ad 90. Ex quibus tamen desunt injuria vetustatis Homilia 77. 78. & 79. una cum parte priori 80.

CXXXI.

Centesimus trigesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque foliis 375. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chrysostomi Homiliæ* 88. in Evangelium S. Johannis laborantes nonnullis præposteris foliorum quorundam transpositionibus ab imperito & negligente Bibliopego commissis, quæ tamen facile possunt corrigi, si codex totus dissolvatur & denuo compingatur. 2.) *Johannis Archiepiscopi Thessalonicensis Homilia* de concordia Evangelistarum circa resurrectionem Dominicam, quam primus græce publicavit *Henricus Savilius* Tom. V. Opp. Chrysostomi p. 740. seq. sed tanquam dubiæ fidei & in principio mutilam; Integra autem & sub

ſub nomine veri autoris extat Tom. I. Auctarii Bibliothecæ Vett. Patr. Græco-latinæ Pariſiis A. 1648. in f. editæ.

CXXXII.

Centeſimus trigeſimus ſecundus Codex MS. Th. Gr. eſt membranaceus in f. conſtans 311 foliis & abhinc 610 annos à *Diomede* quodam elegantiſſime exaratus, quem *Augerius Busbeckius* olim comparavit Conſtantinopoli. Continentur eo *S. Joh. Chryſoſtomi homiliæ* in Evang. S. Johannis ab Homilia 1. usque ad 45.

CXXXIII.

Centeſimus trigeſimus tertius Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4. & conſtat 334. foliis. Continetur eo 1.) *Anonymi Expoſitio* in Evangelium S. Matthæi ex S. Joh. Chryſoſtomi 90. Homiliis in idem Evangelium compendioſe excerpta. 2.) *Ejusdem Anonymi Expoſitio* in Evangelium S. Johannis ex S. Joh. Chryſoſtomi 88. Homiliis in idem Evangelium compendioſè excerpta.

CXXXIV.

Centeſimus trigeſimus quartus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in f. conſtatque foliis 253. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Joh. Chryſoſtomi Homiliæ* 33. in S. Pauli Epiſtolam ad Romanos; Et in fine indicatur, eum ſcriptum

esse à *Nilo* quodam *Hieromonacho* A.C. 1445. Extant præterea in eodem Codice *excerpta quædam miscellanea* ex scriptis SS. Patrum, ad implendum videlicet folia 7. quæ alioqui mansissent vacua.

CXXXV.

Centesimus trigesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus elegans & bonæ notæ in f. constatque foliis 295. & pertinuit olim ad Doctissimum celeberrimumque *Bessarionem* Archiepiscopum Nicænum, patria Trapezuntinum, qui A. C. 1439. à Papa Eugenio Florentiæ in Concilio Generali S. R. E. Cardinalis creatus est, & A. 1473. obiit. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chrysostomi Homiliæ* 30. in S. Pauli Epistolam secundam ad Corinthios. 2.) *Ejusdem argumentum & Expositio* in S. Pauli Epist. ad Philemonem in tres Homilias divisa. 3.) *Ej. Expositio* in Epist ad Titum in Sex Homilias divisa. 4.) *Ej. Expositio* in Epist. Pauli ad Galatas.

CXXXVI.

Centesimus trigesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. constatque foliis 241. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *Homiliæ decem posteriores S. Joh. Chrysostomi* in S. Pauli Epistolam secundam ad

Corin-

Corinthios, nempe à 21. usque ad 30. 2.) *Ejusdem argumentum & Homiliæ* 33. in Pauli Epist. ad Hebræos.

CXXXVII.

Centesimus trigesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & bonæ notæ in f. constatque foliis 393. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1.) *S. Job. Chrysostomi Homiliæ* 5. 18. & 28. in Epist. secundam Pauli ad Corinthios. 2.) *Ejusdem argumentum & homiliæ* 3. in Epist. Pauli ad Philemonem. 3.) *Ej. hypothesis & Homiliæ* 24. in Epist. Pauli ad Ephesios. 4.) *Ej. Homiliæ* 30. in Epistolam secundam Pauli ad Corinthios. 5.) *Ejusdem Homiliæ* 28. in Epistolam 1. & 2. Pauli ad Timotheum. 6.) *Ej. oratio de pseudoprophetis & falsis doctoribus* & Atheis hæreticis & de signis consummationis, quam paulo ante mortem habuit.

CXXXVIII.

Centesimus trigesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque foliis 177. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Job. Chrysostomi Homiliæ* 24. in S. Pauli Apostoli Epistolam ad Ephesios.

CXXXIX.

Centesimus trigesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegans

gans & optimæ notæ in f. constatque foliis 208. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chrysostomi Homiliæ* undecim in S. Pauli Apostoli Epistolam 1. ad Thessalonicenses & homiliæ 5. in Epist. 2. ad eosdem. 2.) *Ej. Homiliæ sex* in Epist. Pauli ad Titum. 3.) *Ej. Homiliæ* in Epistolam Pauli ad Colossenses, quarum 11. est mutila, 12 autem omninò deest.

CXL.

Centesimus quadragesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. sed præ vetustate ruinosus & lacerus, & in principio ac fine mutilus, constatque nunc foliis 286. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chrysostomi Homiliæ* 34. in Epistolam S. Pauli ad Hebræos. 2.) *Ej. Hypothesis & Homiliæ* quindecim in Epist. Pauli ad Philippenses. 3.) *Ej. Homiliæ* 12. in Ep. Pauli ad Colossenses. 4.) *Ej. Expositio perpetua* in Epist. Pauli ad Galatas. 5.) *Ej. Orationes* 6. de Sacerdotio. 6.) *Andreæ ArchiEpiscopi* Cretensis cognomine Hierosolymitani *Orationes duæ* in B. Virginis Mariæ diem natalem, quæ extant impressæ Tom. 1. Auctarii Bibliothecæ SS. Patr. Græco-latinæ Parisinæ Columna 1289. seq. 7.) *Joh. Damasceni* oratio in nativi-

tivitatem B. Virginis Deiparæ, quæ ob defectum unius folii in fine est mutila.

CXLI.

Centesimus quadragesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 239. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chrysostomi Homiliæ* in Epistolam Pauli ad Hebræos ab Homilia 3. in principio mutila usque ad 34. 2.) *Ejusdem Hypothesis & Homiliæ* in Epist. Pauli ad Romanos à prima usque ad 29.

CXLII.

Centesimus quadragesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus elegans & optimæ notæ in quarto oblongo, scriptus A. C. 1088. adeoque vetustate ruinosus ac lacerus, & in principio ac fine mutilus, constansque 227. foliis. Continetur eo *Anonymi Expositio* in Pauli Epistolam ad Romanos duas ad Corinthios, unam ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, duas ad Thessalonicenses, unam ad Hebræos, duas ad Timotheum & unam ad Titum, ex *S. Joh. Chrysostomi* hypothesibus & Homiliis in easdem Epistolas compendiose excerpta. Ubi consideratu dignissima divisio Epist. Pauli in lectiones, capita & versus: Siquidem in fine Epistolæ ad Ro-

cem & de transgresſione primorum parentum. 16.) *Ej. oratio* de jejunio & in expulſionem Adami & de malis mulieribus. 17.) *Ej. oratio* in 5. panes & in expulſionem Adami ex Paradiſo. 18.) *S. Anaſtaſii Sinaitæ homilia* in Pſalmum 6. & in ingreſſum jejuniorum. 19.) *S. Joh. Chryſoſtomi oratio* de jejunio. 20.) *S. Baſilii M. orationes duæ* de jejunio. 21.) *S. Joh. Chryſoſtomi homilia* parænetica in initium quadrageſimæ. 22.) *Ej. homilia* in illud Pſalm. 38. ſed *fruſtra conturbatur omnis homo.* 23.) *Hiſtoria Martyrii S. Martyris Theodori* cognomine Tyronis, qui ſub Imp. Maximiniano paſſus eſt. 24.) *Nectarii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Narratio*, quam ob cauſam in primo Sabbatho S. jejuniorum celebremus memoriam S. Theodori Martyris cum annexa admonitione de conjungendis jejunio & Eleemoſyna, quæ cum præcedente hiſtoria Theodori extat apud Surium Tom. 6. de probatis Sanctorum hiſtoriis; ſed tantum latine. 25.) *Teſtamentum S. 40. Martyrum* Sebaſtenorum adhuc ineditum. 26.) *S. Baſilii M. Oratio panegyrica* in S. 40. Martyres Sebaſtenos. 27.) *S. Joh. Damaſceni oratio* de S. imaginibus. 28.) *Hiſtoria* miraculi *Berytiani*, cujus ſupra Codice 116. n. 2. facta eſt mentio. 29.) *S. Joh. Chryſoſtomi* orationes duæ in Pſalmum 50. 30.) *Ej. Oratio* de pœniten-

nitentia. 31.) *Ej. orationes duæ* de jejunio. 32.) *Ej. oratio* in c.15. Evang.S.Lucæ de drachma & de filio prodigo. 33.) *Anonymi Historia* Martyrum S. 40.Sebastenorum. 34.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de serpente, quem Moyses in eremo crucifixit. 35.) *Ej. oratio* in annunciationem B. Virginis Deiparæ. 36.) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis oratio* in annunciationem B. Virginis Deiparæ. 37.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de jejunio. 38.) *Ej. oratio* de patientia & de mortuis non tam vehementer deflendis,præcipue si infantes sint. 39)*Ej. oratio*, quod is qui singularem aliquam à Deo habet gratiam, communicare eam debeat cum illo,qui ea indiget & de Presbytero. 40.)*Narratio de Sozomeno* quodam,qui Christum sub persona pauperis nudi proprio pallio suo vestivit, & de subsecuta per visionem admiranda compensatione divina istius tam insignis misericordiæ. 41.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in Ap. Petrum & prophetam Eliam.42.)*S.Joh. Damasceni oratio*,quod ii,qui in fide ex hac vita excesserunt, vivorum Missis ac beneficiis juventur, in fine mutila. 43.) *S. Ephræmi Syri oratio* de pœnitentia. 44.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de pœnitentia,quæ Tom. Edit.Savilianæ p. 641. extat sub nomine *Joh. Archiepiscopi* Constantinopolitani cognomine *jejunatoris*. 45.) *Ej. oratio* ad Catechumenos.

46.) *Nar-*

46.) *Narratio S. Johannis cognomine misericordis* Archiepiscopi Alexandrini de Petro quodam divite & avaro publicano, qui à summa inhumanitate & truculentia ad summam erga pauperes misericordiam & vitæ sanctitatem divinitus conversus est, desumta ex vita hujus Joh. Eleemosynarii, quam scripsit græcè *Leontius* Neapoleos Cypri Episcopus. 47.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in divitem & Lazarum. 48.) *Ej. oratio* de pœnitentia & in Jobum & de divite ac Lazaro. 49.) *Ej. homilia* in v. 1. c. 1. Gen. & de jejunio atque Eleemosyna. 50.) *Ej. oratio*, cur Deus in creatione aliarum rerum dixerit, *fiat*, in creatione autem hominis: *faciamus?* 51.) *Ej. oratio, quid sit ad similitudinem &c.* 52.) *Ej. oratio* quod peccatum tres induxerit modos servitutis, & ad negligentes auditores, & in eos qui parentes non honorant. 53.) *Ej. Oratio* quod non propter Adamum punimur, & quod majora sint per eum bona importata quam mala, si nobis ipsis attendere voluerimus. 54.) *Ej. oratio*, utrum ex ligno illo facta sit Adamo notitia boni & mali, an ante manducationem habuerit vim hanc & facultatem discernendi, & de jejunio & quod oporteat domi meditari ea, quæ in Ecclesia dicuntur. 55.) *Ej. oratio* in diem imbribus fœdum & in conventum Episcoporum & de præcepto Adamo dato, &c. 56.) *Ej. oratio*

tio Catachetica in illud c. 21. Matth. Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias. 57.) *Ej. oratio* de pœnitentia. 58.) *Ej. oratio* de cruce & de virtute. 59.) *Ej. oratio* de pœnitentia & in Herodem & S. Joh. Baptistam. 60.) *Ej. Oratio* in illud Ps. 94. venite exultemus Domino, & de pœnitentia & Eleemosyna. 61.) *Ej. Oratio* in v. 26. c. 10. Epist. Pauli ad Hebræos. 62.) *Ej. Oratio* de pœnitentia. 63.) *Ej. Homilia* in Jobum.

CXLV.

Centesimus quadragesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. majori, sed longinquitate temporis in fine & aliis nonnullis locis mutilus, constatque nunc foliis 166. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *Novendecim diversæ Orationes S. Joh. Chrysostomi.* 2.) *S. Gregorii Nazianzeni oratio* in S. Pascha & in tarditatem cum anonymi paraphrastica expositione ipsi verborum S. Gregorii contextui intermixta. 3.) *S. Joh. Damasceni Historia* de Barlaamo & Josaphato mutila.

CXLVI.

Centesimus quadragesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque nunc foliis 333. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur

eo

eo 1.) *Antiquus index* Græcus Homiliarum sive orationum diversorum Patrum, quæ hoc codice continentur. 2.) *Ecloga sive Excerpta* quædam miscellanea ex Origenis, Apollinaris Laodiceni in Syria Episcopi, S Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini, & Theodoreti Episcopi Cyrensis Expositionibus in V. T. 3.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in proditionem Judæ & in traditionem mysteriorum. 4.) *Ej. oratio* in decollationem S. Joh. Baptistæ. 5.) *Ej. oratio* in latronem & in proditionem Servatoris J. C. 6.) *Ej. oratio* in S. Ap. Petrum & in prophetam Eliam. 7.) *S. Greg. Nazianzeni oratio secunda* in S. Pascha. 8.) *Ej. oratio* in S. Baptisma. 9.) *S. Joh. Chrysostomi* oratio contra Judæos de serpente æneo &c. 10.) *Ej. oratio* de sacrificiis Caini & de donis Abeli & de Gigantibus & de diluvio, & de stellis & de fato. Quæ in editione Saviliana longe plus quam dimidia parte posteriori est mutila. 11.) *Ejusdem oratio* de Eleemosyna. 12.) *Ej. oratio* in Chananæam. 13.) *Excerpta quædam* miscellanea ex Philonis Hebræi, Eusebii, S. Gregorii & S. Cyrilli expositionibus in V. T. 14.) *S. Gregorii Naz.* oratio in Pentecosten. 15.) *S. Basilii M. Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi oratio* in nativitatem Christi. 16.) *S. Joh. Chrysostomi* oratio in festum occursus Christi & purificationis B. V. M. 17.) *S. Cyril-*

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini oratio in festum Purificationis. 18.) *S. Joh. Chrysostomi* oratio in Mariam & Martham & Lazarum & Eliam prophetam. 19.) *S. Gregorii Nysseni oratio* de resurrectione Christi. 20.) *Excerpta* ex Eusebii, S. Cyrilli, & Severiani expositionibus in V. T. 21.) *S. Joh. Damasceni oratio* de in fide mortuis, quod juventur per Missas & beneficia vivorum. 22.) *S. Joh. Chrysostomi orationes* 5. diversæ. 23.) *S. Basilii* M. Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi, *caput primum Constitutionum Monasticarum*, quod oratio aliis omnibus rebus anteponenda sit. 24.) *S. Joh. Chrysostomi* quatuor diversæ orationes. 25.) *Excerpta* ex variorum SS. Patrum aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum operibus.

CXLVII.

Centesimus quadragesimus septimus Codex MS.Th.Gr.est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f.constatque nunc foliis 274. & ab AugerioBusbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de consummatione hujus Seculi & contra hæreticos. 2.) *S.GregoriiNaz. oratio prima* in S.Pascha. 3.) *S.Gregorii Nysseni oratio panegyrica* in S. Martyrem Theodorum cognomine Tyronem. 4.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de incarnatione Christi & quod unicuique

T clima-

climati præſunt Angeli. 5.) *Ej. oratio panegyrica* in Philogonium ex cauſidico Epiſcopum & acerrimum Arii hæreſiarchæ Antagoniſtam. 6.) *S. Gregorii Naz. oratio* in nativitatem Chriſti. 7.) *Niceta Serrarum* in Macedonia prima Metropolitæ *expoſitio* Orationis primæ S. Gregorii Naz. in S. Paſcha. 8.) *Simeonis Metaphraſtæ Hiſtoria* Martyrii S. Panteleemonii. 9.) *S. Joh. Damaſceni Canones* ſive Carmina tria jambica Pentaſticha. 10.) *Ej. Definitiones Theologicæ* per interrogationes & reſponſiones. 11.) *Ej. opus de orthodoxa* fide non ut vulgò nunc fit in 4. Libros; ſed in 96. capita diviſum. 12.) *Narratio græco-barbara* ex S. Anaſtaſii Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni Operibus deſumta, de famoſo quodam & terribili latrone Thracio. 13.) *Excerpta* de locis prædicationis SS. XII. Apoſtolorum J. C. 14.) *S. Joh. Damaſceni Dialectica ſive Logica* ab editione latina Jacobi Billii valde diſcrepans, ut ſtatim in principio videre eſt ex inſcriptione præfationis, in qua Coſmas Epiſcopus Majumæ ſalutatur. 15.) *Formula* ejurandi Mahumediſmi. 16.) *Principium Comœdiæ Ariſtophanis* quæ inſcribitur; Plutus. 17.) *Theophylacti Archiepiſcopi Bulgariæ* expoſitio in Evang. S. Matthæi à c. 1. v. 18. ad c. 28. 18.) *Ej. expoſitio* in Evang. S. Marci à c. 1. v. 9. ad caput

put 10. 19.) *Ej. expositio* in Evangelium S. Lucæ à c. 1. ad 15.

CXLVIII.

Centesimus quadragesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. minori, constatque nunc foliis 258. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi orationes* 21. ad populum Antiochenum de statuis Imp. Theodosii per seditionem eversis, quarum tres priores longinquitate temporis sunt mutilæ, & imperitia Bibliopegi perperam transpositæ.

CXLIX.

Centesimus quadragesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 269. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi variæ orationes*, ut 1.) *Sex* contra Judæos. 2.) *Septem* contra Anomæos. 3.) *una contra hæreticos* & de petitione matris filiorum Zebedæi. 4.) *una* ad eos qui scandalizati fuerant propter adversitates. 5.) *prima* in Oziam. 6.) *una* in Seraphim. 7.) *quatuor* in Lazarum & divitem.

CL.

Centesimus quinquagesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 193

esse à *Nilo* quodam *Hieromonacho* A.C. 1445. Extant præterea in eodem Codice *excerpta quædam miscellanea* ex scriptis SS. Patrum, ad implendum videlicet folia 7. quæ alioqui mansissent vacua.

CXXXV.

Centesimus trigesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus elegans & bonæ notæ in f. constatque foliis 295. & pertinuit olim ad Doctissimum celeberrimumque *Bessarionem* Archiepiscopum Nicænum, patria Trapezuntinum, qui A. C. 1439. à Papa Eugenio Florentiæ in Concilio Generali S. R. E. Cardinalis creatus est, & A. 1473. obiit. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chrysostomi Homiliæ* 30. in S. Pauli Epistolam secundam ad Corinthios. 2.) *Ejusdem argumentum & Expositio* in S. Pauli Epist. ad Philemonem in tres Homilias divisa. 3.) *Ej. Expositio* in Epist ad Titum in Sex Homilias divisa. 4.) *Ej. Expositio* in Epist. Pauli ad Galatas.

CXXXVI.

Centesimus trigesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. constatque foliis 241. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *Homiliæ decem posteriores S. Joh. Chrysostomi* in S. Pauli Epistolam secundam ad

Corin-

Corinthios, nempe à 21. usque ad 30. 2.) *Ejusdem argumentum & Homiliæ* 33. in Pauli Epist. ad Hebræos.

CXXXVII.

Centesimus trigesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & bonæ notæ in f. constatque foliis 393. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1.) *S. Job. Chrysostomi Homiliæ* 5. 18. & 28. in Epist. secundam Pauli ad Corinthios. 2.) *Ejusdem argumentum & homiliæ* 3. in Epist. Pauli ad Philemonem. 3.) *Ej. hypothesis & Homiliæ* 24. in Epist. Pauli ad Ephesios. 4.) *Ej. Homiliæ* 30. in Epistolam secundam Pauli ad Corinthios. 5.) *Ejusdem Homiliæ* 28. in Epistolam 1. & 2. Pauli ad Timotheum. 6.) *Ej. oratio de pseudoprophetis & falsis doctoribus* & Atheis hæreticis & de signis consummationis, quam paulo ante mortem habuit.

CXXXVIII.

Centesimus trigesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque foliis 177. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Job. Chrysostomi Homiliæ* 24. in S. Pauli Apostoli Epistolam ad Ephesios.

CXXXIX.

Centesimus trigesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus ele-

gans & optimæ notæ in f. conſtatque foliis 208. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chryſoſtomi Homiliæ* undecim in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam 1. ad Theſſalonicenſes & homiliæ 5. in Epiſt. 2. ad eosdem. 2.) *Ej. Homiliæ ſex* in Epiſt. Pauli ad Titum. 3.) *Ej. Homiliæ* in Epiſtolam Pauli ad Coloſſenſes, quarum 11. eſt mutila, 12 autem omninò deeſt.

CXL.

Centeſimus quadrageſimus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. ſed præ vetuſtate ruinoſus & lacerus, & in principio ac fine mutilus, conſtatque nunc foliis 286. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chryſoſtomi Homiliæ* 34. in Epiſtolam S. Pauli ad Hebræos. 2.) *Ej. Hypotheſis & Homiliæ* quindecim in Epiſt. Pauli ad Philippenſes. 3.) *Ej. Homiliæ* 12. in Ep. Pauli ad Coloſſenſes. 4.) *Ej. Expoſitio perpetua* in Epiſt. Pauli ad Galatas. 5.) *Ej. Orationes* 6. de Sacerdotio. 6.) *Andreæ ArchiEpiſcopi* Cretenſis cognomine Hieroſolymitani *Orationes duæ* in B. Virginis Mariæ diem natalem, quæ extant impreſſæ Tom. 1. Auctarii Bibliothecæ SS. Patr. Græco-latinæ Pariſinæ Columna 1289. ſeq. 7.) *Joh. Damaſceni* oratio in nativi-

tivitatem B. Virginis Deiparæ, quæ ob defectum unius folii in fine est mutila.

CXLI.

Centesimus quadragesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 239. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chrysostomi Homiliæ* in Epistolam Pauli ad Hebræos ab Homilia 3. in principio mutila usque ad 34. 2.) *Ejusdem Hypothesis & Homiliæ* in Epist. Pauli ad Romanos à prima usque ad 29.

CXLII.

Centesimus quadragesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus elegans & optimæ notæ in quarto oblongo, scriptus A. C. 1088. adeoque vetustate ruinosus ac lacerus, & in principio ac fine mutilus, constansque 227. foliis. Continetur eo *Anonymi Expositio* in Pauli Epistolam ad Romanos duas ad Corinthios, unam ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, duas ad Thessalonicenses, unam ad Hebræos, duas ad Timotheum & unam ad Titum, ex *S. Joh. Chrysostomi* hypothesibus & Homiliis in easdem Epistolas compendiose excerpta. Ubi consideratu dignissima divisio Epist. Pauli in lectiones, capita & versus: Siquidem in fine Epistolæ ad Ro-

manos legitur; *Lectiones 5. Capita 19. Testimonia V. T. 49. Versus 920.*

CXLIII.

Centesimus quadragesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 280. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo variæ *S. Joh. Chrysostomi* orationes nempe 1.) *Orationes* 5. de incomprehensibili Dei natura. 2.) *Oratio* 6. & 7. contra Anomæos de incomprehensibili Dei natura. 3.) *Oratio* contra hæreticos & de petitione filiorum Zebedæi. 4.) *Oratio* ad eos qui scandalizati fuerant propter adversitates quæ contigerant. 5.) *Orationes* 7. contra Judæos. 6.) *Fragmentum Orationes secundæ in Oziam.* 7.) *Oratio* in illud; *Exaltatum est cor Oziæ.* 8.) *Oratio* in Seraphim. Et sicut omnes tituli hujus Codicis eleganter & magnifice aureis literis exarati sunt; Ita quis ante Busbeckium eundem possederit indicatur statim in principio his verbis: *Βιβλίον τῆς ἁγίας μονῆς Βήρας.* Item folii 10. p. 1. h. m. *Βιβλίον Βήρας μονῆς τῆς κοσμοσωτείρας.*

CXLIV.

Centesimus quadragesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. majori, sed longinquitate tem-

temporis ruinosus & lacerus, nec solum in principio & fine, verum etiam aliis nonnullis locis intermediis mutilus; constatque nunc foliis 325. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *Joh. Chrysostomi Homilia* in Zachæum publicanum, quæ extat in editione Saviliana Tom. 7. p. 403. seq. mutila. 2.) *Ej. oratio* in pharisæum & publicanum. 3.) *Ej. oratio* in parabolam de filio prodigo. 4.) *Ej. oratio* de vanitate vitæ & in mortuos. 5.) *S. Ephræmi Syri oratio* de charitate & pœnitentia. 6.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in secundum adventum Christi. 7.) *Ej. oratio* de consummatione hujus Seculi. 8.) *Ej. oratio* de patientia, de consummatione hujus Seculi, de secundo Christi adventu, de perpetuo justorum regno, & de infinito peccatorum supplicio. Item exhortatio ad confessionem, & meditationem SS. & admonitio de astutiis Diaboli & de bono quietis. 9.) *Ej. oratio* in secundum Christi adventum, quæ est Homilia 79. in Evang. Matthæi. 10.) *S. Cyrilli* Archiepiscopi Hierosolymitani *Catechesis* 15. ad illuminatos. 11.) *S. Ephræmi Syri Homilia* de Antichristo. 12.) *S. Basilii M. Cæsareæ* Cappadociæ Archiepiscopi *oratio* in ingressum Sacrorum jejuniorum. 13.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in filium viduæ mortuum. 14.) *Ej. oratio* de jejunio. 15.) *Ej. oratio* in S. crucem

cem & de transgresſione primorum parentum. 16.) *Ej. oratio* de jejunio & in expulſionem Adami & de malis mulieribus. 17.) *Ej. oratio* in 5. panes & in expulſionem Adami ex Paradiſo. 18.) *S. Anaſtaſii Sinaitæ homilia* in Pſalmum 6. & in ingreſſum jejuniorum. 19.) *S. Joh. Chryſoſtomi oratio* de jejunio. 20.) *S. Baſilii M. orationes duæ* de jejunio. 21.) *S. Joh. Chryſoſtomi homilia* parænetica in initium quadrageſimæ. 22.) *Ej. homilia* in illud Pſalm. 38. ſed *fruſtra conturbatur omnis homo.* 23.) *Hiſtoria Martyrii S. Martyris Theodori* cognomine Tyronis, qui ſub Imp. Maximiniano paſſus eſt. 24.) *Nectarii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Narratio,* quam ob cauſam in primo Sabbatho S. jejuniorum celebremus memoriam S. Theodori Martyris cum annexa admonitione de conjungendis jejunio & Eleemoſyna, quæ cum præcedente hiſtoria Theodori extat apud Surium Tom. 6. de probatis Sanctorum hiſtoriis; ſed tantum latine. 25.) *Teſtamentum S. 40. Martyrum* Sebaſtenorum adhuc ineditum. 26.) *S. Baſilii M. Oratio panegyrica* in S. 40. Martyres Sebaſtenos. 27.) *S. Joh. Damaſceni oratio* de S. imaginibus. 28.) *Hiſtoria* miraculi *Berytiani,* cujus ſupra Codice 116. n. 2. facta eſt mentio. 29.) *S. Joh. Chryſoſtomi* orationes duæ in Pſalmum 50. 30.) *Ej. Oratio* de pœniten-

nitentia. 31.) *Ej. orationes duæ* de jejunio. 32.) *Ej. oratio* in c.15. Evang.S.Lucæ de drachma & de filio prodigo. 33.) *Anonymi Historia* Martyrum S. 40.Sebastenorum. 34.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de serpente, quem Moyses in eremo crucifixit. 35.) *Ej. oratio* in annunciationem B. Virginis Deiparæ. 36.) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis oratio* in annunciationem B. Virginis Deiparæ. 37.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de jejunio. 38.) *Ej. oratio* de patientia & de mortuis non tam vehementer deflendis, præcipue si infantes sint. 39) *Ej. oratio*, quod is qui singularem aliquam à Deo habet gratiam, communicare eam debeat cum illo, qui ea indiget & de Presbytero. 40.) *Narratio de Sozomeno* quodam, qui Christum sub persona pauperis nudi proprio pallio suo vestivit, & de subsecuta per visionem admiranda compensatione divina istius tam insignis misericordiæ. 41.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in Ap. Petrum & prophetam Eliam. 42.) *S. Joh. Damasceni oratio*, quod ii, qui in fide ex hac vita excesserunt, vivorum Missis ac beneficiis juventur, in fine mutila. 43.) *S. Ephræmi Syri oratio* de pœnitentia. 44.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de pœnitentia, quæ Tom. Edit. Savilianæ p. 641. extat sub nomine *Joh. Archiepiscopi* Constantinopolitani cognomine *jejunatoris*. 45.) *Ej. oratio* ad Catechumenos.

46.) *Nar-*

46.) *Narratio S. Johannis cognomine misericordis* Archiepiscopi Alexandrini de Petro quodam divite & avaro publicano, qui à summa inhumanitate & truculentia ad summam erga pauperes misericordiam & vitæ sanctitatem divinitus conversus est, desumta ex vita hujus Joh. Eleemosynarii, quam scripsit græcè *Leontius* Neapoleos Cypri Episcopus. 47.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in divitem & Lazarum. 48.) *Ej. oratio* de pœnitentia & in Jobum & de divite ac Lazaro. 49.) *Ej. homilia* in v. 1. c. 1. Gen. & de jejunio atque Eleemosyna. 50.) *Ej. oratio*, cur Deus in creatione aliarum rerum dixerit, *fiat*, in creatione autem hominis: *faciamus?* 51.) *Ej. oratio, quid sit ad similitudinem &c.* 52.) *Ej. oratio* quod peccatum tres induxerit modos servitutis, & ad negligentes auditores, & in eos qui parentes non honorant. 53.) *Ej. Oratio* quod non propter Adamum punimur, & quod majora sint per eum bona importata quam mala, si nobis ipsis attendere voluerimus. 54.) *Ej. oratio*, utrum ex ligno illo facta sit Adamo notitia boni & mali, an ante manducationem habuerit vim hanc & facultatem discernendi, & de jejunio & quod oporteat domi meditari ea, quæ in Ecclesia dicuntur. 55.) *Ej. oratio* in diem imbribus fœdum & in conventum Episcoporum & de præcepto Adamo dato, &c. 56.) *Ej. oratio*

tio Catachetica in illud c. 21. Matth. Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias. 57.) *Ej. oratio* de pœnitentia. 58.) *Ej. oratio* de cruce & de virtute. 59.) *Ej. oratio* de pœnitentia & in Herodem & S. Joh. Baptistam. 60.) *Ej. Oratio* in illud Ps. 94. venite exultemus Domino, & de pœnitentia & Eleemosyna. 61.) *Ej. Oratio* in v. 26. c. 10. Epist. Pauli ad Hebræos. 62.) *Ej. Oratio* de pœnitentia. 63.) *Ej. Homilia* in Jobum.

CXLV.

Centesimus quadragesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. majori, sed longinquitate temporis in fine & aliis nonnullis locis mutilus, constatque nunc foliis 166. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *Novendecim diversa Orationes S. Joh. Chrysostomi.* 2.) *S. Gregorii Nazianzeni oratio* in S. Pascha & in tarditatem cum anonymi paraphrastica expositione ipsi verborum S. Gregorii contextui intermixta. 3.) *S. Joh. Damasceni Historia* de Barlaamo & Josaphato mutila.

CXLVI.

Centesimus quadragesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque nunc foliis 333. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo

eo 1.) *Antiquus index* Græcus Homiliarum five orationum diverforum Patrum, quæ hoc codice continentur. 2.) *Ecloga five Excerpta* quædam mifcellanea ex Origenis, Apollinaris Laodiceni in Syria Epifcopi, S Cyrilli Archiepifcopi Alexandrini, & Theodoreti Epifcopi Cyrenfis Expofitionibus in V. T. 3.) *S. Joh. Chryfoftomi oratio* in proditionem Judæ & in traditionem myfteriorum. 4.) *Ej. oratio* in decollationem S. Joh. Baptiftæ. 5.) *Ej. oratio* in latronem & in proditionem Servatoris J. C. 6.) *Ej. oratio* in S. Ap. Petrum & in prophetam Eliam. 7.) *S. Greg. Nazianzeni oratio fecunda* in S. Pafcha. 8.) *Ej. oratio* in S. Baptifma. 9.) *S. Joh. Chryfoftomi* oratio contra Judæos de ferpente æneo &c. 10.) *Ej. oratio* de facrificiis Caini & de donis Abeli & de Gigantibus & de diluvio, & de ftellis & de fato. Quæ in editione Saviliana longe plus quam dimidia parte pofteriori eft mutila. 11.) *Ejusdem oratio* de Eleemofyna. 12.) *Ej. oratio* in Chananæam. 13.) *Excerpta quædam* mifcellanea ex Philonis Hebræi, Eufebii, S. Gregorii & S. Cyrilli expofitionibus in V. T. 14.) *S. Gregorii Naz.* oratio in Pentecoften. 15.) *S. Bafilii M. Cæfareæ Cappadociæ Archiepifcopi oratio* in nativitatem Chrifti. 16.) *S. Joh. Chryfoftomi* oratio in feftum occurfus Chrifti & purificationis B. V. M. 17.) *S. Cyril-*

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini oratio in festum Purificationis. 18.) *S. Joh. Chrysostomi* oratio in Mariam & Martham & Lazarum & Eliam prophetam. 19.) *S. Gregorii Nysseni oratio* de resurrectione Christi. 20.) *Excerpta* ex Eusebii, S. Cyrilli, & Severiani expositionibus in V. T. 21.) *S. Joh. Damasceni oratio* de in fide mortuis, quod juventur per Missas & beneficia vivorum. 22.) *S. Joh. Chrysostomi orationes* 5. diversæ. 23.) *S. Basilii* M. Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi, *caput primum Constitutionum Monasticarum*, quod oratio aliis omnibus rebus anteponenda sit. 24.) *S. Joh. Chrysostomi* quatuor diversæ orationes. 25.) *Excerpta* ex variorum SS. Patrum aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum operibus.

CXLVII.

Centesimus quadragesimus septimus Codex MS.Th.Gr.est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f.constatque nunc foliis 274. & ab AugerioBusbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de consummatione hujus Seculi & contra hæreticos. 2.) *S.GregoriiNaz. oratio prima* in S.Pascha. 3.) *S.Gregorii Nysseni oratio panegyrica* in S. Martyrem Theodorum cognomine Tyronem. 4.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de incarnatione Christi & quod unicuique

climati præsunt Angeli. 5.) *Ej. oratio panegyrica* in Philogonium ex causidico Episcopum & acerrimum Arii hæresiarchæ Antagonistam. 6.) *S. Gregorii Naz. oratio* in nativitatem Christi. 7.) *Nicetæ Serrarum* in Macedonia prima Metropolitæ *expositio* Orationis primæ S. Gregorii Naz. in S. Pascha. 8.) *Simeonis Metaphrastæ Historia* Martyrii S. Panteleemonii. 9.) *S. Joh. Damasceni Canones* sive Carmina tria jambica Pentasticha. 10.) *Ej. Definitiones Theologicæ* per interrogationes & responsiones. 11.) *Ej. opus de orthodoxa* fide non ut vulgò nunc fit in 4. Libros; sed in 96. capita divisum. 12.) *Narratio græcò-barbara* ex S. Anastasii Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni Operibus desumta, de famoso quodam & terribili latrone Thracio. 13.) *Excerpta* de locis prædicationis SS. XII. Apostolorum J. C. 14.) *S. Joh. Damasceni Dialectica sive Logica* ab editione latina Jacobi Billii valde discrepans, ut statim in principio videre est ex inscriptione præfationis, in qua Cosmas Episcopus Majumæ salutatur. 15.) *Formula* ejurandi Mahumedismi. 16.) *Principium Comœdiæ Aristophanis* quæ inscribitur; Plutus. 17.) *Theophylacti Archiepiscopi Bulgariæ* expositio in Evang. S. Matthæi à c. 1. v. 18. ad c. 28. 18.) *Ej. expositio* in Evang. S. Marci à c. 1. v. 9. ad caput

put 10. 19.) *Ejusexpositio* in Evangelium S.Lucæ à c.11. ad cap.

CXLVIII.

Centesimus quadragesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. minori, constatque nunc foliis 258. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi orationes* 21. ad populum Antiochenum de statuis Imp. Theodosii per seditionem eversis, quarum tres priores longinquitate temporis sunt mutilæ, & imperitia Bibliopegi perperam transpositæ.

CXLIX.

Centesimus quadragesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 269. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi variæ orationes*, ut 1.) *Sex* contra Judæos. 2.) *Septem* contra Anomæos. 3.) *una contra hæreticos* & de petitione matris filiorum Zebedæi. 4.) *una* ad eos qui scandalizati fuerant propter adversitates. 5.) *prima* in Oziam. 6.) *una* in Seraphim. 7.) *quatuor* in Lazarum & divitem.

CL.

Centesimus quinquagesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 193

& ad *Joh. Sambuçum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *S. Joh. Chryſoſtomi Orationes* 5. contra Judæos. 2.) *Ej. orationes quinque contra Anomaos* de incomprehenſibili natura Dei. 3.) *Ej. Libri ſex* de Sacerdotio. 4.) Vitæ & res geſtæ *S. Nicolai Myrenſis* in Lycia Epiſcopi à Symeone Metaphraſte conſcripta. 5) *Anonymi narratio* miraculi à S. Nicolao editi, quo Imp. Conſtantini M. tres innocentes Stratopedarchæ *Nepotianus Urſus & Erpelio* ab injuſto ſupplicio liberati ſunt. 6.) *Anonymi Narratio* aliorum quatuor miraculorum à S. Nicolao editorum. 7.) *Anonymi Narratio* variorum miraculorum à S. Nicolao editorum. 8.) *Officium Eccleſiaſticum* in honorem S. Nicolai, cum variis eò pertinentibus Canticis Sacris, quorum nonnullis notæ Græcorum Muſicæ adjectæ ſunt &c.

CLI.

Centeſimus quinquageſimus primus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus ruinoſus & lacerus in quarto majori, conſtatque nunc foliis 209. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1.) *S. Joh. Chryſoſtomi Oratio* in parabolam de filio prodigo. 2.) *S. Ephrami Syri oratio* in ſecundum Chriſti adventum. 3.) *S. Joh. Chryſoſtomi oratio* in expulſionem Adami e Paradiſo & de bonis atque malis mulieribus. 4.) *S. Anaſtaſii*

Si-

Sinaitæ homilia in Pfalmum fextum. 5.) *S. Bafilii* M. Cæfareæ Cappadociæ Archiepifcopi *oratio* de jejunio. 6.) *Martyrium S. Theodori τῦ Στρατηλάτυ five Ducis Exercitus* Heracleæ fub Imp. Licinio poft multa tormenta die 7 Febr. quo etiam nunc memoria ejus colitur, capite truncati, confcriptum juffu ipfius S. Theodori ab Augaro five potius Abgaro Tachygrapho five Notario qui rebus geftis interfuit. 7.) *Martyrium S. Georgii* à fervo ipfius Pafîcrate confcriptum. 8.) *alia quadam de S. Georgio Martyre* narratio in principio mutila. 9.) *Narratio SS. Patrum* de venerandis imaginibus & cur prima Dominica quadragefimæ annua earum celebretur memoria. 10.) *S. Joh. Chryfoftomi oratio* in adorationem venerandæ crucis Dominica 3. Sacr. jejuniorum. 11.) *Ej. oratio* in parabolam de operariis. 12.) *Ej. orationes* duæ in annunciationem B. V. M. 13.) *Vita* S. Mariæ Ægyptiacæ à Sophronio Archiepifcopo Hierofolymitano confcripta. 14.) *S. Joh. Chryfoftomi oratio* in Lazarum & divitem. 15.) *Ej. Oratio* in Lazarum quatriduanum. 16.) *Ej. Oratio* in Feftum Palmarum. 17.) *S. Ephraim Syri Oratio Panegyrica* de vita Jofephi Patriarchæ. 18.) *S. Joh. Chryfoftomi Oratio* in 10. virgines. 19.) *Ej. Oratio* in Pharifæum, meretricem & unguentum. 20.) *Ej.*

Oratio in proditionem Christi & lotionem pedum. 21.) *S. Athanasii Episcopi Alexandrini Oratio* in salutarem crucifixionem Christi in Parasceve. 22.) *S. Epiphanii, Constantiæ sive Salaminis in Cypro* Episcopi *Oratio* in Sepulturam Christi. 23.) *S. Gregorii Nazianz. Orationes duæ* in S. Pascha. 24.) *Archippi Eremitæ ac Paramonarii Narratio* Miraculi à S. Michaële Archangelo Chonis sive Colossis in Phrygia editi. 25.) *Anonymi oratio* in præsentationem B. V. M. quando triennis à parentibus suis oblata fuit in templo. 26.) *Narratio Apocrypha* de vita & rebus gestis S. Johannis Ap. & Evang. quæ in aliis codicibus MSctis & editionibus impressis falso tribuitur *Prochoro* S. Joh. Discipulo. 27.) *Vita & martyrium S. Placidi vel Placidæ* Ducis sive præfecti exercitus, qui post susceptam religionem Christianam *Eustathius* appellatus est. 28.) *Oratio historica* sive Narratio Apocrypha de nativitate B. M. V. quæ extat inter Orthodoxa SS. Patrum Monumenta Basileæ 1569. edita & ibi falsò inscribitur *Prot-Evangelium* S. Jacobi Ap. 29.) *S. Gregorii Naz. oratio* in nativitatem Christi. 30.) *Ej. oratio* in S. lumina. 31.) *Schediasma* quoddam de Sanctissima Trinitate. 32.) *Narratio Apocrypha* de obitu & assumtione B. M. V. nomine S. Jacobi Apostoli cognomine Minoris & fra-

fratris Domini falsò inscripta. 33.) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis* cognomine Hierosolymitani *Oratio panegyrica* in obitum B.V.M. 34.) *Martyrium S. Demetrii Proconsulis*, qui Imp. Maximiliani Herculei jussu lanceis confossus est. 35.) *Vita*, res gestæ & miracula S. Confessorum Asianorum *Cosmæ* & *Damiani* filiorum Theodoræ matronæ religiosissimæ, qui in arte medica mire excelluerunt, & quia pro omni opere ac beneficio suo nihil unquam à quoquam acceperunt, Ἀνάργυροι cognominati sunt, quasi latinè dicerentur *Argentabstemii.* 36.) *S. Cyrilli* Archiepiscopi Hierosolymitani *Oratio* in occursum Christi & in S. Symeonem sive festum purificationis B. M. V. 37.) *S. Joh. Chrysostomi Oratio* in transfigurationem Christi. 38.) *Ejusdem Oratio* in novam Dominicam & in incredulitatem Thomæ. 39.) *Gregorii Episcopi Antiocheni Oratio* in Christum tertia die resurgentem & in Josephum ab Arimathia. 40.) *S. Joh. Chrysostomi Oratio* in Samaritanam & interpretatio Messiæ. 41.) *Ej. Oratio* in S. Pentecosten & cur hodie non fiant miracula?

CLII.

Centesimus quinquagesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ constatq; in 4 foliis 174. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Con-

tinetur eo. 1.) *Antiquus Index Græcus* omnium opusculorum, quæ extant in illo Codice. 2.) *S. Joh. Chrysostomi orationes* 5. in Lazarum & divitem. 3.) *S. Basilii M. Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi, oratio* in illud Lucæ: Destruam horrea mea. 4.) *Ej. oratio* ad eos qui cupiunt ditescere. 5.) *Ej. oratio* contra Ebrios. 6.) *Anastasii Sinaitæ oratio*, de Sacra Synaxi & de non judicando, deque oblivione injuriarum. 7.) *S. Anastasii Sinaitæ oratio* de fratribus in Christo mortuis. 8.) *S. Joh. Chrysostomi Homilia* 56, in Evang. S. Matthæi. 9.) *Ej. Epistolæ duæ ad Theodorum* monachum lapsum. 10.) *S. Basilii M. admonitio Ascetica* de ornatu Monachi. 11.) *S. Barsanuphii Anachoretæ Palæstini parænesis* sive admonitio ad proprium discipulum. 22.) *Anonymi Epistolæ duæ*. 11.) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis* cognomine *Hierosolymitani oratio* in Vitam humanam & de mortuis. 12.) *S. Joh. Damasceni oratio*, quod ii, qui in fide ex hac vita excesserunt, juventur Missis & beneficiis vivorum.

CLIII.

Centesimus quinquagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ, scriptus à Sacerdote quodam & tabulario Leonte Padiato in f. constatque foliis 402. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus

tus Constantinopoli. Continentur eo 1.) *Theodori Daphnopatæ Apanthismata sive flosculi* ex variis S. Joh. Chrysostomi operibus excerpti & in 33. capita divisi, qui ratione ordinis & numeri ab iis, qui in editione Saviliana Tom. 7. p. 665. extant, non parum differunt, & præterea in margine literis miniatis adscriptum sibi habent, ex quibus operibus singuli sint desumti. 2.) *Vita S. Alexii à Symeone Metaphraste* conscripta, quæ valde discrepat à narratione latina, quam Laurentus Surius de probatis SS. Historiis d. 17. Julii inseruit. 3.) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in parabolam de filio prodigo.

CLIV.

Centesimus quinquagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus in f. elegantissimus & magna ex parte *literis aureis* scriptus, constatque 287. foliis & olim ad celeberrimum & doctissimum Cardinalem *Bessarionem* pertinuit, post quem *Joh. Sambucus* eundem A. 1556. Venetiis 23. aureis emit. Continentur eo *Theodori Daphnopatæ Apanthismata* sive flosculi ex variis S. Joh. Chrysostomi operibus decerpti & in 33. capita divisi eodem ordine & modo, uti extant in Codice præcedente.

CLV.

Centesimus quinquagesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 120. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *Anonymi capita 61.* ex variis S. Joh. Chrysostomi orationibus collecta. 2.) Ex Abbatis Ammonii Institutionibus Asceticis capita 22. 3.) *Anastasii Sinaitæ* responsiones ad Quæstiones Sacras, de variis orthodoxæ fidei capitibus sibi propositas. 4.) *Oratio* in passionem & sepulturam Christi, cujus autorem Joh. Sambucum credidit esse *Michaëlem Psellum*. 5.) *Oratio* ad eos qui dicunt, Christum una cum latrone ingressum esse paradisum, & de paradiso intelligibili sive mente perceptibili ejusque plantis & fructibus divinis, cujus itidem autorem Joh. Sambucus putavit esse Michaëlem Psellum. 6.) *Definitiones Theologicæ* ex Clementis aliorumque variorum SS. Patrum scriptis collectæ. 7.) *Hippocratis Epistola supposititia* ad Ptolomæum regem Ægypti, de constitutione & natura hominis. 8.) *Oratio* in obitum & assumtionem B. M. V. cujus autorem *Joh. Sambucus* credidit esse *Mich. Psellum*. 9.) *Oratio* in transfigurationem Christi, quam *Joh. Sambucus* etiam *Michaelis Pselli* esse putavit. 10.) *Oratio* in nativitatem Christi, quam idem ejusdem esse persuasum sibi habuit.

CLVI.

CLVI.

Centesimus quinquagesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 180. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1.) *Fragmentum aliquod* Asceticum in principio mutilum, de cujus vero Autore nondum mihi satis liquet. 2.) *Fragmentum Ethicum* ex S. Joh. Chrysostomi Oratione de divinis mysteriis. 3.) *S. Basilii* M. Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi *Oratio Ascetica* de renunciatione hujus Seculi & de perfectione Spirituali mutila. 4.) Ex ejusdem constitutionibus Asceticis sive Monasticis caput 17. 4. 9. 5.) *Symeonis* cognomine junioris *Theologi*, præpositi Monasterii S. Mamantis Constantinopoli capita 100. Theologica partim Theoretica partim practica, quæ à R. P. Jacobo Pontano Soc. Jesu cum aliis Symeonis operibus A. 1603. Ingolstadii quidem sunt edita in 4. sed tantum latine & ita ut capita ratione numeri & ordinis ab hoc codice vehementer discrepent. 6.) *S. Abbatis Ammonæ* capita 17. Ascetica. 7.) *S. Theodori* Episcopi Edessæ capita parænetica 100. 8.) *S. Macarii* cognomine Magni capita Ascetica 100. 9.) *Hesychii* presbyteri capita de temperantia & virtute mutila, & ab iis quæ in Magna Bibliotheca Patrum Parisiensi Græco-latina Tom. XI. p. 985.

p. 985. seq. extant ratione numeri & ordinis valde diversa. 10.) *S. Nili* ex præfecto urbis Constantinop. Monachi & Abbatis capita 153. de oratione, quæ in Bibliotheca citata patrum extant tantummodo latine nec integra. 11.) *Ej.* alia capita decem. 12.) *S. Diadochi Photices* in Veteri Epiro sive Illyrico Episcopi capita ascetica 10. de perfectione Spirituali. 13.) *Philothæi Monachi* Sinaitæ capita ascetica 10. 14.) *Abbatis* Esaiæ capita 10. Ascetica. 15.) *Joh. Carpathii* Caput asceticum in fine mutilum. 16.) *S. Maximi Monachi* & Martyris capita 50. ascetica. 17.) *Excerpta* quinque ascetica ex operibus S. Joh. Chrysostomi. 18.) *Excerptum Asceticum* ex Opp. S. Gregorii Naz. 19.) *Theodori Studitæ* capita 5. ascetica. 20.) *S. Isaaci* Syri Presbyteri Antiocheni capita 7. ascetica. 21.) S. Isaaci caput asceticum de quiete monastica. 22.) *Ej. capita* 4. alia ascetica. 23.) *Esaiæ presbyteri* & Anachoretæ capita 3. ascetica de novitiis, de Monocellitis, & de iis qui habitare volunt in cænobio. 24.) Ex *Joh. Climaci* Scala paradisi Gradus 16. de discretione cogitationum, vitiorum atque virtutum & gradus 17. de sacra corporis & animæ quiete & de differentia atque discretione religiosæ quietis. 25. *Canon*, sive Canticum Ecclesiasticum novem constans Odis in honorem Sanctorum totius anni in principio mutilum.

tilum. 26.) *Theophanis* canticum in omnes Sanctos.

CLVII.

Centesimus quinquagesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 8. constatque nunc 308. foliis,& ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1.) *Excerpta Ethica* ex diversis S.Joh. Chrysostomi operibus. 2.) *Leonis Magistri proconsulis & Patricii Epitome* Expositionis variorum Patrum in Evang. S. Matthæi, Lucæ,& epistolam Pauli. 3.) *Excerpta quædam* ex diversis S. Joh. Chrysostomi Operibus. 4.) *Concilii Constantinopolitani tertii*, Oecumenici sexti, A. C. 680 & 681 celebrati canon 82 de S. imaginibus. 5.) *Photii* Patriarchæ Constantinop. & Theodori Studitæ testimonia duo de S. imaginibus & de differentia inter S. imagines atque idola. 6.) *Excerptum* ex S. Basilii M. Opp. de S. Baptismate. 7.) *Ex S. Isaaci Syri Epistola* excerptum de S. Baptismate. 8.) *Excerpta* quædam ex *S. Basilii M.* regulis asceticis brevioribus per interrogationem & responsionem. 9.) *Excerpta ex S. Nili* capitibus 153 de oratione. 10.) *Excerpta ex S. Nili* asceticis de differentia inter Ascetas urbanos & eremitas, & quam difficile sit aliorum animabus præesse. 11.) *S.Nyli* Epistolæ ad varios, quæ editæ sunt Gr. & latine a Leo-

Leone Allatio Romæ A. 1668. in f. una cum Allatii Diatriba de Nilis & eorum scriptis. 12.) *Excerpta ex Job Carpathii* capitibus 67. asceticis. 13.) *Excerpta* ex ejusdem capitibus 88. asceticis. 14.) *S. Gregorii Nysseni oratio* de deitate filii & Spiritus S. & laudatio constantis fidei Patriarchæ Abrahami. 15.) *Epistola Canonica* ad S. Letojum Episcopum Melitenæ in Cappadocia. 16.) *Excerptum ex S. Joh. Zonaræ* Epistola de obdormitione sive assumtione B. M. V. 17.) Ex *Hyppoliti Thebani* Syntagmate chronico testimonium quod B. V. M. Christum peperit anno ætatis 16. & post passionem Dominicam vixerit annos 11. in universum autem annos 61. item quod S. Joh. Evangelista passioni Dominicæ superstes fuerit annos 90. 18.) *Excerpta varia* ex variis Græcorum Schismaticorum Opp. contra latinos de processione Sp. S. de azymis, de jejunio &c. 19.) *Excerpta* ex Joh. Damasceni opere de orthodoxa fide & ex ejusdem Philosophicis. 20.) *Anonymi dissertatiuncula* ex qua potestate illi qui contraria sentiunt & faciunt, sæpe prædicant futura & miracula faciant. 21.) *S. Maximi Monachi* & Martyris fragmentum de divina incarnatione. 22.) *Ex S. Joh. Chrysostomi* expositione in Epistolam S. Pauli ad Thessalonicenses.

CLVIII.

Centesimus quinquagesimus octavus Codex MS.

MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 95. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *S. Diadochi Photices* in Veteri Epiro sive Illyrico Episcopi, capita 100 ascetica de perfectione Spirituali, quæ in magna Bibliotheca Veterum Patrum Græco-latina Parisiensi Tom. 5. extant quidem, sed tantum latinè ex interpretatione R. P. *Francisci Turriani* Soc. Jesu. 2.) Prophetia Esaiæ à c. 1. usque ad c. 30. v. 3.

CLIX.

Centesimus quinquagesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 327. Et continentur eo 1.) *S. Diadochi Photices* in veteri Epiro sive Illyrico Episcopi capita 100. ascetica de perfectione Spirituali. 2.) *Michaelis Glycæ Epistolæ Theologicæ* 50 de variis S. Scripturæ controversiis, ex quibus duas priores nempe primam & secundam sub titulo disputationum R. P. Jacobus Pontanus Soc. Jesu, sed latine tantum & mutile edidit, quemadmodum in Magna Bibliotheca veterum Patrum Græco-latina Parisiensi Tom. 15. p. 794. seq. & in R. P. Philippi Labbæi Soc. Jesu græco-latina Annalium Michaelis Glycæ editione Parisiensi videre est, reliquæ autem 48. posteriores hactenus,

ctenus, quantum ego scio, nec græcè nec latinè usquam sunt editæ, etsi varias ob causas operæ pretium fuerit, eas proferre in publicum.

CLX.

Centesimus Sexagesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 273. Continentur eo *Michaelis Glycæ Epistolæ Theologicæ* 56. quarum 50. priores sunt prorsus eædem, quæ extant in codice præcedente; Adeoque pretium esset operæ & hunc Codicem cum illo, & etiam cum Codice inter MSctos Historicos 41. diligenter conferri, utpote in quo supra memoratarum 56. Epistolarum priores novendecim extant, tanquam Appendix annalium ejusdem Glycæ. Quid quod fuit etiam olim quartus earundem Michaelis Glycæ Epistolarum Codex in Aug. Bibl. Cæsarea & quidem inter Codices MSctos Theologicos Græcos 294. sed quo ille devenerit & ubi nunc latitet, omnino mihi est incognitum, quoniam ferè omnes qui ante me Aug. Bibl. Cæsareæ habuerunt præfecturam, in codicibus MSctis absque pretiosissimis rarissimisque libris extra Bibliothecam promiscue & sine ulla Syngrapha aut cautione commodandis æque negligentes fuere ac prodigi; Et hac eadem incuria factum est, ut præstantissimus Codex membranaceus noctium Atticarum A. Gellii in f. ex ea fuerit amissus.

CLXI.

CLXI.

Centesimus sexagesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus, & bonæ notæ in fol. constatque nunc foliis 200. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *S. Augustini Episcopi Hipponensis* de Trinitate Libri 15. à *Maximo Planude* Monacho Constantinopolitano in Lingvam Græcam translati. Deest autem in principio unum folium, quod S. Augustini Epistolam sive Proœmium ad Aurelium Episcopum Carthaginensem continuit.

CLXII.

Centesimus sexagesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4. in principio & fine mutilus constatque nunc foliis 125. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *S. Augustini Episcopi Hipponensis* Libri 4. priores de Trinitate à *Maximo Planude* Monacho Constantin. in Lingvam Græcam translati.

CLXIII.

Centesimus sexagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 223. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Theodori Antiocheni, Mopsuestiæ* in Cilicia Episcopi *expositio* in XII. Prophetas minores.

CLXIV.

Centesimus sexagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus pervetustus in 4to. in principio & fine mutilus, & à blattis, tineis & aqua miserè deformatus, constatque nunc foliis 299. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Theodoreti Episcopi Cyrensis Quæstiones* in Pentateuchum Mosaicum, nec non in Librum Josuæ & Judicum cum Anonymi antiquis græcis annotationibus marginalibus, quas *Joh. Picus* præses Classium inquisitoriarum Senatus Parisiensis An. 1558. Parisiis in 4to. primus edidit, sed mutile. Quæstiones autem ejusdem Theodoreti in Librum Ruth ex hoc codice à scelesto quodam furaciter excisæ sunt. 2) *S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini* fragmentum Historicum de S. Luciani Presbyteri Antiocheni & Martyris translatione Græca SS. V. T. 3) *Eusebii Pamphili* & *S. Athanasii* fragmenta duo de cognatione B. M.V. & Elisabethæ. 4) *Quæstiones* variæ ex SS. anonymo cuidam S. Viro à quodam mihi nondum satis cognito Epiphanio propositæ & ad illas jam memorati Viri S. responsiones. 5) *Anonymi Annotatiuncula* de 10. plagis Ægypti. 6) *Interpretatio compendiaria* variarum V. & N. T. Quæstionum ex Theodoreto Episcopo Cyrensi & aliis diversis patribus. 7) *Quæstio* quædam curiosæ

riosæ & Apocryphæ. 8) *Ex quæstionibus Sacris ad Antiochum* quæ S. Athanasio Archiepiscopo Alexandr. perperam attribuuntur, revera autem Athanasii cujusdam junioris sunt Quæstio 73. 80. 82. 85. 86. 46. 49. & 50. 9) *Aliæ variæ interrogationes* & responsiones Sacræ. 10) *Barnabæ* Monachi & Anachoretæ Expositio Incarnationis Christi per interrogationes & responsiones. 11) Numerus versuum Bibliorum Sacrorum totius V. T. secundum singulos Libros. 12) *Divisio totius anni* in menses, hebdomadas & horas. 13) *Proverbia* græca varia de rebus impossibilibus. 14) *Septem Græciæ* sapientum, nempe Solonis, Chilonis, Platonis, Aristotelis, & trium aliorum, quorum nomina præ vetustate vix amplius ibi legi possunt, prædictiones de incarnatione Christi & de B. M. V. 15) *Epitome Chronologica* annorum Mundi ab Adamo usque ad Christum. 16) *Divisio Orbis terrarum* in tres filios Noe.

CXLV.

Centesimus sexagesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. constatque foliis 308. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Theodoreti Episcopi* Cyrensis Quæstiones quædam in Genesin. 2) *Quæstiones Sacræ quatuor* quæ attribuuntur quidem S. Athanasio Archiepi-

V 2 scopo

ſcopo Alexandrino: ſunt autem revera alius cujusdam multò recentioris Athanaſii, ut ex citatione B. Gregorii, hæreſium Neſtorii, Severi, Jacobi, Gainæ, Theodoſii, ut & ex mentione occupationis Palæſtinæ & locorum S. per Arabes liquet. 3) *Doctrina* Aſcetica ſive monaſtica 318. SS. Patrum. 4) *Joh. Caſſiani* (qui fuit Romanus origine, non autem Scytha ut quidam opinantur, & amore vitæ aſceticæ inde à pueritia in Palæſtinam atque Ægyptum ſe contulit) ad *Leontium* Epiſcopum *Libellus* aſceticus de SS. Patribus in Sceti, celeberrima Ægypti eremo, monaſticam vitam degentibus ab Anonymo in græcam lingvam translatus. 5) *Anaſtaſii Sinaitæ oratio* de pœnitentia, de S. Synaxi & indigne communicantibus, de non judicando quenquam, præcipue autem Sacerdotes, & de oblivione injuriarum, quam Henricus Caniſius Tom. 3. Antiqu Lect. edidit quidem, ſed mendoſe atque mutilè. 6) *S. Maximi fragmenta duo* de 30. argenteis, quibus Chriſtus venditus eſt, & de ordinibus Eccleſiaſticis à Chriſto gradatim adminiſtratis. 7) *S. Athanaſii Sinaitæ* reſponſiones ad Varias Quæſtiones Sacras. 8) Ex *S. Antiochi Monachi* Palæſtini in laura, ſive Monaſterio S. Sabæ Pandectæ SS. Orationes 33. 9) *Capita* 88. ex variis S. Joh. Chryſoſtomi orationibus ab Anonymo collecta. 10) *S.*

Ephræ-

Ephrami Syri oratio de operatione Diaboli. 11) *Fragmentum* ex S. Basilii M. oratione Asceticâ de abdicatione rerum hujus Seculi & de perfectione Spirituali. 12) *S. Basilii Magni* oratio de Exercitatione Spirituali. 13) *Variorum SS. Patrum paraneses*, sive adhortationes ad profectum in perfectione Spirituali. 14) *B. Dorothei* Archimandritæ, sive Abbatis Dialogus Asceticus. 15) Ej. *Monitum Asceticum* de præcidendis animæ passionibus priusquam transeant in habitum. 16) Ej. *Epistola* ad fratrem super quæstione de insensibilitate animæ & refrigeratione charitatis. 17) *Capita selecta* ex S. Ephræmi Syri Libro de virtutibus & vitiis &c. 18) *Ex S. Joh. Damasceni opere* de orthodoxa fide caput de virginitate. 19) *Interrogatio* & *responsio* ex *S. Joh. Chrysostom.* Opp. de interpretatione v. 24. c. 9. Evang. S. Lucæ. 20) *Anonymi Quæstiones* & responsiones Canonicæ ad Constantinum Chartophylacem. 21) *S. Ephræmi Syri* Oratio. 22) *Ex Joh. Moschi Prato Spirituali* narratio de Imp. Zenone, qui ob grave aliquod peccatum divinitus puniendus, punitionem evasit per Eleemosynas. 23) Ex ejusd. *autoris* libro eodem narratio Abbatis de seipso, quomodo tentationem carnis superaverit territus visione mirabili. 24) *S. alicujus* Patris dictum de Eleemosyna. 25) *Miraculum*

culum à B. M. V. editum in servando puero Hebræo, quem parentes ob conversionem ad Christianam religionem voluerunt interficere. 26) *Miraculum* à B. M. V. editum circa puerum quendam, qui dum in Ecclesia cantaret hymnum Cherubinicum, derepente mortuus est. 27) *Canon Paschalis* ab A. C. 1590. usque ad 1609.

CLXVI.

Centesimus sexagesimus sextus Codex MS. Th.Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4to. constatque 225. foliis. Continentur eo 1) *Theodoreti Episcopi* Cyrensis interrogationes & responsiones de variis SS. difficilibus locis, una cum aliorum quorundam Vett. Patrum intermixtis & subjunctis expositionibus. 2) *Anonymi Epistolæ* octo. 3) *Anonymi Commentarius* in Ecclesiasten Salomonis. 4) *Salomonis* Liber Sapientiæ. 5) Ej. *Canticum* Canticorum. 6) Ej. *Proverbia.* 7) *Sapientia* Jesu filii Syrach. 8) *Liber Jobi.* 9) *Anonymi* interpretatio variorum V. T. testimoniorum de Deitate & incarnatione Christi. 10) Sententiæ & Apophtegmata variorum Sapientum ordine Alphabetico. 11) *Symeonis* Archiepiscopi Thessalonicensis ad pios quosdam Cretenses *Commentarius* de divino templo & iis quæ eo continentur &c. quem R. Pater *Jacobus Pontanus* in Appendice Opp.

Symeo-

Symeonis Junioris Theologi *primus* latinè & R. P. *Jacobus Goar* in Rituali Græcorum *primus* Græcè & Latinè edidit. 12) *Historia* de quodam principe Judæorum nomine Theodosio, qui tempore Imp. Justiniani argentario cuidam Christiano, nomine Philippo, patefecit vetustissimum & à Judæis summo studio occultatum templi Hierosolymit. testimonium publicum, de Servatore nostro J. C. quod is fuerit filius Dei viventis & Mariæ ante & post partum Virginis, quæ extat apud Suidam sub titulo Ἰησοῦς.

CLXVII.

Centesimus sexagesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus elegans & optimæ notæ in 4to. constatque foliis 266. & est unus ex illis *Joh. Sambuci* libris, quos à reliqua ipsius Bibliotheca avulsos *Seb. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continetur eo *Theodoreti Episcopi* Cyrensis *Expositio* integra in omnes Psalmos Davidis, cui recentiori manu in charta præfixi sunt versus Jambici in Psalterium Davidis & alii versus de Poëmatibus Davidis &c. Scriptusque est hic Codex Sec. XIII. post C. N.

CLXVIII.

Centesimus sexagesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 8. constatque foliis 434. Continetur eo 1) *Theodoreti*

Episcopi Cyrensis Expositio in omnes Psalmos Davidis. 2) *Commentarius* in varia V. & N.T. Cantica Sacra, qui primum ab *Eusebio* Pamphili est collectus, postea autem ab aliis, prout in hujusmodi Catenis plerumque fieri solet, pro lubitu, est auctus.

CLXIX.

Centesimus sexagesimus nonus Codex MS. Th.Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 8. constatque foliis 195. Continetur eo 1) *Theodoreti* Episcopi Cyrensis Commentarius in Canticum Canticorum. 2) *Expositio Paraphrastica* Cantici Canticorum, ex *S.* Gregorii Nysseni, S. Nili & S. Maximi Commentariis collecta, & sine distincta cujusque Autoris mentione in unum corpus redacta. 3) *Michaëlis Pselli* Commentarius in Canticum Canticorum versibus politicis, cum præfatione simili, ad Imp. Constantinopolitanum Nicephorum Botoniatam.

CLXX.

Centesimus septuagesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in fol. constatque foliis 167. Continetur eo *Theodoreti* Episcopi Cyrensis *Commentarius* in prophetam Ezechielem.

CLXXI.

Centesimus septuagesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus

quus & bonæ notæ in 4to. Conſtatque foliis 220. Continetur eo *Theodoreti Epiſcopi* Cyrenſis curatio Græcarum affectionum, ſive Evangelicæ veritatis ex Græcorum gentilium Philoſophia cognitio in XII. diſſertationes diviſa. Et quidem deſcriptus fuit hic Codex ex alio quodam pervetuſto Codice, quem *Petrus Patricius* Imp. Leoni cognomine Philoſopho ſive Sapienti obtulit atque dedicavit, Epigrammate ibidem præfixo, quod in editione Græco-Latina à *Friderico Sylburgio* ſummo ſtudio ex duobus Codicibus MSctis Palatinis & totidem Auguſtanis adornata & A. 1592. Heidelbergæ impreſſa in f. non extat.

CLXXII.

Centeſimus ſeptuageſimus ſecundus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in fol. conſtatque foliis 120. & ad *Andream Tarmarum* Epidauriotam olim pertinuit. Continetur eo *Andreæ Cæſareenſis* in Cappadocia Archiepiſcopi Commentarius in Apocalypſin S. Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, quem primus, ſed latinè tantum, edidit R. P. Theodorus Peltanus S. J. Ingolſtadii 1584. in 4.

CLXXIII.

Centeſimus ſeptuageſimus tertius Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4to. conſtatque foliis 151. Continetur

netur eo *Andreæ Cæsareensis* in Cappadocia Archiepiscopi *Commentarius* in Apocalypsin S. Johannis Apostoli & Evangelistæ, qui in titulo præfationis perperam tribuitur *Origeni.*

CLXXIV.

Centesimus septuagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. constatque foliis 83. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Andreæ Cæsareensis* in Cappadocia Archi-Episcopi *Commentarius* in Apocalypsin S. Joh. Apost. & Evangelistæ, qui ibi perperam attribuitur Methodio Monacho. 2) *Fragmentum* disputationis *S. Athanasii* Archiepiscopi Alexandrini cum Ario hæresiarcha in Concilio Nicæno habitæ.

CLXXV.

Centesimus septuagesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus in f. constatque foliis 315. & A. C. 1563. à quodam *Michaële* est exaratus. Continetur eo 1) *Procopii* Sophistæ Christiani Commentarius in Genesin. 2) *Plotini*, philosophi Platonici celeberrimi, *vita* & librorum ab eo scriptorum Catalogus autore Porphyrio. 3) *Operum* Philosophicorum *Plotini* Enneas & Enneadis secundæ libri VI. priores. 4) *Nemesii* Emeseni in Phœnicia Episcopi Liber de natura hominis, cui in fine tria capita desunt.

CLXXVI.

CLXXVI.

Centesimus septuagesimus sextus MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. constatque foliis 1 1 1. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *S. Basilii M.* precatio ad Christum. 2) *Precatio* ad B. M. V. 3) *Dorothei* Archimandritæ s. Abbatis *Doctrina* Asceticæ 19. 4) *Eusebii* Emeseni in Phœnicia Episcopi oratio contra Judæos, cujus Hieronymus in Libr. de S. E. c. 91. meminit. 5) *Georgii Mitylenæi* Oratio de passione Domini J. C. 6) *Anonymi narratio* de Andronico Abbate & uxore ejus Anastasia. 7) *Joh. Staurecii* Chartophylacis Thessalonicensis oratio de miraculis S. Demetrii Proconsulis, qui Imp. Maximiniani jussu Thessalonicæ lanceis confossus est. 8) *Martyrium* S. Demetrii Proconsulis.

CLXXVII.

Centesimus septuagesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus, elegans & optimæ notæ in 4to. constatque foliis 290. & ab *Angerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. 1) *S. Joh. præfecti s. Abbatis Rhaithi* epistola ad *Joh.* cognomine *Climacum* Abbatem Montis Sina, qua illum rogat, ut componat Scalam Paradisi. 2) *Joh. Climaci* Epistola responsoria ad hanc Epistolam. 3) *Prologus* in vitam Joh. Climaci. 4)

ci. 4) *Vita Joh. Climaci* à Daniele Monacho Rhaitheno conscripta. 5) *Anonymi* præfatio in Joh. Climaci scalam Paradisi. 6) *Joh. Climaci Scala Paradisi* in 30. gradus divisa. 7) *Joh. Climaci* Liber ad Pastorem. Ex quibus omnibus editio Græco-Latina Joh. Climaci Parisiis 1633. in f. à R. P. Mathæo Radero adornata potest meliorari.

CLXXVIII.

Centesimus septuagesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus elegans & bonæ notæ in 8. constatque foliis 289. Continetur eo 1) *Joh. Climaci Scala Paradisi* cum præfixis Joh. Abbatis Rhaitheni & Joh. Climaci Epistolis mutuis, ut & vita Joh. Climaci à Dan. Monacho Rhaitheno conscripta, cæterisque prolegomenis, quæ extant Cod. præced. 2) *Joh. Climaci Liber* ad pastorem. 3) Subscriptio, qua Nicephorus Tachygraphus & Anagnostes, h. e. Notarius & Lector indicat, se hunc codicem manu exarasse A. C. 1286.

CLXXIX.

Centesimus septuagesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. sed partim à blattis & tineis partim ab aqua marina miserè deformatus, constatque nunc foliis 153. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) Joh. Climaci Scala Paradisi cum Anonymi Antiquis Scholiis

Græ-

Græcis marginalibus, & prolegomenis, quæ extant in duobus Codic. proxime præcedent. 2) Ej. *Liber* ad Pastorem. 3) *Varia variorum autorum*, ut S. Ephræmi Syri, Barsanuphii, S. Macarii Abbatis, S. Athanasii &c. Opuscula Ascetica multis locis haud amplius legibilia.

CLXXX.

Centesimus octogesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. constatque foliis 138. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *fragmentum* Orationis *S. J. Chrysostomi* in Psalmi 38. v. 7. 2) Joh. Climaci Scala Paradisi cum Anonymi antiquis Scholiis græcis marginalibus & prolegomenis, quæ extant in Codic. præced. necnon Epitome quadam doctrinæ de Sanctiss. Trinitate. 2) Ej. *Liber* ad Pastorem. 3) *Encomium* Scalæ Paradisi. 4) *Canticum* Sacrum vespertinum. 5) *Hierothei* Monachi in Joh. Climaci Scalam Paradisi Programma & Isagoge.

CLXXXI.

Centesimus octogesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. constatque nunc foliis 155. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Joh. Climaci Scala Paradisi* à gradu 2. usque ad 30. sive ultimum. *Primus* enim gradus deest

cum

cum prolegomenis & quæ ibi nunc ſunt quinque priora folia, ea recentioris cujusdam ſcribæ manu in locum veterum foliorum deperditorum ſubſtituta ſunt, ſed ita ineptè & imperitè, ut Danieli Monacho Rhaiteno Scala Paradiſi adſcripta ſit. 2) Ej. *Liber ad Paſtorem.*

CLXXXII.

Centeſimus octogeſimus ſecundus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in fol. conſtatque nunc foliis 253. Continetur eo Joh. Climaci Scala Paradiſi à gradu 8. usque ad 25. Et quidem adjuncta eſt 18. illis gradibus & contextui alternatim permixta Expoſitio Eliæ Metropolitæ, cujus R. Pater Mathæus Raderus S. J. c. 4. Iſagoges ad Joh. Climaci Scalam meminit.

CLXXXIII.

Centeſimus octogeſimus tertius Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus in fol. conſtatque foliis 165. & ad R. P. *Andream Schottum* S. J. doctiſſimum & celeberrimum Theologum olim pertinuit, qui eundem Tarracone A. M. D. LXXXV. pro 12. coronatis comparavit in ædibus Antonii Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis. Continetur eo *Joh. Climaci Scala Paradiſi* & Liber ad Paſtorem cum variantibus lectionibus ex alio quodam antiquiori Codice MS. deſumtis & in margine adſcriptis. Ante Scalam extat Vita Climaci à Daniele Monacho

nacho Rhaitheno conscripta ut & Epistola Joh. Abbatis Rhaithi ad Climacum & hujus responsoria ad illum. In fine autem sequitur *Nicephori Callisti* cognomine Xanthopuli Catalogus metricus præcipuorum Ecclesiæ Christianæ SS. Patrum Græcorum.

CLXXXIV.

Centesimus octogesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. constatque foliis 232. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Johannis cognomine Jejunatoris* Patriarchæ Constantinopolitani *Libri duo* pœnitentiales de qualitatibus & differentiis peccatorum & de Confessione. 2) *Anonymi Græci* judicium de Joh. jejunatoris Libris pœnitentialibus. 3) *S. Joh. Damasceni opusculum* de octo præcipuis cogitationibus vitiosis & de Anima. 4) *Nicolai Patriarchæ Constantinopolitani responsiones Synodicæ* ad varias quæstiones, à quibusdam Monachis extra urbem habitantibus sibi propositas. 5) *Syntagma Canonum pœnitentialium* ex Canonibus SS. App. & variis Sanctis Conciliis variorumque SS. Patrum præcipuè autem S. Basilii M. & Joh. Jejunatoris scriptis collectorum & facilioris inventionis causa dispositorum ordine Alphabetico. 6) Ordo servandus circa eum, qui peccata sua confitetur. 7) *Officium Ecclesiasticum* Festi Na-

Nativitatis Christi. 8) *Officium* hebdomadis Sanctae.

CLXXXV.

Centesimus octogesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 347. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Anastasii* Sinaitae Patriarchae Antiocheni *Spiritualis Anagogae in Hexaëmeron* Libri XII.

CLXXXVI.

Centesimus octogesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in fol. constatque foliis 168. & est unus ex illis *Job. Sambuci* libris, quos à reliqua ipsius Bibliotheca avulsos *Seb. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibl. Caes. legavit. Continentur eo 1) Anastasii Sinaitae Patriarchae Antiochen. Spiritualis Anagogae in Hexaëmeron Libri XII. qui h. l. perperam & falso attribuuntur *S. Cyrillo* Archiepiscopo Alexandrino. 2) *Acta Conciliabuli Constantinopolitani* Pseudo-Oecumenici & Pseudo octavi, in quo post obitum S. Ignatii Patriarchae Constantinopolitani à 380. Episcopis restitutio Photii confirmata, vera & genuina Synodus Oecumenica 8. fraudulenter abrogata, & processio Spiritus S. ex filio è Symbolo fidei malitiose & perperam sublata est A. C. 879. 3) *Papae Johannis*

nis octavi Epistola ad Photium Patriarcham Constantinopolitanum.

CLXXXVII.

Centesimus octogesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus in 4to. constatque foliis 207. Continentur eo 1) *Anastasii Sinaitæ* Patriarchæ Antiocheni Quæstiones & responsiones Sacræ XIV. 2) *Ex libro S. Petri Damasceni* Sermones animæ utiles. 3) Fragmentum aliquod ex *Palladii Historia Lausiaca*. 4) *S. Joh. Chrysostomi* oratio de pœnitentia & d: Eleemosyna. 5) Ex Opp. *S. Basilii M. fragmentum* de jejunio. 6) Excerptum ex vita *S. Basilii* Junioris. 7) S. Macarii Abbatis narrationes duarum visionum suarum de S. Angelis. 8) *Vita S. Euphrosinæ* Virginis & sub fictitio Smaragdi nomine Monachi. 9) Ex *S. Joh. Chrysostomi* oratione de S. communione fragmentum. 10) *Historia miraculi Berytiani*, quæ etiam h. l. perperam Athanasio Archiepiscopo Alexandrino tribuitur. 11) *Fragmentum Historicum de Phocæ tyranni interfectione* per Imp. Heraclium, & de origine Muchamedis. 12) *Revelationes de rebus*, quæ à creatione mundi contigerunt, & quæ deinceps contingere debent usque ad interitum Saracenorum & consummationem Mundi, quæ perperam attribuuntur S. Methodio Martyri Patarorum in Lycia Episcopo. 13)

X Ob-

Observationes & experimenta Medica græcobarbare. 14) *Fragmentum Historicum* de Imperio Imp. Augusti & de rebus Judaicis, quæ sub illo contigerunt. 16) *Genealogia* B. M. V. 17) *Excerpta* quædam ex S. Gregorii M. Dialogis de statu animarum post hanc vitam. 18) *Expositio* Symboli religionis Christianæ respectu processionis Spiritus S. à patre & filio à Græcis Schismaticis depravati, ut & orationis Dominicæ. 19) *Excerpta* expositionum V. T. de Melchisedecho &c. 20) *S. Julii primi* ejus nominis Pontificis Romani, qui A. C. 352. obiit ad Juvenalem Episcopum Hierosolymitanum, qui A. C. 457. vel 458. obiit, responsum de differentia temporis inter festum nativitatis & Baptismatis Christi. 21) *Anonymi* fragmenta duo de anima. 22) *S. Basilii M.* Parænesis. 23) *Excerpta miscellanea* ex Opp. Basilii M. Chrysostomi, Joh. Damasceni, ut & ex vitis Patrum & aliorum expositionibus in S. Scripturam. 24) *S. Joh. Chrysostomi* epistolæ XVII. 25) *Anonymi oratio* de compunctione & confessione. 26) *Fragmentum Historicum* de origine Agarenorum. 27) *Expositio* v. 5. c. 27. Evang. S. Mathæi *de Juda proditore.* 28) *Anonymi Expositio* Symboli fidei & orationis Simeonis τῦ Θεοδόχȣ c. 2. Evang. Lucæ. 29) *Expositio causæ, cur* solus S. Ap. Jacobus Minor præ aliis

S. Jo-

S. Josephi filiis cognominatus sit Ἀδελφόθεος, sive frater Domini. 30) *Annotationes Miscellaneæ* de præcipuis Orbis terrarum fluviis, maribus & montibus &c.

CLXXXVIII.

Centesimus octogesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. constatque foliis 94. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) Ex *Anastasii Sinaitæ* Patriarchæ Antiocheni Duce viæ adversus Acephalos capita 3. priora. 2) *Anonymi* liber de Decalogo sive decem Præceptis Mosaicis cum additione & complemento Christi. 3) S. Joh. Damasceni opusculum, quod in editione Parisiensi p. 653. latinè tantum extat & inscribitur, Primæ institutiones de decretis & placitis; in hoc autem MScto titulo caret. 4) *Dialectica* sive Logicæ S. Joh. Damasceni caput 1. de cognitione. 5) *Anonymi* Carmina duo Jambica in B. V. M. & in Festa Dominica. 6) *Anonymi* descriptio antiquitatum Urbis Atheniensis. 7) *Arsenii* Archiepiscopi Monembasiæ Epigramma in Hieronymum Donatum Præfectum Cretæ. 8) Carmen Jambicum in S. Pascha *Anonymi*. 9) Anonymi Carmen in nativitatem Christi versibus Politicis. 10) *Leonis* cujusdam collectio præcipuarum V. T. prædictionum de Christo. 11) *Oratio* ὀπισθάμβωνος, sive retrò Ambonem, quæ

quæ recitatur diebus Dominicis S. Quadragesimæ. 12) *S. Cyrilli Archiepiscopi* Alexandrini & S. Anastasii Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni Expositio Compendiaria orthodoxæ fidei. 13) *Euthymii* Zigabeni, Monachi Græci, disputatio cum Saraceno quodam philosopho de fide habita in urbe Cappadociæ Melitene. 14) *Imp. Constant. Manuelis Palæologi* capita 100. Parænetica ad filium suum Joh. Palæologum. 15) *Capita compunctoria* de 7. operibus misericordiæ. 16) *Anonymi Canon*, sive Canticum Sacrum ad B.M.V. tribus constans odis. 17) *Excerpta quædam miscellanea* ex institutionibus Oratoriis. 18) *Excerpta* quædam ex operibus S. Dionysii Areopagitæ. 19) *Exordium orationis* alicujus ab anonymo Constantinopoli in Magna Ecclesia S. Sophiæ habitæ. 20) *Excerpta* quædam ex Esaia & Epistola 1. Pauli ad Corinthios. 21) *Anonymi tabulæ quædam Synopticæ*, quibus continetur expositio Theologico-Philosophica verborum Christi Math. 22. v. 37. 22) *Expositio* Psalm. 103. ab Anonymo ex variis Patribus collecta.

CLXXXIX.

Centesimus octogesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquissimus & optimæ notæ in 4to. sed valde mutilus, lacer & putridus, constatque nunc foliis 162. & ad

Job.

Joh. Sambucum olim pertinuit. Continetur eo Dialogorum *S. Gregorii I.* ejus nominis Pontificis Romani cognomine Magni Liber 2. de *Vita* & miraculis *S. Benedicti*, à principio usque ad caput 10. & Liber 4. à principio usque ad c. 65. Divisa est unaquæque pagina in duas columnas, quarum dextra continet horum Dialogorum translationem Græcam à *Zacharia Papa* compositam, sinistra autem ipsum Gregorii textum latinum litteris *Gotticis* f. *Toletanis* circa Imp. Caroli M. tempora exaratum.

CXC.

Centesimus nonagesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. constatque foliis quindecim & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Papæ Gregorii II.* Epistola ad Imp. Leonem Isaurum pro S. Imaginibus.

CXCI.

Centesimus nonagesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. constatque foliis 173. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *S. Antiochi* Monachi Palæstini in laura f. Monasterio S. Sabæ Abbatis Pandectes Sacræ Scripturæ in 130. capita divisus, & Eustathio Præposito Monasterii Attalini Urbis Ancyræ in Galatia dedicatus, in

cujus fine Constantinus quidam indicat, se cōdicem hunc sua manu exarasse, auspicio & cura τῦ πανωσιωτάτυ πατρὸς Ἰωαννικίυ.

CXCII.

Centesimus nonagesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus, & optimæ notæ in 4to. sed in principio & fine mutilus, & vitiosis nonnullorum foliorum transpositionibus depravatus, constatque nunc foliis 224. Continetur eo *S. Antiochi Monachi Palæstinæ Pandectes S. Scripturæ*, qui extat Codice præced.

CXCIII.

Centesimus nonagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in fol. constatque foliis 14. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continetur eo *Alexandri Lycopolitæ Disputatio contra* Manichæos, quam Sambucus circa tempora Heraclii A. 640. vel Damasceni ætate scriptam esse ex phrasi subodoratus est.

CXCIV.

Centesimus nonagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus in f. elegantissimè & magna ex parte aureis literis scriptus, constatque 293. foliis, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *S. Maximi* Monachi & Martyris liber Asceticus secundum

dum Interrogationem & responsionem. 2) Ej. *capitum* de charitate Centuriæ 4. cum præfatione ad Elpidium Presbyterum. 3) Ejusd. *capitum* de Theologia & filii Dei in carne Oeconomia Centuriæ 7. 4) Ej. Disputatio cum Pyrrho Patriarcha Constantinopolitano A. C. 645. quam primus in lucem edidit Baronius in fine Tomi 8. Annal. Eccles. cum latina interpretatione R. P. Francisci Turriani S. J. 5) *Dialog. V. de SS. Trinitate*, qui vulgò attribuuntur *S. Athanasio* Archiepisc. Alexandr. & etiam Tomo 2. Opp. ipsius inserti sunt.

CXCV.

Centesimus nonagesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 142. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continentur eo *S. Maximi* Monachi & Martyris loci Communes sententiarum ex variis Sacris & profanis Autoribus collecti & in capita 71. divisi. Et patet ex inscriptione quadam pagina 1. extante Arsenium Archiepiscopum Monembasiæ hunc Codicem ante Joh. Sambucum possedisse.

CXCVI.

Centesimus nonagesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. sed in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 229. Continentur eo 1) *S. Maximi Monachi*

nachi & Martyris capitum de charitate Centuriæ IV. sed ita, ut earum prima omnino, secundæ autem capita sex priora deficiant. 2) Ej. *capitum* de Theologia & filii Dei in carne Oeconomia centuriæ duæ priores. 3) Ej. *capita decem* de duabus Christi naturis. 4) Ej. de essentia, natura, substantia & persona capita decem. 5) Ej. *Epistola* ad Cosmam Diaconum Alexandrinum de communi & proprio sive de essentia & substantia, natura & persona. 6) Ej. *Definitiones*. 7) Ej. *Opusculum* de duabus Christi voluntatibus. 8) Ej. *Mystagogia Ecclesiastica* sive Expositio Liturgiæ & divinæ Synaxeos. 9) *S. Cyrilli Archiepiscopi* Hierosolymitani *Historia Ecclesiastica* & Mystagogica, sive Explicatio vocabulorum & rituum Ecclesiasticorum. 10) *S. Maximi opusculum* de differentia duarum in Christo naturarum post unionem. 11) Ej. *Tomus Dogmaticus* ad Stephanum Episcopum Dorensem contra Ecthesin, sive Expositionem fidei de una in Christo voluntate ab Imp. Heraclio instinctu Patriarchæ Sergii Constantinopolitani promulgatam. 12) *Joh. Grammatici* capita XVII. contra Acephalos. 13) Ej. dissertatiuncula de divisione trium animæ facultatum respectu quatuor primariarum virtutum. 14) *S. Gregorii* Nysseni Homiliæ octo de octo beatitudinis comparandæ ratio-

tionibus Math. 5. 15) Ej. *Homiliæ* quinque in orationem Dominicam. 16) Ej. *Epiſtola* ad Harmonium de nomine & profeſſione Chriſtianorum. 17) Ej. *Epiſtola* ad Cæſarium de perfectione & qualitate Chriſtiani. 18) Ej. *Oratio catechetica.*

CXCVII.

Centeſimus nonageſimus ſeptimus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in fol. conſtatque foliis 40. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Coſmæ Hieroſolymitani* Ἐκφρασις ſ. *Enarratio* metrica ſingulorum Pſalmorum totius Pſalterii Davidici.

CXCVIII.

Centeſimus nonageſimus octavus Codex MS. Th. Gr. eſt membranaceus antiquus & bonæ notæ in 8. conſtatque foliis 131. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit compatus Conſtantinopoli. Continetur eo *S. Joh. Damaſceni* opus de orthodoxa fide, non ut vulgò fit in libros IV. ſed tantum in capita 149. diviſum.

CXCIX.

Centeſimus nonageſimus nonus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque nunc foliis 166. Continetur eo *S. Joh. Damaſceni* opus de orthodoxa fide in 100. capita diviſum.

CC.

Ducentesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 179. & ad *Andream Tarmarium* Epidauriensem olim pertinuit. Continetur eo *S. Joh. Damasceni* opus de orthodoxa fide divisum in capita 102. Adjuncta etiam in margine sunt antiqua nonnulla Scholia Græca, & in fine extat appendix quædam de *Divinis nominibus*.



PE-

PETRI LAMBECII,

HAMBURGENSIS,

LIBER QUINTUS

DE

AUGUSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI.

continens

Catalogum CXXXVII. Codicum MSCtorum Theologicorum Græcorum in Bibliotheca jam dicta extantium, & quidem eorum Autorum cumprimis, qui à Sec. VIII. usque ad Sec. XVI. post C. N. in Ecclesia Græca vixerunt & semet scriptis quibusdam Ecclesiasticis illustres reddiderunt.

CCI.

Ducentesimus primus Codex MSctus Theologicus Græcus est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 87. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *S. Joh. Damasceni opus de orthodoxa fide*, non in libros, ut vulgò fit, sed tantum in capita divisum. 2) *Definitiones Theologicæ* ex S. Clementis & S. Joh.

Da-

Damasceni aliorumque variorum SS. Patrum Scriptis collectæ.

CCII.

Ducentesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus pervetustus & bonæ notæ in 8. in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 269. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) Joh. Damasceni opus de orthodoxa fide. 2) Ej. Logica in capita 50. divisa cum præfatione ad Cosmam Episcopum Majumæ Portus & Emporii Palæstinæ. 3) Ej. Liber de hæresibus, qui in editione Damasceni Græco-Latina Billiana - Parisiensi tantum latine extat.

CCIII.

Ducentesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus mutilus ac lacerus, constatque nunc foliis 107. Et continetur eo *S. Joh. Damasceni Logica* divisa in capita 50. ut & ejusdem opus de *orthodoxa fide* non in Libros divisum, sed tantum in capita.

CCIV.

Ducentesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. constatque nunc foliis 229. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *S. Joh. Damasceni* Logica cum antiquis græcis Scholiis Marginalibus,

libus, tabulis Synopticis & prolegomenis generalibus de philoſophia. 2) Ej. *Opus de orthodoxa fide* cum antiquis Græcis Scholiis marginalibus. 3.) *S. Maximi Monachi & Martyris* capitum de charitate Centuriæ 4. cum præfatione ad Elpidium Monachum. 4) *S. Joh. Chryſoſtomi* homilia in Judam proditorem. 5) *Vita S. Joh. Damaſceni* conſcripta à Johanne Patriarcha Conſtantinopolitano, quæ in editione Damaſceni Billiana Pariſienſi tantum latine extat. 6) *Joh. Metropolita* Euchaitorum oratio in tres Sanctos Patres, Baſilium M. Gregorium Nazianz. & Joh. Chryſoſtomum.

CCV.

Ducenteſimus quintus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. conſtatque nunc foliis 176. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) S. Joh. Damaſceni Logica diviſa in capita 68. 2) Ej. *Opus de fide orthodoxa*, diviſum in capita 103. quorum ordo ſive diſpoſitio ab aliis Codicibus MS. & editionibus impreſſis valde diſcrepat. 3) *Variæ obſervationes phyſicæ & theologicæ*, cum excerptis quibusdam ex Svida, Carmine quodam Echoico anonymi & Epiſtolis duabus Gennadii Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui ante Patriarchatum appellatus fuit Georgius Scho-

larius

larius, de controversiis quibusdam partim ad Patriarcham Hierosolymitanum, partim ad Armenios & Latinos Sancta Palæstinæ loca invisentes, pertinentibus &c.

CCVI.

Ducentesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. & ab aqua marina misere deformatus, constatque nunc foliis 264. & ad *Marcum Mammunam* Cretensem olim pertinuit. Continetur eo S. Joh. Damasceni Octoteuchus cum Commentario amplissimo Joh. Zonaræ, ex aulæ Imp. Constantinopolitanæ Magno Drungario Vigiliæ & Proto-Secretario Ascetæ, sive Monachi, qui A. C. 1523. Venetiis in 8. prodiit.

CCVII.

Ducentesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque nunc foliis 111. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Antonii Monachi*, qui Anthologium S. Scripturæ, Melissam, sive Apem inscriptum composuit, Capita Ethica 91. de moribus hominum & de bona conversatione. 2) *S. Nili Discipuli* S. Joh. Chrysostomi & ex Præfecto Urbis Constantinopolitanæ Monachi atque Abbatis *Epistola Ascetica* divisa in capita 54. Quæ quidem extat inter S. Nili Epistolas à V. Cl. Leone Allatio Romæ typis Barberinis græcè & latinè An. 1668.

1668. in f. editas; sed multis scatens mendis, & in totidem discerpta diversas Epistolas, quot constat segmentis, sive capitibus. Quid quod illa ipsa etiam unius ejusdemque Epistolæ fragmenta adeo ibi à se invicem dispersa & adeo præpostero ordine collocata sunt, ut ad confusionem istam plenè indicandam nova prorsus editione opus sit. 3) Ej. *Instructio ad Monachos juniores*, quæ est in editione Allatiana Epist. 303. Libri 3. 4) Ej. *Sententiæ.* 5) *Joh. Carpathii Liber consolatorius* ad Monachos Indiæ in capita 100. divisus. 6) *Expositio fidei*, quam S. Gregorius Thaumaturgus Neocæsareus in Ponto Episcopus, sub principium suscepti muneris Episcopalis per revelationem nocturnæ visionis accepit à S. Joh. Evangelista. 7) *Symbolum fidei Christianæ.* 8) *S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini* Quæstiones & responsiones de orthodoxa fide. 9) *S. Joh. Damasceni fragmentum de* S. Trinitate. 10) *Fragmentum ex SS. Patrum Synodico.* 11) *Abgari Principis Edessæ & Christi Servatoris nostri* Epistolæ duæ mutuæ cum subjuncta narratione de imagine Christi non manu-facta ad Abgarum missa, & de Thaddæo uno ex 72. discipulis, qui post Christi ascensionem in cœlum Edessam Syriæ profectus, Abgarum principem & populum Edessenum convertit ad Christianam

reli-

religionem. 12) *Expositio & interpretatio Splenii* philosophi de generatione hominis. 13) *Anonymi narratio de triduana* Sepultura & resurrectione Christi & de ave Phœnice. 14) *Anonymi oratio Historica* de S. cruce, mutila. 15) *Anonymi Oratio* de inferno mutila. 16) *Chronologia Impp. Constantinop.* ab Imp Constantino M. usque ad Imp. Theodosium Adramyttenum, qui invitus cœpit imperare A. C. 715. & sponte cessit Imp. Leoni Isauro A. C. 717. 17) *Joh. Episcopi* Carpathii capita Ethica, sive Moralia 80. 18) Ejusd. capita 31. *de Oratione.* 19) Ej. *capita* gnostica 32. 20) Ej. de praxi & theoria Spirituali capita 108. 21) *Talassii Monachi* capita 40. de charitate & continentia & de regimine Mentis. 22) *Nicolai Metropolitæ* Thessalonicensis responsio ad interrogationem, quis sit Scopus incarnationis Dominicæ. 23) *Nicolai Metropolitæ Thessalonicensis* expositio verborum S. Gregorii Nazianzeni *ὦ τῆς καινῆς μίξεως* &c. 24) *Ex Aphrodisiani Historia* excerptum de moribus, forma & vestitu B. M. V. 25) *Anonymi observatio* physica de divisione ætatis humanæ in partes septem. 26) *Anonymi fragmentum Theologicum* de hominis Libero Arbitrio.

CCVIII.

Ducentesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est

eſt chartataceus, mediocriter antiquus in fol. conſtatque foliis 67. Continetur eo 1) *Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani* Liber de voluntatibus in Chriſto, quæ vocantur Gnomicæ, quem edidit quidem Petrus Stevartius Leodienſis, Sacr. Lit. in Acad. Ingolſtad. P.P. in Auctario antiquæ Lect. Henrici Caniſii 1616. in 4. ſed tantum latine ſecundum verſionem R. P. Franſc. Turriani S. J. 2) *Thomæ Patriarchæ Hieroſolymitani* Epiſtola adverſus Armenos hæreticos à Theodoro Abucara Arabicè ſcripta & à Michaële Syncello translata in Lingvam Græcam, quæ extat Gr. & Lat. inter Theodori Abucaræ opuſcula à R. P. Jacobo Gretſero S. J. cum Anaſtaſii Sinaitæ Hodego adverſus Acephalos edita Ingolſtadii 1606. 4to. 3) *Themiſtii cognomento* Εὐφράδους, ſive Eloquentis *gratiarum actio* ad Imp. Theodoſium M. ſive ſeniorem ob pacem A. C. 382. cum Athanarico & univerſa gente Gothorum factam, & ob Conſulatum Saturnino, Magiſtro Militum, collatum in ſequentem A. 383. quo is Conſul fuit cum Merobaude, quæ adhuc eſt inedita. 4) *Gennadii Scholarii* Patriarchæ Conſtantinopolitani Expoſitio Vaticinii cujusdam ſuppoſititii de Imperio Romano Orientali & de Imp. Turcico, quod traditur inſculptum fuiſſe lapidi marmoreo ſepuchri Imp. Conſtantini M. 5) *Theophili Presbyteri*

teri & Clerici magnæ Ecclesiæ antiquæ Rom. Vaticinia ex lingva latina in Græcam translata à notario Joh. Rhyzano. 6) *Appendix Græco-barbara* præcedentium vaticiniorum, in qua fit mentio oraculorum Imp. Leonis sapientis, & inscriptionis sepulchri Constantini M. cum expositione Patriarchæ Gennadii Scholarii. 7) *Imp. Leonis, cognomine Sapientis s. philosophi, Oracula* de Imperio Byzantino, quæ cum Georgii Codini Originibus Constantinop. Parisiis A. 1655. à me sunt edita. 8) *S. Maximi Monachi* & Martyris capitum de Theologia & filii Dei in carne Oeconomia Centuria 1. & 2. 9) Ej. *capita* 15. de Deitate & incarnatione J. C.

CCIX.

Ducentesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4to. constatque foliis 155. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Antipatri Bostrorum in Arabia Petræa Episcopi Oratio* in S. Joh. Baptistam, in silentium Zachariæ & in salutationem Angelicam B. M. V. 2) *Michaelis Pselli oratio Encomiastica* in S. Joh. Baptistam. 3) Ej. *carmen* ad Monachum quendam superbum. 4) Ej. *carmen* ad eundem monachum. 5) Ej. *carmen ad amicum* uvas sibi ex prædio mittentem. 6) Ej. *carmen* in laudem Orationis. 7) *Georgii Diaconi*

coni & Referendarii cognomine Pisidæ Hexaëmeron sive Poëma de 6. dierum opificio mundi. 8) *S. Joh. Chrysostomi oratio*, quod non sint frequentanda theatra & in Abrahamum. 9) Ej. *oratio* in S. Philogonium ex Causidico Episcopum. 10) Ej. *oratio* in caput 2. Lucæ. 11) *S. Basilii M.* Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi Oratio in nativitatem Christi.

CCX.

Ducentesimus decimus Codex MS Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque nunc foliis 321. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continetur eo 1) *Symeonis Metaphrastæ Synaxarium* in crucifixionem Christi versibus politicis. 2) *S. Joh. Chrysostomi oratio* de salute animæ & de futuro Judicio. 3) *Ephram Syri Oratio* in secundum adventum Christi & de Antichristo. 4) *Menologium Græcorum*, sive Calendarium Sanctorum more Græco ab initio Septembr. ad finem Augusti. 5) *Anonymi Compendium* Historiæ V. T. ab Adamo usque ad Prophetam Habacuc. 6) *Athanasii Junioris* Quæstiones & responsiones Sacræ ad Antiochum. 7) *Anonymi variæ quæstiones* Sacræ curiosæ & Apocryphæ. 8) *Nonni Panopolitæ Enarratio Historiarum* profanarum & fabularum, quarum S. Gregor. Naz. in orationibus suis meminit. 9) *S. Basilii M. Admonitio* ad Sacerdotes & Diaconos.

10) *SS. Patrum compendiaria Explicatio* S. Scripturæ. 11) *S. Joh. Chrysostomi* Oratio de jejunio. 12) *S. Macarii Abbatis narratio* de discessu animæ & corporis. 13) *Anonymi* oratio *brevis* de charitate & in Sacrificium Abrahami. 14) *Anonymi Historia* de inventione S. crucis. 15) *Eusebii Episcopi Alexandrini Oratio* de jejunio quadragesimali. 16) *S. Joh. Chrysostomi Oratio* de profectu animæ. 17) *Fragmentum cujusdam Orationis* S. Joh. Chrysostomi. 18) *Joh. Monachi & Presbyteri Eubææ oratio* Historica in S. Joachimum & S. Annam & in nativitatem B. M. V. 19) *Pontii Pilati Epistola suppostitia* ad Imp. Tiberium de Christo, & Imp. Tiberii rescriptum item supposititium ad Pilatum cum annexa fabulosa narratione de Pilati & Summorum Pontificum, Annæ & Caiphæ interitu. Quæ epistola Pilati plane diversa est ab iis epistolis, quæ sub Pilati nomine à Sixto Senensi l. 2. Bibl. Sanctæ & aliis sunt editæ. 20) *Joh. Archi-Episcopi Thessalonicensis Oratio Historica* de obitu & assumtione B. M. V. 21) *Eusebii Episcopi Alexandrini Oratio* de Memoria Sanctorum. 22) *S. Ephræm Syri Orationes* quatuor. 23) *S. Joh. Chrysostomi Oratio* in parabolam de filio prodigo. 24) *S. Blasii M.* doctrina de virtutibus. 25) *Martyrium S. Placidi vel Placidæ, Ducis*, sive Præfecti Exercitus

citus, qui post susceptam religionem Christianam Eustathius appellatus est, ut ex uxoris ipsius Theopistis & duorum filiorum Agapii & Theopisti, conscriptum ab Anonymo, qui in proëmio expresse testatur, se eodem tempore vixisse. 26) *S. Ephrami Syri* oratio de Josepho Patriarcha. 27) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in annunciationem B.M.V. 28) *S. Germani Patriarchæ Constantinop. oratio* in Annunciationem B. M. V. quam edidit quidem Fransc. Combefisus Tom. I. Auctarii Magnæ Biblioth. Patrum p. 1424. sed magna ex parte mutilam & imperfectam. 29) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in Pharisæum & Publicanum. 30) *S. Ephrami Syri oratio* de secundo adventu Christi &c. 31) *S. Joh. Chrysostomi Oratio de pœnitentia* & Eleemosyna. 32) *Vita S. Mariæ* Ægyptiacæ à Sophronio Archi-Episcopo Hierosolymitano conscripta. 33) *S. Joh. Chrysostomi Oratio* in Lazarum quatriduanum. 34) *S. Procli Archi-Episcopi* Constantinopol. Oratio in Prophotismata & in resuscitationem Lazari & in Festum Palmarum. 35) *S. Joh. Chrysostomi* oratio quædam 36) Ej. *Oratio* in X. virgines. 37) Ej. *Oratio de Meretrice* & de jejunio. 38) Ej. *Oratio* in proditionem Judæ in S. Mysteria. 39) Ej. *Oratio* de passione Domini. 40) Ej. *Oratio* habita in die paschatis. 41) *Anonymi nar-*

narratio Apocrypha & fabulosa de Adamo & Eva, quæ falso attribuitur Moysi, ac si ea jussu Dei per Michaëlem Arch-Angelum tempore legislationis divinæ in monte Sinai illi fuerit revelata. 42) *S. Basilii M.* doctrina ascetica.

CCXI.

Ducentesimus undecimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in fol. scriptus manu Andreæ Darmarii Epidauriotæ constatque foliis 46. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continentur eo *Joh. Metropolitæ* Euchaitorum Poëmata Sacra Jambica, qui sub Imp. Constantino Monomacho ab A.C. 1042. usque ad A. 1054. imperante, floruit.

CCXII.

Ducentesimus duodecimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in fol. constatque foliis. 37. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo *Michaelis Pselli Expositio Paraphrastica* Cantici Canticorum versibus politicis cum præfatione simili ad Imp. Constantinopolitanum Nicephorum Botaniatam, cum prolegomenis quibusdam prosaicis de personis, argumento & Nomine Cantici Canticorum, quæ non extant in aliis Codicibus MS. nec in editione Græca Meursiana.

CCXIII.

Ducentecimus decimus tertius Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. conſtatque nunc foliis 228. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *Philippi Solitarii Dioptra* ſ. *Amuſſis* fidei & vitæ Chriſtianæ ad Callinicum Monachum, verſibus politicis ac forma Dialogi inter animam & carnem compoſita, & in quinque Libros diviſa variisque veterum Patrum teſtimoniis, contextui paſſim permixtis, illuſtrata, quam edidit quidem R. P. Jacobus Pontanus S. J. Ingolſtadii 1604. in 4. Sed latine tantum & ſoluta oratione, aliisque variis modis, ut ipſe in præf. ad Lect. fatetur, pro lubitu interpolatam ac transformatam. 2) *Appendix prima* Dioptræ Philippi Solit. qua continentur capita V. Hiſtorica de fide & ceremoniis Armeniorum, Jacobitarum, Chatzitzariorum & Romanorum ſive Francorum. 3) *Appendix 2.* Dioptræ, qua continetur Demonſtratio ex SS. & S. Epiphanio, quod Chriſtus in S. cœna non legale, ſed verum comederit Paſcha. 3) *Appendix 3.* qua continetur Epiſtola Apologetica ad Conſtantinum Sacerdotem de differentia inter interceſſionem & auxilium Sacerdotum. 5) *Appendix 4.* qua continentur verſus politici, quibus tempus abſolutionis Dioptræ & nomen ſuum per numeros octo literarum Φιλίππος

indicat. 6) *Appendix 5.* qua continentur versus Constantini & Vesti Grammatici in laudem Dioptræ & Autoris ejus Philippi. 7) Ex *Isaaci Magnæ Armeniæ* Catholici orationibus duabus invectivis adversus Armenios Excerpta. 8) *Euthymi Zigabeni*, Monachi Constantinop. Epistola adversus Phundagiatas sive Bogomilos Constantinopoli in patriam suam missa. 9) *Isiodori Pelusiotæ Epistolæ XII.* 10) Papæ Hadriani IV. Epistola tempore Imp. Constantinop. Manuelis Comneni A. C. 1155. missa ad Basilium Achridenum, Archiepiscopum Thessalonicensem magnæ tunc in Ecclesia Orientali Autoritatis & nominis, de componenda inter Latinos & Græcos fidei discordia, simul & Ejusdem Basilii Epist. responsoria ad eundem Pontificem. 11) *Basilii Achrideni Archi-Episc. Thessalon.* Disputatio de controversiis fidei inter latinos & græcos, habita Thessalonicæ cum Episopo Beneventano, Constantinopoli ab Imp. Manuele Comneno revertente, conscripta instar Dialogi à Niceta Monacho. 12) *Anonymi carmen* quoddam versibus politicis. 13) *S. Epiphanii* Liber de 12. gemmis in veste Aaronis.

CCXIV.

Ducentesimus decimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4to. constatque nunc foliis 198. & ab

Au-

Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Philippi Solitarii* Dioptra, deest autem Liber I. totus & secundi Libri pars quædam. 2) *Appendix 1.* Dioptræ continens Philippi Solitarii Epistolam ad Constantinum Sacerdotem de differentia inter intercessionem & auxilium Sanctorum. 3) *Appendix 2.* continens Leonis Archiepiscopi Bulgariæ capita 50. de tentationibus & afflictionibus involuntariis earumque utilitate. 4) *Anastasii Sinaitæ Oratio* de S. Synaxi, de oblivione injuriarum & de non judicando alium. 5) *Anonymi Dissertatio* contra Nestorianos. 6) *Expositio compendiaria* orthodoxæ fidei, quæ in hoc Codice S. Joh. Chrysostomo tribuitur, in aliis autem S. Cyrillo Archiepisc. Alexandrino & S. Anastasio Sinaitæ. 7) *S. Anastasii* Sinaitæ Quæstiones & Responsiones Sacræ. 8) *S. Maximi Liber Asceticus* secundum interrogationem & responsionem. 9) *Sententiæ variæ* ex SS. & SS. Patribus. 10) *Euagrii Cappadocis Apophthegmata* veterum Patrum. 11) *S. Nili Alphabetum morale.* 12) *S. Basilii M. admonitio de gratiarum actione erga Deum.* 13) *Excerpta quædam ex Libro Sapientiæ Jesu filii Sirach.* 14) *S. Nili Sententiæ.* 15) *S. Ephræmi Syri Oratio de compunctione.* 16) Ej. *precatio ad Deum* cum confessione. 17)

S. Ephræmi fragmentum ex opusculo de beatitudinibus animæ. 18) *Excerpta ex Thalassii Abbatis* 400. capitibus ad Paulum Presbyterum de charitate & continentia & de regimine mentis. 19) *Ex S. Nili capitibus* 150. de oratione & ex aliis ejusdem variis capitibus Asceticis excerpta. 20) *Ex Joh. Stobæi, Antonii & Maximi* Locis Communibus Sententiarum capita 3. de honore parentum & Amore liberorum, de timore Dei & de peccato atque Confessione.

CCXV.

Ducentesimus decimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. constatque nunc foliis 160. Continetur eo 1) *Philippi Solitarii Dioptra* s. Amussis fidei & vitæ Christianæ ad Callinicum Monachum, versibus politicis, sed integro libro primo mutila atque itidem ut in R. P. Jacobi Pontani editione Latina ab incerto quodam recentiore interpolatore græco in 4. Libros divisa. 2) *Versus Constantini Grammatici & Vesti* in laudem Dioptræ & Autoris ejus Philippi. 3) *Symeonis Logothetæ* & Magistri, cognomine Metaphrastæ versus compunctorii forma confessionis secundum ordinem Alphabeticum. 4) Ej. *Canticum Sacrum* ordine Alphabetico, sed maxima parte priori mutilum.

CCXVI.

CCXVI.

Ducentesimus decimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in fol. constatque nunc foliis 368. Continetur eo 1) *Theophilacti Acridæ* in Bulgaria Archi-Episcopi *Expositio* in 5. Prophetas minores, Oseam, Habacuc, Jonam, Nahum & Micham. 2) *Nicephori Blemmidæ* expositio in Psalterium Davidis. 3) Ej. *Expositio in Appendicem* Psalterii Davidici nempe in Cantica duo Moysis &c.

CCXVII.

Ducentesimus decimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 322. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Theophylacti Acridæ* in Bulgaria Archi-Episcopi Commentarii in IV. Evangelia scripti A. C. 1197. 2) *Photii, Patriarchæ Constantinopolitani, Liber Schismaticus de Episcopis* & Metropolitis aliisque Quæstionibus contra Romanos sive Latinos. 3) Ej. *Epitome Actorum* Conciliorum septem generalium. 4) Anonym. opusculum de septem Conciliis generalibus & de provincialibus, posteriori parte mutilum.

CCXVIII.

Ducentesimus decimus octavus Codex MS. Th.

Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in fol. conſtatque foliis 397. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continentur eo *Theophylacti Acridæ* in Bulgaria Archi-Epiſcopi *Commentarii* in 4. Evangelia, cum appendice Hiſtorica de Joſepho ab Arimathia, & de Juda proditore, ſimul & Flavii Joſephi inſigni teſtimonio de Chriſto, ex L. 18. Antiqq. Jud.

CCXIX.

Ducenteſimus decimus nonus Codex MS. Th. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus elegantiſſimus & optimæ notæ in fol. conſtatque foliis 502. & olim ad celeberrimum Cardinalem *Beſſarionem* pertinuit, poſtea autem à *Johan. Sambuco* emtus eſt XI. Ducatis, ac demum poſt illius mortem in Aug. Bibl. Cæſaream translatus eſt Continentur eo *Theophylacti Acridæ* in Bulgaria Archiepiſcopi *Commentarii* in Evangelia duo S. Marci & S. Lucæ, & apparet luculenter cum ex verſibus iisdem præfixis, tum ex admiranda elegantia perantiquæ majusculæ Scripturæ totius Codicis, eum ipſo Theophylacti ævo eſſe exaratum & veriſimiliter illum ipſum eſſe, quo uſa eſt Imperatrix Maria, primo quidem Imp. Michaëlis Ducæ cognomine Parapinacii, ſecundo autem Imp. Nicephori Botaniatæ uxor, cujus inſtinctu atque juſſu Theophylactus Commentarios in 4. Evangelia Sec. XI. poſt C. N. compoſuit.

CCXX.

CCXX.

Ducentesimus vigesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 118. Continetur eo *Theophylacti Acridæ*, in Bulgaria Archiepisc. Expositio in Evangelium S. Marci, Johannis, & Mathæi. Item in Epistolam S. Jacobi, duas Petri, tres Joh. & unam Judæ, quæ scripta est manu Leonis cujusdam A. C. 1131.

CCXXI.

Ducentesimus vigesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in fol. ejusdem *Leonis* manu A. C. 1139. exaratus, constatque foliis 158. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continetur eo *Theophylacti* expositio in Evangelium S. Lucæ & in omnes S. Pauli Epistolas.

CCXXII.

Ducentesimus vigesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus pervetustus & optimæ notæ in fol. constatque foliis 331. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continetur eo *Theophylacti Expositio* in Acta Apost. in Epistolas catholicas S. Jacobi, S. Petri, S. Joh. & S. Judæ, & in omnes Epistolas S. Pauli collecta ex S. Joh. Chrysostomi aliorumque variorum veterum Patrum operibus. Et hic est ille Codex MS. ex quo Theophylacti Expositio in Acta Ap. primum Græcè & Latinè edita est à Lau-

à Laurentio Gifano *Prunsfeldio* J. U. D. Coloniæ 1567. in fol.

CCXXIII.

Ducentesimus vigesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. & principio & fine & passim alibi mutilus, constatque nunc foliis 153. & ad Johannem Sambucum olim pertinuit. Continetur eo *Theophylacti Expositio* in Epistolas 3. Catholicas S. Johannis, & Epistolam Judæ & omnes Epistolas Pauli.

CCXXIV.

Ducentesimus vigesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in fol. constatque foliis 18. Continetur eo 1) *Theophylacti Dissertatio* ad quendam suorum familiarium de iis rebus, ob quas Latini à Græcis reprehenduntur. 2) Ej. *Oratio* in adorationem venerandæ crucis, quæ extat Tom. 2. Syntagmatis R.P. Jacobi Gretseri S. J. de S. cruce colum. 1499.

CCXXV.

Ducentesimus vigesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & elegantissimus & bonæ notæ in fol. constatque foliis 201. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Ante quem *Marci Mamunæ* Cretensis & postea *Georgii Cometis* Corinthii fuit. Continetur eo *Euthimii Monachi Zigabeni*

Pa-

Panopliæ dogmaticæ orthodoxæ fidei adversus diversas hæreses, quam initio Seculi post C. N. XII. jussu Imp. Alexii Comneni, propter Bogomilos potissimum composuit, Liber 1. in titulos XI. divisus.

CCXXVI.

Ducentesimus vigesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus elegans & bonæ notæ in f. constatque foliis 290. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit, ante quem *Franciscus à Navarra* Episcopus Pacensis possessor ejus fuit. Continetur eo *Euthymi Zigabeni Liber I.* panopliæ dogmaticæ orthodoxæ fidei, cui in fine loco appendicis adjecta est Hypothesis vel Argumentum Epistolæ Pauli ad Romanos.

CCXXVII.

Ducentesimus vigesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4to. constatque foliis 226. Et continetur eo *Euthymii Zigabeni* Panoplia dogmatica orthodoxæ fidei integra, uno libro comprehensa & in capita 28. divisa, cui in fine adjecta est *Photii, Patriarchæ Constantinop. Synopsis* Historica VII. Conciliorum Oecumenicorum. Ex Epistola ejusdem ad Michaëlem Principem Bulgariæ.

CCXXVIII.

Ducentesimus vigesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in

4to.

4to, constatque foliis 268. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Gregorii Tauromeniæ in Sicilia Archi-Episcopi, cognomine Cerameisive figuli*, qui in August. Bibl. Cæsareæ Codice MS. Th. Gr. 102. appellatur *Theophanes Homiliæ 36.* in Evangelia Dominicalia & Festa anniversaria, quas Gr. & Lat. Lutetiæ Paris. A. 1644. in f. edidit R. P. Franscifcus Scorsus Panormitanus S. J. 2) *Imp. Leonis, cognomine philosophi S. Sapientis*, oratio in Spiritum S. quod propria autoritate adoptionem filiorum Dei hominibus largitus est, quæ est adhuc inedita. 3) *Joh. Chrysostomi oratio* in parabolam de eo, qui incidit in latrones. 4) *Imp. Leonis, cognomine Philosophi s. Sapientis, poëma Jambicum*, adhuc ineditum, de Martyrio S. Clementis Episcopi Ancyrani & socii ipsius S. Agathangeli, qui sub Impp. Diocletiano & Maximiniano Ancyræ in Galatia passi sunt. 5) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in illud; Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. 6) Ej. *oratio* in Pentecosten.

CCXXIX.

Ducentesimus vigesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in fol. constatque nunc foliis 261. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Joh.* cognomine *Ceramei* s. figuli *Homiliæ 33.* in

in Evangelia Dominicalia, qui autor plane diversus est à Theophane Ceramеo, cujus Homiliæ continentur codice præcedente.

CCXXX.

Ducentesimus trigesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in f. constatque foliis 64. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Leonis Magistri*, Proconsulis, Patricii & Mystici, *Epitome Expositionis* variorum Patrum in Pentateuchum Mosaicum, Libr. Josuæ, Judicum, Ruth & IV. Regum.

CCXXXI.

Ducentesimus trigesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in f. constatque foliis 241. & est unus ex illis *Joh. Sambuci* libris, quos à reliqua ejus Bibliotheca avulsos *Seb. Tegnagelius* redemit, & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continetur eo *Nicetæ primum quidem* Serrarum in Macedonia prima, postea autem Heracleæ in Thracia Metropolitæ *Catena sive Commentarius amplissimus in Librum Jobi, quem primus edidit Laurentius cum-Deo* Lugduni 1586. in 4. postea autem eundem in linguam latinam translatum publicavit *P. Paulus Comitolus* Venetiis 1587. in 4 adjecta prolixa disputatione, in qua contra Laurentium Cum-Deo & veterum Codicum MS. autoritatem imperiose

quidem, ſed perperam & fruſtra demonſtrare annititur. Antorem hujus Catenæ non eſſe Nicetam Metropolitam Heracleenſem, ſed Olympiodorum, Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconum, quod illius præ ceteris frequentisſimè in ea fiat mentio.

CCXXXII.

Ducenteſimus trigeſimus ſecundus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus, mediocriter antiquus in f. conſtatque foliis 284. & eſt unus ex illis Joh. Sambuci Libris, quos à reliqua ipſius Bibliotheca avulſos Seb. Tegnagelius redemit, & Aug. Bibl. Cæſareæ legavit. Continentur eo 1) *Michaelis Glycæ Epiſtola Theologica* 55. 2) *Procopii Gazæi Sophiſtæ Chriſtiani Epitome Eclogarum* ſive Excerptorum ex variorum Autorum Expoſitionibus in Geneſin, quæ extat in ejus Commentariis in Octateuchum à Conrado Clauſero Tigurino latine editis Tiguri A. 1555. in f. 3) *Fragmentum Libri V. Dioptræ* Philippi Solitarii. 4) *Nicolai Cabaſilæ*, Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, fragmentum de S. Trinitate & de processione Spiritus S. ex ſolo Patre. 5) *S. Gregorii Epiſcopi Nyſſeni* locus notabilis de S. Trinitate. 6.) *S. Gregorii Thaumaturgi, Neocæſareæ* in Ponto Epiſcopi, Symbolum fidei Chriſtianæ, quod h. l. perperam tribuitur S. Gregorio, Epiſcopo Nyſſeno. 7) *Philothei, Patriarchæ Conſtantinopoli-*

poli-

politani, Doctrina collecta ex S. Joh. Chrysostomo & aliis Patribus super Evangelio de publicano & Pharisæo. 8) *S. Joh. Chrysostomi* oratio in festum occursus Domini nostri J. C. sive in festum Purificationis.

CCXXXIII.

Ducentesimus trigesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus in quarto, nec solum in principio & fine, sed & passim alibi mutilus & lacerus, constatque foliis 142. Et continentur eo *Michaëlis Glycæ* Epistolæ Theologicæ, differentes ab iis, quæ in aliis supra memoratis Codicibus MS. extant tam numero quam ordine.

CCXXXIV.

Ducentesimus trigesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 259. Continentur eo 1) *Johannis, Episcopi Insulæ Carpathi*, ad Monachos Indiæ capita paracletica sive consolatoria 100. 2) *Ej.* capita Theologica & Gnostica 115. 3) *Eliæ Ecdici* capita ascetica 244. ex quibus tantum 123 extant Tomo XV Magnæ Biblioth. Vet. Patr. Græco-latinæ Parisiensis, eaque non nisi latine, secundum tranlationem R. P. Jacobi Pontani S. J. qui illa primus edidit in Appendice Opp. Simeonis Junioris Theologi. 4) *Theodori, Archiepiscopi Edesseni*, capita practica 100. 5) *Nili Abbatis* ca-

pita 43. de virtutibus. 6) *Ej.* de temperantia & oratione capita 150. 7) *Abbatis Nili* capita 8 de octo vitiosis cogitationibus. 8) *Esaiæ Abbatis* capita 22 de Ascesi, sive de Exercitatione Spirituali & de Quiete. 9) *Marci Eremitæ* de custodia mentis capita 14. 10) *Ej. de lege Spirituali* capita 250, quæ extant quidem Tomo XI. Magnæ Bibl. Patrum Parisiensis, sed tam ordine quam numero valde ab his discrepantia. 11) *Ej. Epistola ad Nicolaum*, quæ Tom. XI. Magnæ Bibl. Patrum inscribitur; Præcepta animæ salutaria. 12) *Hesychii, Presbyteri* Hierosolymitani, ad Theodulum capita 200. de temperantia & Virtutibus. 13) *Philothei Monachi Sinaitæ* capita ascetica 40. quorum quinque priora desunt. 14) *Ejusdem Oratio Ascetica*, quod custodia cordis etiam observentur præcepta Christi. 15) *S. Macarii Magni* de custodia cordis capita 30. 16) *Ej. capita* 170. de perfectione Spirituali. 17) *S. Diodochi Photices* in veteri Epiro sive Illyrico Episcopi capita 100 de perfectione Spirituali. 18) *Thalassii Monachi* ad Paulum Presbyterum capita 400 de charitate & continentia. 19) *S. Maximi ad Elpidium*, Presbyterum, capita 40. de charitate. 20) *S. Joh. Chrysostomi Epistola ad Monachos.* 21) *S. Basilii M. capita* 7. de temperentia. 22) *S. Gregorii Nazianzeni* Expositio versus 6.

Ps.

Pf. 6. 23) *Nicephori Monachi* oratio de custodia cordis. 24) *Ej. oratio* de Attentione. 25) *Simeonis Junioris* Theologi Doctrina de differentia precationis & attentionis. 26) *Apophthegmata SS. Patrum* de temperantia. 27) *Zosimi Abbatis oratio Ascetica.* 28) *Gregorii Sinaitæ* capita ascetica 7. 29) *S. Nyli* ad diversos Monachos Epistolæ 98. ἀνεπίγραφοι

CCXXXV.

Ducentesimus trigesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 325. & ab *Augerio Busbekio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *S. Isaaci Syri Abbatis* & Anachoretæ, qui fuit Episcopus Urbis Nineve *sermones* Ascetici 87 ex quibus 53 extant quidem in Magna Biblioth. Patrum Græco-latina Parisiensi A. 1654. Tomis XVII. edita Tomo V. sed latine tantum & mutilè turbatoque & confuso ordine, Autorque eorum vocatur Presbyter Antiochenus adeoque cum S. Isaaco Syro primum quidem Episcopo urbis Nineves, deinde autem Abbate & Anachoreta confunditur. 2) *Leontii Scholastici Byzantini & postea Lauræ sive Sabæ prope urbem Hierosolymitanam* Monachi, Excerpta ex ore Theodori, Abbatis religiosissimi & doctissimi Philosophi, divinis pariter externisque literis

eruditi, de *Sectis* hæreticorum & Concilio Chalcedonensi in actiones decem divisa, quæ edidit Gr. & lat. Leuenclavius Basileæ A. 1578. in 8. 3.) *Anonymi definitiones quædam Logicæ* secundum Aristotelem. 4) *Anonymi definitiones* & Etymologiæ Theologicæ & philosophicæ, ordine Alphabetico cum interpretatione. 5) *Anonymi definitiones* virtutum & vitiorum. 6) *Anonymi definitiones* Theologicæ & philosophicæ. 7) *Theodori Abucaræ*, Episcopi Cariæ, Dialogus quo demonstratur esse Deum. 8) *Ej. Dialogismus.* 9) *Ej. Opusculum* de peccati Adami propagatione in universum genus humanum & de expiatione universi generis humani per incarnationem Christi. 10) *Ej. opusculum* de luctatione Christi cum Diabolo. 11) *Anonymi opusculum Schismaticum*, in VII. capita divisum, quorum *primum* agit de Patriarchis quibusdam orthodoxis, ab Ecclesia Romana olim improbatis. *Secundum* est scriptum contra Ecclesiæ Romanæ primatum, *Tertium* de quibusdam Patriarchis, per Imperatores infensos abdicatis, & postea per sequentes Imperatores orthodoxos in pristinam dignitatem restitutis, *quartum*, quibus Patriarchis damnatis damnatio eorum non nocuerit iis, qui ab ipsis, antequam damnarentur, ordinati fuerant. *Quintum* de patriarchis quibusdam diversarum

rum ſedium, qui apertas inter ſe exercuerunt ſimultates & inimicitias absque ullo exiſtimationis & dignitatis alterutrius damno. *Sextum* de Imperatoribus, qui pro cæteris allaborarunt conſervandæ aut reſtaurandæ paci & concordiæ Eccleſiaſticæ. *Septimum* de translatione Epiſcoporum ab una ſede ad aliam, ut & de pluralitate atque conjunctione diverſarum Eccleſiarum ſub uno Epiſcopo. 13) *Thalaſſii* Monachi ad Paulum Presbyterum capita 400. de charitate & continentia. 14) *S. Nili de oratione* capita 153. 15) *Johannis, Epiſcopi* Inſulæ Carpathi, ad Monachos Indiæ capita paracletica 100. 16) *S. Maximi* capitum de Theologia Centuriæ duæ 17) *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Quæſtiones in Geneſin* cum eodem proëmio ad Hypatium, quæ in Codice 235 attribuuntur Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino. 18) *S. Gregorii, Epiſcopi Nyſſenis Epiſtola de iis*, qui Hieroſolyma, & alia quædam loca ſacra adeunt, quæ ab editione Petri Molinæi A. 1607. in 8 edita Hanoviæ in multis locis diſcrepat. 19) *Fragmenta quædam* Aſcetica Miſcellanea ex Opere de vitis Patrum. 20). *Fragmentum & Palladii Methonæi Sophiſtæ*, qui ſub Imp. Conſtantino M claruit, Hiſtoria de Brachmanibus, Indorum philoſophis, qui alias appellantur Gymnoſophiſtæ.

CCXXXVI.

Ducentesimus trigesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus, in 4. constatque nunc foliis 204. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *S. Isaaci Syri Abbatis & Anachoretæ* Sermones aliquot Ascetici. 2) *Anonymi oratio* de Memoria mortis. 3) *Anonymi oratio* ne Christianus metuat mortem, & de pœnitentiæ confessione. 4) *S. Basilii M.* Cappadociæ Archiepiscopi, Orationes XIV. 5) *S. Joh. Chrysostomi* orationes quatuor.

CCXXXVII.

Ducentesimus trigesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 426 & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Eliæ Ecdici capita* ascetica 240. 2) *S. Diadochi Photices* in veteri Epiro sive Illyrico Episcopi, capita ascetica 100. 3) *Ej.* Quæstiones & responsiones Sacræ 38. quarum priores novem extant quidem in Appendice opusculorum Simeonis Junioris Theologi, à R. P. Jacobo Pontano S. J. editorum, p. 358. seq. sed latine tantum & sine nomine Diadochi. 4) *Ej. caput asceticum.* 5) *S. Nili capita* 143. de oratione. 6) *Ej. capita* 8. de octo vitiosis cogitationibus, quæ sub *Evagrii* nomine extant latine inter Joh. Damasceni

masceni opera à Jacobo Billio adornata & Parisiis 1619. in f. edita. 7) *Ej. de cogitationibus* capita 21, quibus etiam in margine à recentiore manu adscriptum est nomen Evagrii Monachi. 8) *Ej. de octo spiritibus malitiæ* capita octo, quibus ipsis & nomen Evagrii in margine est additum. 9) *Ej.* alia quædam capita Ascetica, quæ a quibusdam S. Nilo, ab aliis Evagrio tribuuntur, ut recentior quidam in margine notavit. 10) Ex *S. Joh. Chrysostomi* operibus varia monita Ascetica de oratione. 11) *Marci Abbatis & Eremitæ* capita ascetica 20. de custodia mentis. 12) *S. Isaaci Syri* Institutiones & sententiæ Asceticæ miscellaneæ. 13) *Excerpta ascetica Miscellanea* ex scriptis S. Dionysii Areopagitæ, Michaelis Pselli &c. 14) *Simeonis Junioris Theologi*, Præpositi & Presbyteri Monasterii S. Mamantis juxta Xerocercum *tractatus Asceticus* de tribus generibus Sacræ orationis. 15) *Ej. monita Ascetica miscellanea 22.* 16) *Ej. oratio Ascetica* de cognitione Spirituali. 17) *Ej. capita practica & Theologica.* 18) *Ej. capita Theologica & gnostica.* 19) *Ej. alia quædam capita Theologica & Practica.* 20) Anonymi narratio de S. Marco Eremita, quæ discrepat ab editionibus impressis non solum ordine, sed & ipsa rerum gestarum substantia. 21) *Marci Abbatis capita Ascetica* de lege Spirituali.

22) *Ej. capita* de iis, qui putant se ex operibus justificari. 23) *Ex Palladii Historia Lausiaca* caput 98. de Diocleto Asceta, qui in vitis Patrum, à Rosweydo latine editis, p. 767. vocatur Diocles. 24) *Apophthegmata & monita Ascetica miscellanea* Abbatis Johannis Colobi, Abbatis Esaiæ, Abbatis Theodori, Abbatis Theonæ, & Abbatis Arsenii ex vitis Patrum collecta. 25) *S. Maximi* capita 400. de charitate. 26) *Hesychii, Presbyteri Hierosolymitani*, ad Theodulum capita 135. de temperantia. 27) *Anonymi* capita Ascetica 200.

CCXXXVIII.

Ducentesimus trigesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus, antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 304. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1.) *Anastasii Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*, Quæstiones & responsiones Sacræ 36. 2.) *Thalassii Monachi capita Ascetica* de sincera charitate & vera continentia ad Paulum Presbyterum. 3) *Simeonis Abbatis Mesopotaniæ* oratio de continua meditatione mortis, quæ à quibusdam S. Simeoni Stylitæ Seniori tribuitur, sed perperam. 4) *Apophtegmata & monita* Ascetica varia ex vitis Patrum. 5) *S. Basilii M.* Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi, Constitutio Monastica de cœnobiis Virginum Sanctimonialium. 6) *B.*

Do-

Dorothei Archimandritæ sive Abbatis Doctrinæ Asceticæ 7. 7) *S. Anastasii Sinaitæ, Patriarchæ* Antiocheni, Oratio de variis animæ salvandæ & pænitentiæ agendæ modis. 8) *Marci κατ' ἐξοχὴν* sive per excellentiam cognominati Ascetæ sive Exercitatoris Spiritualis, Epistola ad Nicolaum Ascetam sive Monachum. 9) *S. Basilii M.* fragmentum constitutionis Asceticæ de cænobiis virginum Sanctimonialium. 10) *Lucæ, monachi* & Presbyteri, Oratio parænetica ad Virgines. 11) *Philothei Interpretatio* significationum circumvolutionis siderum. 12) *S. Gregorii Nazianzeni* carmen invectivum in virgines Sacras, quæ habent viros contubernales, quos appellant Α'γαπητὰς sive Dilectos, & in Monachos qui habent Virgines contubernales, quas vocant Συνεισάκτους sive Cointroductas. 13) *Anonymi narratio* de statu animarum post hanc vitam & de *S. Macario Alexandrino* 14) Ex *Athanasii Minoris* sive Junioris Quæstionibus & responsionibus Sacris ad Antiochum Quæstiones sex, quæ S. Athanasio M. Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopo, perperam alias attribuuntur. 15) Ex *Marci Eremitæ* Sermonibus Catecheticis ad discipulos suos excerpta quædam. 16) Ex *S. Diadochi* capitibus Asceticis excerpta quædam. 17) Ex *Joh. Carpathii* capitibus Asceticis excerpta quædam,

18) *S.*

18) *S. Isaaci Syri* Abbatis & Anachoretæ Sermones Ascetici 6. 19) Ex *S. Basilii M.* Libro sive tractatu ad Letojum, Melitenæ in Cappadocia Episcopum de vera virginitatis integritate Excerpta quædam. 20) *Fragmenta Sermonum* quorundam Asceticorum S. Patris nostri Philothei, qui Cod. 156. appellatur Monachus Sinaita.

CCXXXIX.

Ducentesimus trigesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus, antiquus & bonæ notæ in 4 in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 85. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *B. Dorothei Archimandritæ sive Abbatis Doctrinæ Asceticæ decem.*

CCXL.

Ducentesimus quadragesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus & bonæ notæ in f. constatque nunc foliis 247. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *S. Barsanuphii, Anachoretæ Palæstini, Quæstiones & Responsiones* variæ Asceticæ. 2) *Nicephori Monachi Oratio Ascetica* de custodia mentis & cordis. 3) *Hesychii, Presbyteri* Hierosolymitani, ad Theodulum capita ducenta de temperantia & virtute. 4) *S. Diadochi, Photices* in veteri Epiro sive Illyrico Episcopi, *capita 100. Asceti-*

ca

ca de perfectione Spirituali. 5) *S. Macarii Ægyptii sive Scetensis* capita Ascetica 170. metaphrasi illustrata à Simeone Logotheta. 6) *Niceti, Monachi & Presbyteri* Monasterii Studitarum, cognomine Stethati sive Pectorati, capitum Asceticorum Centuriæ 3. 7) *S. Isaaci Syri Anachoretæ & Abbatis* Sermones Ascetici varii. 8) *S. Maximi ad Elpidium* Presbyterum capita 400 de charitate. 9) *S. Maximi* capitum de Theologia & filii Dei in carne œconomia capita 215. 10) *Narratio supposititia & fabulosa* sub nomine S. Pauli Apostoli de *Exercismo viperarum* à S. Michaële Archangelo per somnum ipsi revelato, postquam naufragus appulit in Insulam Melitam, & vipera ex sarmentis, quæ pyræ frigoris causa accensæ imposuerat, prorumpens in manum ejus insiluit. 11) *Anonymi annotatiuncula* Chronologica de magno terræ motu, qui fuit Constantinopoli A. C. 1400. Mense Januario sub Imp. Manuele Imp. Joh. Palæologi filio. 12) Ex *Joh. Cassiani Eremitæ patria Romani* ad Castorem Episcopum Libris 4. de institutis & regulis cænobiorum Ægypti & Orientis, ab ipso latine scriptis, ut & ex ejusdem Libris 8 ad eundem de 8 primariis cogitationibus vitiosis ab ipso itidem latine scriptis, *Anonymi Epitome græca.* 13) *S. Nili de cogitationibus* & statu Apathiæ sive Impassibilitati proximo capita 28

14) *Fla-*

14) *Flavii Josephi* Liber de Maccabæis sive de imperio rationis in passiones.

CCXLI.

Ducentesimus quadragesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus, pervetustus & optimæ notæ in 8. sed in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 146. Continentur eo 1) *Joh. Patriarchæ Antiocheni, Ecloga Ascetica* ex variorum SS. Patrum aliorumque S.E. operibus collectæ, & in duas partes divisæ, quarum prima agitur de Meditatione mortis & extremi Judicii, secunda autem de Oratione, Psalmodia & S. Synaxi. 2) *Manuelis, Ducæ Despotæ* Epiri & Thessaliæ, Epistola ad Germanum secundum ejus nominis, Patriarcham Constantinopolitanum, qua ipsum laudat & rogat ut Imp. Constantinop. Joh. Ducam sibi conciliet & Ecclesiis viduis Episcopos idoneos præficiat. 3) *Germani secundi ejus nominis Patriarchæ Constantinopolitani*, Epistola ad Manuelem, Ducam Despotam Epiri & Thessaliæ, qua ipsius Epistolæ respondens significat, se loco & nomine suo ad ipsum mittere Christophorum, Metropolitam Ancyranum, ut is coram cum ipso agat de iis rebus, quas desideraverat. 4) *Ej. Mandatum sive Commonitorium Synodale* traditum Christophoro Metropolytæ Aurano, cum is ex Synodo Nicena A. C. 1232. celebrata tanquam legatus

gatus Patriarchalis ad Manuelem, Ducam Despotam Epiri & Thessaliæ, esset profecturus.

CCXLII.

Ducentesimus quadragesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 103. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Anonymi Eclogæ Asceticæ* ex variorum SS. Patrum aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum Operibus collectæ & in XVI. λόγȣς sive sermones divisæ. 2) *S. Joh. Chrysostomi* Expositio Orationis Dominicæ. 3) *Hippoliti Thebani fragmentum* de genealogia B. M. V. ex opere ejus Chronologico. 4) *Narratio de Melchisedech* sub nomine *S. Athanasii, Archi Episcopi Alexandrini*, cujus tamen autor videtur potius *Athanasius Junior* Sec. VIII. siquidem Concilii Nicæni Oecumenici ita facit mentionem, quasi id jam longe ante ætatem suam fuerit celebratum. Discrepat autem hæc narratio mirum quantum ab ea, quæ in Editione Græco-latina S. Athanasii p. 7. extat.

CCXLIII.

Ducentesimus quadragesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in 4, constatque foliis 10. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo

Ano-

Anonymi Prolegomena in Psalterium Davidis

CCXLIV.

Ducentesimus quadragesimus quartus Codex MS.Th.Gr.est chartaceus, mediocriter antiquus in 4.in principio & passim alibi mutilus & lacerus, constatque nunc foliis 235. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Excerpta ex S. Gregorii Episcopi* Nysseni Oratione in S. Pascha. 2) *Excerpta ex Andreæ, Episcopi Cretensis*, oratione in Lazarum quatriduanum. 3.) *Excerpta ex S. Joh. Chrysostomi Oratione* in Psalmum 50. 4) *Excerpta Miscellanea* ex opp. S. Basilii M. S. Cyrilli & Theodoreti. 5) *Anonymi responsum* contra Judæos de partu B. M. V. 6) *S. Joh. Chrysostomi Epistola* in exilio ad Cyriacum Episcopum itidem exulantem scripta. 7) *Ej. oratio* in S. Petrum Apostolum & in Prophetam Eliam. 8) Ex *Andreæ, Archiepiscopi Cretensis, oratione* de vita humana & de defunctis. 9) *Interrogationes & responsiones* Theologicæ variæ ex variis antiquis Patribus collectæ. 10) *S. Basilii M. notabilis locus* de tonitru, fulmine, vento & terræ motu. 11) *Anonymi Annotatio Historica* de die 25. Martii, quod eo die Deus creaverit Adamum, Noë exiverit ex arca, Deus apparuerit Abrahamo, Moses acceperit tabulas legis, Virgo Maria conceperit. 12) *Ano-*

12.) *Anonymi Chronologia succincta* ab Adamo usque ad A. C. 1255. quo Imp. Joh. Ducas obiit, ejusque loco cæpit imperare filius Theodorus Lascaris secundus, sive Junior. 13) *Menandri Comici Sententiæ Monastichæ* ordine Alphabetico. 14) *Sententiæ miscellaneæ* ex S.S. & aliis Sacris & prophanis Autoribus, ordine Alphabetico. 15) *Anonymi expositio* in Evangelium Lucæ & Matthæi, ex variorum SS. Patrum & aliorum S. E. Opp. collecta. 16) *Anonymi Professio* fidei Christianæ orthodoxæ secundum prima septem Concilia Oecumenica, quorum etiam succincta Synopsis Historica inserta est.

CCXLV.

Ducentesimus quadragesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque nunc foliis 6. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Anonymi Homilia sive Oratio* in Evangelium de quinque panibus.

CCXLVI.

Ducentesimus quadragesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in 8. constatque foliis 164. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Nicolai, Episcopi Methonensis*, fragmentum Schismaticum de S. Trinitate. 2) *S. Gregorii*

Thaumaturgi Neocæsareæ in Ponto Episcopi, fragmentum aliquod, cujus principium: Ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστὶ γνῶναι &c. 3) *Anonymi* versus in finem Psalterii Davidis. 4) *Prolegomena varia* in IV. Evangelia. 5) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in principium S. Quadragesimæ & in expulsionem Adami ex Paradiso & de bonis & malis mulieribus. 6) *Christoduli Jambi 12. quos Imp. Theophilus* Iconomachus Sec. IX. jussit insculpi in facie S. Confessorum Theodori & Theophanis fratrum, qui idcirco cognominati sunt γραπτοὶ sive Inscripti. 7) *SS. Confessorum Theodori & Theophanis*, cum post inscriptionem faciei Apameam Bithyniæ in exilium abducerentur, Versus Jambici tres, per piscatorem, quem fortuito in mari obviam repererunt missi ad S. Methodium; qui post impii Imp. Theopili interitum Patriarcha Constantinopolitanus electus est, A. C. 842. & restituto SS. imaginum cultu A. C. 847. obiit, simul etiam S. Methodii ad eosdem duos Graptos sive inscriptos responsum itidem tribus versibus Jambicis. 8) *S. Anastasii Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Oratio* de S. Synaxi & de oblivione injuriarum. 9) *Agapeti*, Diaconi magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Liber de Imperio bene administrando distinctus 72. capitulis & antiqua græca explicatione interlineari illustratus. 10) *Sententiæ & Apophthegma-*

thegmata varia philosophica cum antiqua Græca explicatione interlineari. 11) *S. Joh. Damasceni ad Jordanem Archimandritam* sive Abbatem Epistola de hymno Trisagio, quæ in editione Damasceni Billiana p. 722. extat tantum latinè. 12) *Ej. Oratio* de incorruptibili corpore Christi, quod in S. Synaxi accipimus, ab impresso exemplari aliquantum discrepans. 13) *Ej. doctrina* de unitate & differentia S. Trinitatis. 14) *Fragmentum* ex S. Cyrilli, *Archiepiscopi Alexandrini*, Libro secundo de Sacrificio Agni. 15) *Prolegomena varia in Psalterium Davidicum* & Ejusdem Encomia. 16) *Theophanis, Monachi* & Magni Rhetoris magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Consolatio ad generosissimum Dn. Georgium Raël propter obitum charissimi filii ejus Michaëlis. 17) *Ejusdem Epistola* ad eundem de amore & liberalitate erga pauperes. 18) *Antonii Eparchi Corcyræi Epistola* ad Dionysium, Patriarcham Constantinop. Venetiis scripta. 19) *Anonymi Libellus* de XII. Christi Apostolis aliisque Christi vel Apostolorum discipulis. 20) *Anonymi Synopsis Historica* primorum VII. Conciliorum Oecumenicorum.

CCXLVII.

Ducentesimus quadragesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus & eleganter quidem, sed minutissime & valde

abbreviate exaratus, in 4. constatque nunc foliis 170. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo Syntagmatis opusculorum miscellaneorum de variis hæresibus & contra varias hæreses Tomus I. Et quidem 1) *Index Græcus* omnium opusculorum, quæ continentur hoc & sequenti codice, qui hujus Syntagmatis est Tomus 2. 2) *Ordo Euchologii Patriarchalis*, quomodo suscipiendi sint, qui ab hæresibus variis re..r-tuntur ad S. Dei Ecclesiam. 3) *S. Meth..dii, Patriarchæ Constantinopolitani*, Constitutio de iis, qui diverso modo & diversa ætate post abnegationem coactam vel voluntariam ad fidem Christianam revertuntur. 4) *Oratio* ad faciendum ex Ethnico Catechumenum. 5) *Ordo recipiendi eos*, qui ex Hebræis ad Christianam fidem accedunt. 6) *Ordo servandus circa eos*, qui à Manichæis & Paulicianis ad puram & veram fidem Christianam revertuntur, duplo auctior quam est in Euchologio græcorum à R. P. Jacobo Goar edito. 7) *Descriptio hæreseos Melchisedecitarum, Theodotianorum, & Athinganorum* simul & ordo eosdem sucipiendi si revertantur ad S. Ecclesiam catholicam. 8) *Descriptio hæreseos* Paulicianorum & Manichæorum. 9) *Anathematismus* hæreseos Jacobitarum & Chatzitzariorum. 10) *Ordo suspiciendi eos*, qui à Saracenismo

nismo accedunt orthodoxæ fidei Christianæ simul & Anathematismus Saracenismi, cui Synopsis Historica totius Muhamedismi inserta est. 11) *Descriptio hæreseos Armenianorum* una cum ordine suscipiendi conversos & Anathematismo. 12) *Descriptio hæreseos Jacobitarum.* 13) *Ordo suscipiendi conversos à* blaspema & multiformi hæresi Massalianorum, qui alias etiam appellantur Phundaitæ, Bogomili, Euchitæ, Enthusiastæ, Encratitæ & Marcionistæ. 14) Ex *Euthymis Monachi* Epistolà steleuteutica sive invectiva Excerptum contra Massalianorum hæresin. 15) *Recensio variorum errorum Marcionistarum* sive Massalianorum. 16) Capita falsorum dogmatum hæreseos Massalianorum. 17) *Synodi Constantinopolitanæ Quinisextæ sub Imp. Justiniano 2.* sive Rhenotmeto in Trullo sive Trulla Palatii habitæ Canon 95. de ordine suscipiendi hæreticos ad orthodoxam fidem revertentes. 18) *Timothei presbyteri & magni Sceuophylacis* sive Custodis vasorum magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ *Liber ad Joh. presbyterum & Sceuophylacem* ecclesiæ B. M. V. in chalcoprateis de differentia hæreticorum ad orthodoxam Ecclesiam revertentium qui in magna Biblioth. Vet. Patrum Tom. V. nec non à R. P. Antonio Possevino in Apparatu Sacro lit. T. Item à Joh. Meursio in variorum

 divi-

divinorum Libro & à Franſciſco Combefiſio in Auctario Magnæ Bibl. Patrum Tom.2. adeo imperfectè & mutile eſt editus,ut nova editione opus ſit, ſi quis differentiam,quæ inter has editiones impreſſas & MStum hoc exemplar intercedit, ſufficienter velit declarare. 19) *Petri, Patriarchæ Antiocheni*,ad Michaëlem Cerularium,PatriarchamConſtantinopolitanum, *Epiſtola* de Eccleſia Romana. 20) *Ej. Epiſtola ad Johannem Tranenſem* in Apulia Epiſcopum de controverſiis fidei inter Occidentalem & Orientalem Eccleſiam. 21) *Nicetæ cognomine Stithati ſive pectorati*,Monachi & Presbyteri Studitæ Liber contra Eccleſiam Romanam de Azymis, de jejunio Sabbathi,& de nuptiis Sacerdotum. 22) *Enumeratio cauſarum, propter quas Pontifex Romanus ex Diptybis Græcorum ejectus eſt*, collecta ex Patriarchæ Conſtantinopolitani Michaelis Cerularii & Petri Patriarchæ Antiocheni, aliorumque nonnullorum Epiſtolis. 23) *Michaelis Cerularii*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Epiſtola ad Petrum Patriarcham cum ſubjuncto opere contra Latinos. 24) *Everſio hæreſeos* Paulicianorum. 25) *S. Joh. Damaſceni* Liber contra hæreſes,& quidem multo auctior quam extat in editione Billiana Pariſina p. 688. ſeq. 26) *Ej. Liber inſcriptus diſputatio Saraceni & Chriſtiani*, qui in editione Damaſceni Billiana

ex-

extat tantum latine. 27) *Excerpta varia* ex S. Anastasii Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Hodego adversus Acephalos. 28) *Euthymii, Monachi Monasterii Constantinopolitani*, cognomine τῆς περιβλέπτου Epistola invectiva contra Armenios. 29) *Narratio* de hæresi Ismaelitarum sive Saracenorum. 30) *S. Cyrilli, Archiepiscopi Alexandrini*, disputatio cum Nestorio hæresiarcha. 31) Ex *S. Gregentii* disputatione cum Erbano Hebræo Excerpta nonnulla. 32) *S. Gregentii Tapharensis* in Homeritide Arabiæ felicis regione Archiepiscopi Disputatio integra cum Erbano Hebræo quatuor diebus continuis coram Abramio rege Homeritarum Christiano Metropoli Taphar sive Saphar habita cum subjuncta narratione de conversione ingentis multitudinis Judæorum, ad religionem Christianam simul & de morte regis Abramii atque S. Gregentii Archiepiscopi, quam quidem edidit græcè & latinè Nicolaus Gulonius Parisiis 1586. in 8. sed mendose & mutile atque eodem modo eadem editio inserta est magnæ Biblioth. Vet. Patrum Græco-latinæ Parisinæ Tomo X. p. 194. seq. 33) *S. Gregentii, Archiepiscopi Tapharensis* legislatio sub nomine Abramii regis Homeritarum sive Abramii regis Homeritarum leges à S. Gregentio compositæ & adhuc ineditæ.

CCXLVIII.

Ducentesimus quadragesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus & eleganter quidem, sed minutissimè & valde abbreviate exaratus in 4. constatque nunc foliis 173. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo Syntagmatis opusculorum miscellaneorum de variis hæresibus & contra varias hæreses Tomus 2. Et quidem 1) *Euthymii Zigabeni, Monachi Monasterii Constantinopolitani*, cognomine τῆς περιβλέπτου *Epistola* adversus Phundagiagitas sive Bogomitos & Massalianos, ut & contra Armenios cæterosque hæreticos Constantinopoli in patriam suam missa, multo auctior quam quæ Codice 213. continetur. 2) *Anastasii, Abbatis Monasterii S. Euthymii* in Palæstina disputatio cum Judæo, quam edidit quidem Henr. Canisius Tom. 3. Antiqu. Lect. sed latinè tantum & in principio ac fine mutilam & imperfectam. 3) *S. Athanasii, Archiepiscopi Alexandrini, disputatio* cum Zachæo Judæorum Nomodidascalo. 4) *Eusebii Emeseni in Phœnicia* Episcopi Homiliæ sive orationes tres. 5) *Judæorum disputatio cum S. Athanasio & Cyrillo* de adoratione S. crucis & SS. imaginum. 6) Ex *S. Joh. Chrysostomi* & aliorum quorundam veterum Autorum Opp. excerpta varia contra Judæos. 7) *Anonymi*

nymi narratio de quodam principe Judæorum nomine Theodosio, qui tempore Imp. Justiniani I. sive Magni argentario cuidam Christiano nomine Philippo patefecit vetustissimum & à Judæis summo studio occultatum templi Hierosolymitani testimonium publicum de Servatore nostro J. C. quod is fuerit filius Dei viventis & Mariæ ante & post partum Virginis. 8) *Philippi ab urbe Pamphiliæ Sida*, ubi natus fuit, cognominati Sidetæ, Presbyteri & Syncelli S. Joh. Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani *Acta disputationis de Christo in Perside inter Christianos & Judæos habitæ*, cui ipse interfuit, excerpta ex amplissimo ipsius opere in 36. Libros diviso quod inscripsit Historiam Christianam & quidem ex eo libro, quo egit de nativitate Christi & de Magis. 9) Ex *Leontii*, *Episcopi Neapoleas Insulæ Cypri*, Oratione contra Judæos de adoratione S. crucis Christi ac imaginum Sanctorum, ut & de reliquiis Sanctorum. 10) Ex *Severiani Gabalorum in Syria* Episcopi oratione in Encænia venerandæ Crucis fragmentum. 11) *S. Maximi Confessoris capita X.* contra Arium, Sabellium, Nestorium & Eutychen. 12) *Ejusdem caput aliud* contra Arianos. 13) *Anonymi Synopsis Historica* primorum septem Conciliorum Oecumenicorum. 14) *Anonymi refutatio* hæreseos Monophysitarum.

tarum. 15) *Michaelis Syncelli Hierosolymarum* Libellus de orthodoxa fide. 16) *Eustratii Metropolitæ* Nicæni confessio & revocatio errorum, quos imprudenter inseruerat duobus Libris suis contra Armenios. 17) *Synodicum quod legitur* Dominica orthodoxiæ contra Iconomachos. 18) *Disputationes* duæ Anomæi cum orthodoxo, quæ vulgo attribuuntur S. Athanasio, Archiepiscopo Alexandrino. 19) *Macedoniani disputatio* cum orthodoxo de S. Spiritu. 20) *S. Athanasii, Archiepiscopi Alexandrini, disputatio* cum Apollinare. 21) *Apollinaristæ disputatio* cum Gregorio Episcopo orthodoxo. 22) *S. Leonis, primi ejus nominis* Pontificis Romani, Epistola ad Flavianum Archiepiscopum Constantinopolitanum contra Eutychen hæresiarcham. 23) *Anonymi, Græci Schismatici, Annotatio chronologica* de discordia inter Pontifices Summos Romanos & Patriarchas Constantinopolitanos. 24) *S. Joh. Apostoli & Evangelistæ* Apocalypsis cum Commentario marginali Andreæ Cæsareensis in Cappadocia Archiepiscopi.

CCXLIX.

Ducentesimus quadragesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus, in 4. constatque nunc foliis 201. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur

co

co 1) ex *S. Anastasii Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni Hodego* adversus Acephalos caput 2. continens varias definitiones Theologicas. 2) *Ej. Index* quæstionum & responsionum Sacrarum. 3) *Ej. Expositio* Psalmi Sexti. 4) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in adorationem venerandæ & vivificæ crucis. 5) *Ej. oratio* de jejunio. 6) *Anonymi Narratio* de urbis Constantinopolitanæ miraculosa liberatione per B. M. V. ab expugnatione Persarum & Scytharum. 7) Ex *Palladii, Episcopi Helenopoleos, Historia Lausiaca* de vitis Patrum Narratio de Valente Palæstino Anachoreta superbissimo & hac ratione per diabolicas illusiones atque fallacias seducto. 8) *Eusebii, Archiepiscopi Alexandrini*, in divitem & Lazarum oratio de Eleemosyna. 9) *S. Joh. Chrysostomi* orationes IV. 10) *S. Ephræmi Syri Homilia in meretricem* ungentem Christum. 11) *Ej. oratio* in proditionem Judæ & in traditionem Mysteriorum & de oblivione injuriarum. 12) *Georgii Archiepiscopi Nicomediæ & Rhetoris, Oratio* habita in S. & magna Parasceve in illud Evang. S. Joh: Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus &c. 13) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in passionem Domini nostri J.C. 14) *S. Joh. Damasceni oratio* habita in magno Sabbato S. hebdomadis. 15) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in defunctos fratres nostros.

CCL.

CCL.

Ducentesimus quinquagesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 332. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Leontii*, Scholastici Byzantini & postea Lauræ sive Sabæ prope urbem Hierosolymitanam Monachi, Excepta ex ore Theodosii Abbatis de Sectis hæreticorum & Concilio Chalcedonensi in Actiones X. divisa. 2) *S. Joh. Damasceni dialogus* contra Manichæos, quem una cum prædicto Leontii Libro de Hæresibus ex hoc ipso Codice MSćto *primum* Gr. & latine edidit *Joh. Leunclavius* Basileæ 1578 in 8. 3) *S. Athanasii, Archiepiscopi Alexandrini, Epistola* ad Serapionem Episcopum de Spiritu S. 4) *Maximi Monachi & Martyris Epistola* ad Marinum presbyterum Cypri, quæ diversa est ab altera ejusdem S. Maximi ad eundem Marinum epistola, quam R. P. Franciscus Turrianus S. J. inter S. Maximi opuscula contra Monotheletas & Acephalos edidit Ingolstadii A. 1605. in 8 sed tantum latine. 5) *S. Basilii M. Cæsareæ* in Cappadocia Archiepiscopi Epistolæ VII. 6) *Ej. Oratio* de eo, quod non debemus dicere tres Deos. 7) *Exemplum fidei orthodoxæ* à S. Basilio M. dictatæ & ab Eustathio Sebastiæ in Armenio Episcopo Ariano subscriptæ. 8) *S. Basilii M.* Episto-

læ

læ XVI. 9) *Ej. oratio* in S. Baptiſma. 10) Ex *S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini Dialogo* ad Hermiam de conſubſtantiali Trinitate fragmentum. 11) Ex *S. Hilarii Pictavienſis Sermone*, qui legitur poſt aſſumtionem Domini in feſto S. Trinitatis fragmentum. 12) *Encomia S. Auguſtini* ex variis S. & Oecumenicis Conciliis collecta. 13) *Variorum SS. Patrum Latinorum teſtimonia de proceſſione Spiritus S.* ex patre & filio, quæ collegit & latinè vertit Cardinalis Beſſarion, ut ipſe teſtatur in Epiſtola ad Alexium Laſcarin. 14) *Joh. Becci ſive Vecci Patriarchæ Conſtantinopolitani Epigraphæ* in SS Patrum à ſe collecta teſtimonia de proceſſione Spiritus S. ex Patre & Filio, ſimul & Gregorii Palamæ Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, Antigraphæ ſive Epigrapharum Joh. Becci confutationes, ac porro Beſſarionis Archiepiſcopi Nicæni & S. R. E. Cardinalis reſponſiones pro Joh. Becco contra Gregorii Palamæ Antigraphas. 15) *Symbolum Concilii Nicæni* primi. 16) *Symbolum Concilii Conſtantinopolitani* primi ſive Oecumenici ſecundi. 17) *Symbolum SS. Apoſtolorum* diviſum in XII Sententias, quarum unicuique in margine appoſitum eſt nomen Apoſtoli, qui illam Symbolo contulit. 18) *S. Athanaſii M. Archiepiſcopi Alexandrini confeſſio Catholicæ fidei* ad S. Julium I. Pontificem Romanum.

19) *S.*

19) *S. Ambrosii Hymnus* Te Deum laudamus, græcè cum expositione interlineari itidem græca. 20) *SS. Concilii Nicæni I. CCCXVIII patrum expositio fidei Catholicæ* contra Paulum Samosatenum. 21) *S. Athanasii Expositio Symboli Nicæni.* 22) *Ej. Expositio fidei.* 23) *S. & Oecumenici Concilii Chalcedonensis* definitio fidei. 24) *S. Concilii Constantinopolitani tertii, Oecumenici autem sexti definitio fidei.* 25) *S. Concilii Nicæni secundi, Oecumenici autem Septimi definitio fidei.* 26) *Juliani Cardinalis S. Angeli dissertatio* de Quæstione illa: an liceat Symbolo fidei aliquid addere, etiamsi verum? græcè versa à Nicolao Interprete Græcorum. 27) Ex *S. Thomæ Aquinatis Quæstionibus disputationum de potentia Dei excerpta* de processione Spiritus S. 28) *Heracliti Philosophi Epigramma de miseriis* vitæ humanæ, quod in Anthologio Græcorum tribuitur Posidippo & secundum alios Crateti Cynico. 29) Ex *S. Joh. Damasceni Logica excerptum de differentia unionis.*

CCLI.

Ducentesimus quinquagesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ, constatque nunc foliis 190 & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Anonymi cujusdam Loci Communes Ascetici* de

cha-

charactere veri Christianismi sive de Interpretationibus divinorum præceptorum Domini, ex variorum SS. Patrum Opp. collecti, & in Sermones 63 divisi, ex quibus tamen nunc ibi tantum supersunt 37. priores, exceptis 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. qui vel incuria priorum possessorum hujus Codicis vel injuria temporis perierunt.

CCLII.

Ducentesimus quinquagesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus in 8. sed in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 147. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continentur eo *S. Anastasii Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*, quæstiones & responsiones Sacræ de variis capitibus orthodoxæ fidei & de variorum S. Scripturæ difficilium locorum interpretationibus.

CCLIII.

Ducentesimus quinquagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in 4. constatque nunc foliis 99. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Constantini Harmenupuli Nomophylacis & Judicis Thessalonicensis* Expositio fidei orthodoxæ. 2) *Ej. Liber de Sectis* sive opinionibus hæreticorum, qui singulis temporibus extiterunt, qui una cum præcedente Græ & latine

ne editus à Joh. Leunclavio Basileæ 1578. in 8. 3) *Georgii Xiphilini, Patriarchæ Constantinopolitani, Sententia Synodalis* de juribus territoriorum promulgata & confirmata A.C. 1197. quæ extat græcè & latine in Joh. Leunclavii & Marquardi Freheri Jure Græco-Romano Tom. I. p. 283. 4) *Mathæi Monachi* Quæstiones & causæ matrimoniales, quæ extant etiam impressæ l. c. Tomo I. p. 478. 5) *Michaelis Chumni Nomophylacis & postea Metropolitæ Thessalonicensis tractatus de gradibus cognationis*, qui extat itidem l. c. Tom. I. p. 519. 6) *Excerpta ex Impp. Constantinopolitanorum Isaaci Comneni & Alexii Comneni Sanctionibus* aureæ bullæ de consuetudinibus, quæ dantur nomine ordinationis Sacerdotalis & de Canonico, quæ extant l. c. Tom. I. p. 120. seq. 7) *Acta Pseudo-Synodi in Chalcedonensi* suburbio ad quercum A. C. 403. illegitimè & nefariè celebrata adversus S. Joh. Chrysostomum, qui in ea variis de causis falsissimè accusatus, impiissimè damnatus & in exilium missus est una cum Epistolis Apologeticis S. Innocentii I. Papæ & Imp. Honorii ad Imp. Arcadium pro Chrysostomo, & ipsius Imp. Arcadii Epistola excusatoria & deprecatoria ad S. Innocentium, quæ extant l. c. impressa Tom. I. p. 554. 8) *Constantini Harmenopoli Epitome* Sacrorum & divinorum Canonum.

9) *Of-*

9) *Officia magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ* S. Sophiæ. 10) *Moschionis præcepta vitæ.* 11) *Fragmentum Juris Græco-Romani* de differentia inter cædes voluntarias & involuntarias. 12) *Ex Marci, Patriarchæ Alexandrini,* Quæstionibus Canonicis & ex responsionibus Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni, excerptum de jejuniis festi SS. Apostolorum, nativitatis Christi & assumtionis B. M. V. 13) *Definitio & officium Patriarchæ.* 14) *Joh. Zonaræ Canon* sive Canticum Sacrum ad B. M. V. contra præcipuas hæreses, quæ ibi hoc ordine recensentur, ut primi sint Arriani, ultimi autem Itali sive Latini, ob confessionem Spiritus S. ex patre simul & filio, qui extat in magna Bibl. SS. Patrum Parisiensi Tom. XII. sed tantum latine & in fine mutilè. Quæ enim ad Latinos pertinent ea ibi consultò omissa sunt. 15) *Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni, Epistola* de incensis, quæ à Patriarcha dari solent eo die, quo habetur catechesis. 16) *Excerptum ex Imp. Justiniani I. sive M. Constitutione* de iis, qui ad magnam Ecclesiam Constantinopolitanam S. Sophiæ & ad Sacras ubique terrarum Ecclesias confugiunt. 17) *Proœmium abbreviationis & correctionis* juris Justinianei ab Imp. Basilio Macedone & filiis ipsius Constantino & Leone Philosopho promulgatæ Mense Martio Indict. IX. A. C. 876. quod ex-

tat quidem in Joh. Leunclavii & Marquardi Freheri Juris Græco-Romani Tom. I. p. 79. sed valde mendosè ac mutilè. 18) *Anonymi Expositio* Psalmi 139. v. 1. 19) *Anonymi observationes quædam* de Alphabeto Græco & numerorum græcorum significationibus Mysticis ad Theologiam accommodatis ut & de ordine rerum à Deo creatarum secundum plumerum viginti duarum literarum Alphabeti Hebraici. 20.) Ex *Petri Monachi Damasceni Libro Ascetico Excerpta varia.* 21) *S. Nili, S. Isaaci Syri*, *S. Basilii M.* aliorumque quorundam SS. Patrum sententiæ asceticæ miscellaneæ. 22) *S. Gregorii Nazianzeni carmen sepulchrale* in S. Basilium M. cum adjuncta Nicetæ, Philosophi Paphlagonis, Expositione, partim interlineari, partim marginali. 23) *Fragmenta quædam Ethica*, Homiliarum S. Joh. Chrysostomi & Excerpta ex S. Basilii M. interrogationibus & responsionibus Sacris. 24) *S. Basilii magni Epistola* ad Chilonem, discipulum. 25) *S. Concilii Nicæni Generalis primi Canon* 20. & Concilii Constantinop. in Trullo habiti, Canon 90. de genuflexione Die Dominico à SS. Patribus prohibita, in memoriam & honorem resurrectionis Christi. 26) *S. Joh. Chrysostomi locus insignis, de caussis adorandi orientem versus*, & standi inter orandum in festo resurrectionis Christi. 27) *S. Basilii M. Oratio*, de Ascesi sive Exercitatione

spi-

spiritualis, quomodo Monachus se ornare debeat. 28) Nili *Monachi tetrasticha parænetica* versibus heroicis & elegiacis, quibus adjuncta sunt autoris antiqui Scholia græca, partim interlinearia, partim marginalia. 29) *Trium illustrium Philosophorum. Pythagoræ Samii, Diogenis Sinopensis & Cratetis Thebani* Epistolæ XI. 30) *Joh. Geometræ Hymni*, quatuor versibus Heroicis & elegiacis in B. M. V. qui extant in Syntagmate Poëtarum Græcorum Tragicorum, Comicorum, Lyricorum, Epigrammatariorum, Coloniæ 1614. in f. editum 31) *Epigramma in Johannem Geometram.* 32) *Anonymi Hymnus in Sanctiss. Trinitatem.* 33) *Constantini Harmenopoli Sebasti & Judicis Thessalonicensis Lexicon*, ordine Alphabetico, sed imperfectum & desinens intra ipsam primam literam A.

CCLIV.

Ducentesimus quinquagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus, in 4. constatque nunc foliis 298. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Theoriani, orthodoxi legati ab Imp. Manuele Comneno*, A. C. 1170. in Armeniam missi, *Disputatio* cum generali Episcopo, sive Patriarcha Armenianorum, quam primus græce & latine edidit Joh. Leunclavius, A. C. 1578. Basileæ in 8. 2) *Ricardi Florentini, Ordinis fratrum Prædicatorum*, qui circa

A. C. 1295. claruit, & à nonnullis perperam Ricoldus appellatur *refutatio legis Muhammedanæ*, sive Alcorani, ex latina in græcam linguam translata à Demetrio Cydonio, quæ edita est græcè cum Bartholomæi Piceni de monte arduo versione latina Basileæ, 1543. in f. 3) *Anonymi Chronicon græco barbarum* de successione & rebus gestis Sultanorum Othmanidarum usque ad ætatem suam sive A. C. 1566. quo post Solymanni II. obitum filius ipsius Selimus II. cœpit imperare, in cujus fine autor prædicit Imperium Turcicum sub Selimo 2. extinctum iri. 4) *Anonymi Chronologia græco-barbara fundationis* nonnullarum urbium ante nativitatem Christi. 5) *Anonymi observatio Chronologica græco-barbara*, de fundatione Constantinopoleos, per Imp. Constantinum M. & de ædificatione templi S. Sophiæ, per Imp. Justinianum M. 6) *Anonymum Chronicon græco-barbarum de rebus Venetiis.* 7) *S. Joh. Chrysostomi oratio prima* de incomprehensibili natura Dei.

CCLV.

Ducentesimus quinquagesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 138. & pertinuit olim ad *Joh. Sambucum*, qui eum accepit ex Insula Chio, A. 1567. Continetur eo Imp. *Andronici Comneni*, qui Imp.

Alexium Comnenum II. sive Juniorem, A. C. 1183. nefariè occidit, & A. 1185. â seditiosa plebe Constantinopolitana rursus occisus est, *Dialogus contra Judæos*, qui editus est à Petro Stevartio in Tomo singulari Antiquæ Lectionis Ingolstadii A. 1616. in 4. sed tantum latine, interprete Joh. Livinejo, cui doctiss. Cardinalis Sirletus Codicem suum MS. græcum commodaverat.

CCLVI.

Ducentesimus quinquagesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus & bonæ notæ, in 4. constatque nunc foliis 265. & ab *Augerio Busbekio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Nicephori Blemmidæ*, qui circa A. C. 1272. sub Imperatore Michaële Palæologo obiit. *Expositio in Psalterium Davidis* & ejus Appendicem, Varia V. & N. T. cantica Sacra continentem. 2) *Anonymi Chronographia Synoptica* à creatione Mundi usque ad suam ætatem, sive A. C. 1204. quo Constantinopolis à Balduino comite & Venetis, d. 12. Apr. capta est & Imp. Alexius Ducas, cognomine Murtzulphus, cum duos tantum menses & dies 16. imperasset, metu captivitatis ex urbe clanculum aufugit. 3) Ex *Hyppoliti Thebani Syntagmate Chronologico*, fragmentum de Historia vitæ Christi. 4) Ex *Sophronii, Patriarchæ Hierosolymitani, Ora-*

tione encomiastica in S. Joh. Evangelistam Excerpta quædam. 5) *Anonymi* Explicatio nominis Beatiss. Virginis Μαρία. 6) *Sibyllæ Erythrææ Carmen fatidicum* de Christo Servatore & de S. cruce, desumtum ex Imp. Constantini M. oratione ad Sanctorum cœtum, quæ extat apud Eusebium Pamphili in fine Libri IV. de vita Imp. Constantini M. 7) *Anonymi Chronologia brevissima* ab Adamo usque ad Constantinum M. & Diagramma ethicum de quatuor virtutibus primariis, item Canones quidam SS. Apostolorum, cum expositione Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni, nec non alii nonnulli Canones Synodales miscellanei.

CCLVII.

Ducentesimus quinquagesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus & bonæ notæ, in 4. constatque nunc foliis 233. & ad *Joh. Sambucum*, olim pertinuit. Continetur eo 1) Ex *S. Dionysii Areopagitæ capite* 4. de Hierarchia Ecclesiastica, quo agitur, de S. Chrismate excerptum. 2) *Anonymi Methodus sciendi*, quot horas Luna qualibet nocte luceat. 3) *Anonymi observatio* de X. prædicamentis Aristotelis. 4) Ex *S. Thomæ Aquinatis Libris* 4. de veritate Catholicæ fidei contra gentiles, & ex ejusdem summa Theologiæ capita miscellanea 45. 5) *Bessarionis, Archi-*

chiepiscopi Niceni, & S. R. E. *Cardinalis Liber contra Marcum Eugenicum*, Metropolitam Ephesium, de Sacramento Eucharistiæ, quod nempe corpus Christi tantummodo verbis Christi conficiatur non autem virtute Spiritus S. per subsequentem orationem & benedictionem Sacerdotis, qui extat quidem in Magna Bibl. Patrum Parisiensi Tom. VI. sed tantum latine & à græco hoc exemplari aliquantum discrepans. 6) *Ej. Apologia pro Latinis, sive refutatio capitum* Marci, Metropolitæ Ephesini, contra Latinos scripta rogatu Gregorii, Patriarchæ Constantinopolitani. 7) *Ej. Oratio dogmatica* de unione in Concilio Florentino, A. 1439. habita, quæ græce & latine ipsomet Bessarione interprete extat in Actis Concilii Florentini, & quidem in Severini Binii Syntagmate Conciliorum omnium, Tom. 4. 8) Ej. Ad *Alexium Lascarim*, Philanthropinum, *Epistola* de successu Concilii Florentini, & de processione Spiritus S. quam græce, cum duplici versione latina, edidit Petrus Arcudius, cum Opusculis Theologicis, circa processionem Spiritus S. Romæ. 9) *Ej. Epistola* ad filios Georgii Gemisti Plethonis de obitu & laudibus patris. 10.) *S. Gregorii, Episcopi Nysseni*, fragmentum de S. Trinitate. 11) *Georgii Gemisti Plethonis Orationes duæ funebres* in duas Imperatrices Constantinop. Cleopem & Hy-

pomonem. 12) *Anonymi testimonium de insigni & perenni miraculo Sanguinis S. Januarii*, Episcopi Beneventani & Martyris, qui Neapoli in ampulla vitrea adhuc servatur, & in conspectu capitis ejusdem S. Martyris positus, velut recens liquescere & ebullire conspicitur. Extitit etiam in hoc Codice Bessarionis Epistola consultatoria ad Michaelem Apostolum, & Leonhardi Aretini Descriptio Reipubl. Florentinorum, sed ambo hi tr. jam ante Tengnagelii præfecturam Bibliothecariam, à nescio quo inde excisa & furtive sublata sunt.

CCLVIII.

Ducentesimus quinquagesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in f. constatque foliis 143. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Index Græcus*, quo enumerantur *Matthæi Quæstoris* opuscula hæretica 22. contra Latinos, ex quibus in hoc Codice MS. nunc tantum supersunt octo priora. 2) *Matthæi Quæstoris Antithesis contra S. Thomam Aquinatem*, de processione Spiritus S. 3) *Ej. Antithesis* contra eundem de igne purgatorio. 4) *Ej. dissertatio* contra Latinos, de primatu Papæ. 5) *Ej. refutatio sex capitum*, à Latinis editorum in defensionem Spiritus S. ex Patre & filio. 6) *Ej. demonstratio in quot absurditates Latini necessario incidant*, dum

Spi-

Spiritum S. etiam à filio procedere asserunt. 7) *Ej. dissertatio* de aliis 22 absurdis erroribus Latinorum. 8) *Ej. Dissertatio* contra Latinos de primatu Papæ. 9) *Ej. Dissertatio* contra Latinos de azymis, cui Joh. Sambucus adscripsit hæc verba ; *Matthæus hic fuit Rhodius & vixit paulo ante Concilium florentinum, ut ex Scholario apparet, Vir non indoctus.*

CCLIX.

Ducentesimus quinquagesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in 8. constatque nunc foliis 110. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo ex *Matthæi Quæstoris* Opusculis octo hæreticis contra Latinos proxime præcedente Codice comprehensis priora quatuor.

CCLX.

Ducentesimus sexagesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 309 & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Index Græcus variorum Nili Cabasilæ*, Archiepiscopi Thessalonicensis Librorum Schismaticorum, sive potius hæreticorum. 2) *Nili Cabasilæ Liber de causis dissensionis Ecclesiasticæ*, inter Latinos & Græcos, quem edidit Gr. & latine Claudius Salmasius Hanoviæ 1608. in 8.

3) *Ej. Liber* contra primatum Papæ, quem Salmasius cum præcedente publicavit. 4) *Ej. responsio compendiaria adversus Latinos*, velut Enchiridion quoddam cum illis disputandi. 5) *Ej. Opus* de processione Spiritus S. 6) *Barlaami Calabri Demonstrationes* duæ ad legatos Papæ de processione Spiritus S. ex solo patre. 7) *Ej. Dialogus* contra legatos Papæ, de processione Spiritus S. 8) *Ej. Epistola* ad Nicolaum, Archiepiscopum, de primatu Papæ. 9) *Ej. dissertationes duæ* contra S. Thomam Aquinatem de S. Trinitate. 10) *Ej. Dissertationes* 3. contra legatos Papæ de processione Spiritus S. 11) *Ej. responsio ad Archiepiscopi Bosphorani* argumenta de processione Spiritus S. 12) *Ej. Oratio* contra Latinos ex variis variarum orationum S. Gregorii Nazianzeni & S. Basilii M. fragmentis coagmentata.

CCLXI.

Ducentesimus sexagesimus primus Codex, MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in 4. constatque nunc foliis 278. & primum quidem ad *Marcum Mamunam Cretensem*, postea autem ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continetur eo 1) *Demetrii Cydonii Syngramma* de processione Spiritus S. pro Latinis contra Græcos compositum, rogatu cujusdam amici, & divisum in capita 41. 2) *Ej. Apologia pro S. Thoma Aquinate*, contra

tra Nilum Cabasilam, Archiepiscopum Thessalonicensem. 3) *Ej. Epistola* ad amicum quendam, communicationem proxime præcedentis Libri à se p te item. 4) *Ej. Epistola XIII.* 5) *Sibyllæ Erythrææ Carmen fatidicum* de Christo S. rvatore & de S. cruce.

CCLXII.

Ducentesimus Sexagesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 52 & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Joh. Becci* sive *Vecci, Patriarchæ Constantinopolitani, Epigrapha* in SS. Patrum à se collecta testimonia de processione Spiritus S. ex Patre & filio. Qui Beccus sub Imp. Michaële Palæologo, Patriarcha Constantinopolitanus electus est A. C. 1275. d. 26. Maji; à filio autem ipsius Imp. Andronico Palæologo I. sive Seniore Patriarchatu dejectus est A. C. 1282. d. 26. Dec. quoniam à concordia Ecclesiastica, cum Latinis inita, recedere noluit, eandemque ob causam A. C. 1298. sub finem Mensis Martii in carcere obiit.

CCLXIII.

Ducentesimus sexagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus, sed bonæ notæ in f. constatque foliis 215, & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Joh. Calecæ*, à patria sua Apro, Thra-

Thraciæ urbe, cognominati Aprii & Apreni, sive potius Apræi, qui A. C. 1331. studio atque opera Joh. Cantacuzeni tunc temporis sub Andronico 2. sive Juniore Magni Domestici, Patriarcha Constantinopolitanus electus est, *Homiliæ* 56. in Evangelia Dominicalia. 2) *Nicetæ Scutariotæ* Homiliæ 3. 3) *Theophylacti Acridæ* in Bulgaria Archiepiscopi *Homiliæ XI.* in totidem Evangelia officii matutini resurrectionis Domini.

CCLXIV.

Ducentesimus sexagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus, in 4. constatque foliis 157. Continentur eo *Joh. Calecæ*, Patriarchæ Constantinopolitani, Homiliæ 21. in Evangelia Dominicalia.

CCLXV.

Ducentesimus sexagesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus in 4. constatque nunc foliis 201. & ab *Augerio Busbekio* olim comparatus est Constantinopoli. Continentur eo 1) *Philothei, Patriarchæ Constantinopolitani*, qui Sec. XIV. post C. N. sub Impp. Joh. Cantacuzeno & Joh. Palæologo floruit, *Oratio* in S. Demetrium Martyrem. 2) *Ejusdem orationes tres* ad Imperatricem Helenam Cantacuzenam, Imp. Joh. Contacuzeni filiam & Imp. Joh. Palæologi uxorem, de

bea-

beatitudinibus Evangelicis Matth. 5. 3) *Ej. Στιχηρὰ sive Cantica Ecclesiastica* in honorem & laudem defuncti Gregorii Palamæ, Archiepiscopi Thessalonicensis, una cum Acoluthia, sive officio Ecclesiastico in ejusdem Gregorii memoriam. 4) *Ej. Epistola ad Petriotam*, Barlaami Calabri Sectatorem, quod uti Sancta trinitas unus est Deus, sic etiam sit una Deitas & de divina operatione. 5) *Ej. dissertatio* ad magnum Domesticum Palæologum de Deitate. 6) *Ej. ad eundem dissertatio* de divina Christi transfiguratione in monte Thabor & de lumine, quod ibi discipulis apparuit. 7) *Gregorii Synaitæ* capita 35. de quiete Ascetica sive Monastica. 8) *Anonymi dissertatio Theologica* de æterna Entium origine. 9) *Anonymi* Epistola de Deitate. 10) *Neophyti Hieromonachi Oratio Encomiastica* in S. Meronem Metropolitam Ephesi.

CCLXVI.

Ducentesimus sexagesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 407. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Index Græcus* eorum, quæ continentur hoc Codice. 2) *Nicolai Cabasilæ*, Archiepiscopi Thessalonicensis, Libri quinque de vita in Christo, quos primus unà cum sexto ex Bibliotheca Electo-

rali

rali Bavarica in lucem edidit R. P. Jacobus Pontanus S. J. Ingolstadii 1604. in 4. sed tantum latine. 3) *Ejusdem Oratio* in Sacram & Salutarem passionem Domini & Servatoris J. C. 4) *Ej. Oratio* in ascensionem Domini J. C. 5) *Ej. Expositio in visionem Prophetæ Ezechielis*, in qua super quatuor animalia similitudo throni, & super similitudinem throni, similitudo velut hominis. 6) *Ej. Expositio* in visionem Prophetæ Ezechielis, in qua ossa hominum arida priorem recuperant speciem. 7) *Ej. Oratio* in nativitatem B. V. M. 8) *Ej. Oratio* in Annunciationem B. M. V. 9) *Ej. Epistolæ tres*, quarum prima est Nicolai Cabasilæ ad quendam Anonymum, secunda ejusdem ad Demetrium Cydonium, tertia Cydonii ad Nic. Cabasilum. 10) *Nicolai Cabasilæ Liber V.* de vita in Christo, quo agitur, de consecratione altaris. 11) *Ej. Oratio Encomiastica* in S. Theodoram Thessalonicensem. 12) *Ej. Oratio de usura*, sive contra fœneratores. 13) *Anonymi Magistri*, *qui Simeon Sethus esse videtur*, *Oratio Encomiastica* in S. Gregorium Nazianzenum, Patriarcham Constantinopolitanum. 14) Ex *Photii*, *Patriarchæ Constantinopolitani*, Bibliotheca sive recensione Librorum à se lectorum Codex 222. 15) *Tomus Condemnationis sectatorum Barlaami Calabri & Gregorii Acyndini* à Synodo Constantino-

poli-

politana in palatio Blachernensi habita compositus & editus A. C. 1351. nec solum Callisti, Patriarchæ Constantinopolitani aliorumque multorum Metropolitarum, verum etiam ipsorum Imperatorum Joh. Cantacuzeni & Joh. Palæologi subscriptionibus confirmatus. 16) *Davidis Monachi Compendiaria & perspicua Declaratio hæreseos* Barlaami & Acyndini. 17) Ex *Philothei, Patriarchæ Constantinopolitani* Libro V. contra Philosophum Nicephorum Gregoram Acyndianæ causæ strenuum & constantem defensorem Excerpta nonnulla. 18) Ex *Imp. Joh. Cantacuzeni capitibus* contra Paulum, natione Latinum, Episcopi Constantinopolitani titulo præditum; Excerpta nonnulla. 19) Ex *Ejusdem Imp. Joh. Cantacuzeni Capitibus* contra Monachum Isaacium Agyrum excerpta nonnulla. 20) *S. Joh. Chrysostomi & aliorum quorundam SS. Patrum notabilia loca* de luctu & lacrymis ab Anonymo collecta, rogatu Isidori, Metropolitæ Thessalonicensis. 21) *Nicolai Cabasilæ* Libellus de Syllogismo.

CCLXVII.

Ducentesimus sexagesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 415. Continetur eo 1) *Nicolai Cabasilæ, Archiepiscopi Thessalonicensis, oratio* in nativitatem B. M. V.

2) *Ej.*

2) *Ej. Oratio* in S. Nicolaum Episcopum Myrensem. 3) *Ej. Oratio* in annunciationem B. M. V. 4) *Ej. Oratio* in salutarem passionem Domini nostri J. C. 5) *Ej. Oratio* in Ascensionem Christi. 6) *Ej. Oratio* in obitum & assumtionem B. M. V. 7) *Ej. Oratio Encomiastica* in S. Martyrem Demetrium. 8) *Nili Cabasilæ, Archiepiscopi Thessalonicensis, Epistola* ad sororis suæ filium Nicolaum Cabasilam, de proxime præcedente oratione in laudem S. Demetrii Martyris, tanquam ipso S. Joh. Baptista Majoris. 9) *Nili Cabasilæ* expositio in visionem Prophetæ Ezechielis, de similitudine throni &c. 10) *Ej. Expositio* in visionem Ezechielis de ossibus aridis. 11) *Ej. in prophetæ Ezechielis* visionem Expositio tertia. 12) *Ej. Oratio Encomiastica* in S. Andream Juniorem, qui martyrium consummavit Hierosolymis 13) *Ej. oratio Encomiastica* in S. Theodorum, Thessalonicensem. 14) *Ej. oratio* in SS. tres Magnos Hierarchas & Oecumenicos doctores Basilium M. Gregorium Nazianzenum, & Joh. Chrysostomum. 15) *Ej. Allocutio* ad S. Martyrem Demetrium. 16) *Demetrii Cydonii Oratio*, qua demonstratur metum mortis esse irrationalem, quam Græcè & latine edidit Valentinus Thilo in variarum Autorum veterum Compendio Vitæ & Mortis, Basileæ 1586. in 8. 17) *Ej. oratio* in annunciationem

B. M. V.

B. M. V. 18) *Nicolai Cabasilæ, Archiepiscopi Thessalonicensis Expositio* divinæ Liturgiæ divisa in capita 53. quæ extat Tomo XII. Magnæ Biblioth. Patrum Parisiensi p. 444. 19) *Ej. precatio ad Christum.* 20) *Ej. Libri VII. de vita in Christo*, quorum Sex priores à R. P. Jacobo Pontano latinè sunt editi; Septimus autem nec græcè nec latine usquam prostat. 21) *Excerpta quædam ex S. Maximi* Monachi & Martyris Operibus Asceticis. 22) *Nicolai Cabasilæ* Liber de Magistratuum civilium iniquis ausis circa res sacras. 23) *Ej. Oratio de usura* sive contra fœneratores. 24) *Ej. oratio* ad Imperatricem de usura. 25) *Ej. oratio ad Athenienses* de Ara apud illos misericordiæ. 26) *Ej. dissertatio* contra Nicephorum Gregoram. 27) *Ej. dissertatio de Criterio veritatis*, s. de facultate & instrumento judicandi quid sit verum contra Pyrrhonem Scepticorum Principem. 28) *Ej. solutiones argumentationum* quinque contra Rhetoricam s. Artem dicendi. 29) *Ej. tredecim Epigrammata* versibus Heroicis. 30) *Ej. oratio Encomiastica* in Imperatorem. 31) *Ej. Epistolæ sedecim.* 32) *Demetrii Cydonii epistola* ad Nicolaum Cabasilam. 33) *Nicolai Cabasilæ oratio Encomiastica* ad Imperatricem Annam Palæologinam. 34) *Catonis Disticha parænetica ad filium* à Maximo Planude Monacho

Cc Con-

Constantinopolitano ex latina in græcam Linguam translata & paraphrasi Græcæ interlineari illustrata.

CCLXVIII.

Ducentesimus sexagesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 84. Continetur eo *Nicolai Cabasilæ, Archiepiscopi Thessalonicensis expositio* divinæ Liturgiæ.

CCLXIX.

Ducentesimus Sexagesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 341. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Maximi Planudis, Monachi Constantinopolitani* Liber contra Latinos de processione Spiritus S. ex solo Patre in 20 capita divisus. 2) *S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini* Symbolum fidei. 3) *Tomus Synodalis* contra Joh. Beccum Constantinopolitanum Patriarcham ob confessionem processionis Spiritus S. ex Patre & filio. 4) *Imperatricis Theodora* viduæ Imperatoris Michaëlis Palæologi & matris Imp. Andronici Palæologi Senioris, professio fidei, qua coacta renunciavit Concordiæ cum latinis. 5) *Georgii Cyprii, qui in Monachatu assumsit nomen Gregorii*, & A. C. 1283. circa initium Mensis Aprilis post Josephi Galæsiotæ obitum Patriarcha Constantinopolita-

litanus creatus est, *dissertatio Antirrhetica* contra Joh. Becci f. Vecci Patriarchæ Constantinopolitani dogmata, quam ille composuit & edidit, priusquam in Patriarcham Constantinopolitanum electus est. 6) *Anonymi Orationes duæ* de processione Spiritus S. 7) *Nicephori Blemmydæ doctrina de fide ad Monachos Monasterii* à se extructi. 8) *Anonymi Commentariolus* de arca fœderis V. T. 9) *Maximi Planudis Monachi* Constantinopolitani carmen de urinis & de sanguine Phlebotomiæ. 10) *Anonymi Dialogus* inter Latinum & Græcum de processione Spiritus S.

CCLXX.

Ducentesimus septuagesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 482. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Symeonis Archiepiscopi Thessalonicensis Dialogus Ecclesiasticus* adversus omnes hæreses & de sola vera fide simul etiam de VII. Ecclesiæ Sacramentis, & de templo rebusque ac personis ad illud pertinentibus. 2) *Ej. Responsiones* 85. ad totidem interrogata Gabrielis Metropolitæ Pentapolitani. 3) *Ej. Epistola de Sacerdotio* ad quendam pium Monachum Saçra Diaconia insignitum, cum ipse Archiepiscopus adhuc existeret in ordine tantum Presbyterorum. 4) *Ej. Expositio* per quam

necessaria verborum S. Symboli fidei Christianæ, unde collecta & adversus quos coagmentata sint. 5) *Ej. Explicatio XII. capitum* sive articulorum, solam veram Christianorum fidem, quantum fieri potest, continentium & [illegible] Symbolo comprehensorum. 6) *Ej. Ex*[illegible] prorsus necessaria S. Symboli solius veræ Christianæ. 7) *Ej. precationes Sacræ Sex*[illegible] *Accurata dijudicatio* legitimarum & illegitimarum nuptiarum excerpta ex Libro Juridico Chartophylacis Theodori Balsamonis. 9) *Epigramma Jambicum f. Inscriptio Jambica Statuæ lapideæ S. Pauli Apostoli*, sculptæ ex illo ipso, ut fertur, lapide, in quo accepit quadraginta plagas minus una.

CCLXXI.

Ducentesimus septuagesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocri[illegible] quus in f. constatque nunc folus 25[illegible] & unus ex illis *Job. Sambuci* Libris, quos [illegible] qua ipsius Bibliotheca avulsos *Se*[illegible] *lius* redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ lega[illegible] Continetur eo *Symeonis Archiepiscopi* [illegible] *lonicensis Dialogus* de VII. Ecclesiæ Sacramentis inter Clericum interrogantem & [illegible] chiepiscopum respondentem.

CCLXXII.

Ducentesimus septuagesimus secundus [illegible] MS. Th. Gr. est chartaceus mediocri[illegible]

quus in 4. constatque foliis 33. Continetur eo *Simeonis Archiepiscopi Thessalonicensis* ad pios quosdam Cretenses *commentarius de divino templo*, & de iis, quæ eo continentur, ut & de Diaconis, presbyteris, & Episcopis, deque vestibus quibus unusquisque eorum utitur, & denique, de SS. Mystagogia f. Missa ejusque ceremoniis.

CCLXXIII.

Ducentesimus septuagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4. & a tineis & blattis adeo corrosus & excesus, ut in principio & passim alibi vix amplius sit legibilis, constat autem nunc foliis 23. & continetur eo *Gregorii Cyprii, Patriarchæ Constantinopolitani Epistola ad quendam Schismaticum.*

CCLXXIV.

Ducentesimus septuagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 143. & ab *Augerio Busbekio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Macarii Metropolitæ Ancyrani*, qui Seculo XV. post C. N. vixit, opus contra Latinos & contra Barlaamum & Acyndinum eorumque sectatores in capita 120. divisum.

CCLXXV.

Ducentesimus septuagesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus

in 4. constatque foliis 166. & ad *Joh. Sambu*[illegible] *cum* olim pertinuit. Continetur eo *Georgii Scholarii*, qui in Monachatu nomen *Gennadii* assumsit de processione Spiritus S. adversus Latinos Liber II. ad Joh. Commenum Imperatorem Trapezuntinum.

CCLXXVI.

Ducentesimus septuagesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter an[illegible] quus in f. constatque foliis 107. [illegible] Continetur eo ejusdem Scholarii idem Liber [illegible] *Joh. Commenum* Imp. Trapezuntinum. [illegible]

CCLXXVII.

Ducentesimus septuagesimus septimus Co[illegible]*dex* MS. Th. Gr. est chartaceus [illegible] bonæ notæ in 4. constatque foliis 136. & [illegible] *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus C[illegible]stantinopoli. Continetur eo 1) [illegible] *Bessarionis Epistola ad Georgii Gem*[illegible]*thonis filios de obitu & laudibus pat*[illegible] *Epigramma in proprium sepulchrum* [illegible] 3) [illegible] *Monachi Metaphrasis Metrica* [illegible] 4) Ex S. *Thomæ Aquinatis libris* [illegible] tate catholicæ fidei contra gentiles & [illegible] dem Summa Theologiæ capi[illegible] 45. 5) *Agapeti, Diaconi magnæ* [illegible] *Constantinopolitanæ* S. Sophiæ capita pa[illegible] tica de bene administrando Imperio a[illegible] Justinianum I. f. M. cum anonymi [illegible]

antiqui Auctoris Commentario græco singulis capitibus particulatim subjuncto. 6) *S. Gregorii Nazianzeni Epistolæ* 23. quæ extant in editione Græco-latina Parisiensi Tom. I. pag. 907. & seq. 7) *S. Basilii M. & Libanii Sophistæ* Epistolæ mutuæ. 8) *Argumentationes & prophetiæ contra Judæos* ab Anonymo collectæ.

CCLXXVIII.

Ducentesimus septuagesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 4. & continet *Cardinalis Bessarionis Professionem fidei Christianæ* contra omnes hæreses in Articulos 8. divisam.

CCLXXIX.

Ducentesimus septuagesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 18. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Marci Archiepiscopi Ephesini capita* 68. contra hæresin Acyndinistarum de distinctione divinæ essentiæ & operationis. 2) *Georgii Gemistæ Plethonis* conclusio trium librorum de legibus & optima republica *ἀνεπίγραφος*. 3) *Anonymi* hymni tres.

CCLXXX.

Ducentesimus octogesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter anti-

quus in 4. constatque foliis 244. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo Anonymi, qui forsan ut *Seb. Tengnagelius* credidit, *Marcus Metropolita Ephesinus* est, *Opus contra Latinos de processione Spiritus S.* [illegible]

CCLXXXI.

Ducentesimus octogesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 49. & ad *Joh. Sambucum* [illegible] pertinuit. Continetur eo *Johi. Hieromonachi Apologia* pro præceptore suo *Josepho* [illegible] *lectora Patriarcha Constantinopolitano* [illegible] primatum Papæ & concordiam Græcorum cum Latinis.

CCLXXXII.

Ducentesimus octogesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 21. Continetur eo 1) *Johannis Metropolitæ Russiæ Epistola* ad Papam Clementem contra Latinorum dogmata à Græcis improbata. 2) [illegible] *quædam miscellanea* ex Joh. Climaci Scala Paradisi, ex Gerontico sive Opere de Vitis Patrum, ex Patriarchæ Lucæ Institutionibus [illegible], ex Joh. Episcopi Citrensis responsionibus ad Episcopum Dyrrachii Cabasilam, & ex Symeonis Archiepiscopi Thessalonicensis Monitis [illegible] ta Ascetica sive Monastica. 3) [illegible]

Archiepiscopi Alexandrini Quæstiones de fide ad Antiochum, quæ verosimiliter sunt Athanasii minoris f. junioris & in hoc Codice MS. extant auctiores & emendatiores quam in editione Athanasii Parisiensi p. 436. seq. 4) *Fragmentum quoddam S. Joh. Chrysostomi.* 5) *Fragmentum S. Epiphanii* de Mensuris & Ponderibus.

CCLXXXIII.

Ducentesimus octogesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 159. & ad Episcopum Vindobonensem *Joh. Fabrum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Joh. Metropolitæ Ephesini*, qui Patriarchæ Constantinopol. Gregorii Cyprii acerrimus fuit Adversarius *Liber contra Schismaticos* ex S. S. & Apostolicis atque Synodicis Constitutionibus ut & ex SS. Patrum Opp. collectus. 2) *Anonymi Excerpta miscellanea* ex SS. constitutionibus Apost. Canonibus Synodi VI. Oecumenicæ & Opp. SS. Patrum. 3) *Ex Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani* & Patrum cum ipso congregatorum Constitutionibus Ecclesiasticis Excerpta. 4) *Fragmenta quædam* ex S. Basilii M. Asceticis. 5) *S. Gregorii Episcopi Nysseni Epistola Canonica* ad Letojum Episcopum Melitenæ. 6) *Constitutiones Pœnitentiales Miscellanea.* 7) *Nice-*

ræ Monachi & Presbyteri Studitæ, cognomine Stethati seu Pectorati *Liber contra Ecclesiam Romanam* de Azymis, de jejunio Sabbati, & de Nuptiis Sacerdotum. 8) *Leonis Archiepiscopi Bulgariæ* Epistola, quæ contra Latinos de jejunio Sabbathi & de Azymis. 9) *Nicetæ Monachi & presbyteri Studitæ* cognomine Stethati oratio invectiva prima contra blasphemam Armeniorum hæresin. 10) Ex S. *Epiphanii Libro* de Mensuris & ponderibus [illegible] fragmentum de Talento. 11) 12) *Nili Monachi [illegible] Monachi & Martyris Epistolæ*. 13) *Gregorii Monachi & præpositi Monasterii S. Georgii Oxeæ* Propontidis insulæ, Epistolæ [illegible] 14) *Theodori Prodromi*, qui in principio Seculi XII. post C. N. sub Imp. Alexio Comneno floruit, Epistola ad eundem Gregorium, Abbatem Monasterii Insulæ Oxiæ. 15) *S. [illegible] Chrysostomi Oratio Encomiastica in* [illegible] num Protomartyrem. 16) *Theophili Archiepiscopi Alexandrini Oratio de causa* [illegible] sei & ovorum tempore jejunii. 17) *Demonstratio* [illegible] de Paschate. 18) *Anonymi Narratio de miraculosa apparitione B. V.* [illegible] cum infantulo Jesu in Monasterio ostentata, [illegible] jus cognomen Magnum Adjutorium. 19) *Anonymi Narratio* de obitu & Assumptione B. M. V. & origine formulæ invocationis *Sanctissima Deipara adjuva nos*. 20) [illegible]

[illegible]

nymi Epistata nominis B. M. V. Μεγάλῃ per hæc verba: Μονῆ Αὐτῆ Ρύεται Τῆς Ἀτταν-τας Μοναχῆς; nec non narratio de Annis ætate, & de moribus, forma atque vestitu ejusdem. 21) *Hippolyti Thebani fragmentum de cognatione Christi* desumtum ex Syntagmate ejus Chronologico. 22) Ex *S. Nicephori Patriarchæ Constantinopol.* qui A. C. 828. d. 13. Martii obiit Chronographia Pericopæ sive Segmentum à Dario Codomanno Rege Persarum usque ad Constantinopolitanum Michaelem Balbum, qui cœpit imperare A. C. 820. ipso die natali Domini una cum Anonymi Autoris continuatione usque ad Imp. Constantinum Ducam, qui A. C. 1067. d. 5. Junii obiit. 23) *Anonymi Syntagma Chronologicum* ab Adamo usque ad N. C. & postea à N. C. usque ad extructionem Constantinopoleos per Constantinum M. ad demum ab O. C. usque ad ejus interitum, qui secundum Valentis Astronomi prædictionem incidere debuit in A. C. 1026. 24) *Anonymi Fragmentum* Historico-Geographicum de divisione orbis terrarum inter 3. filios Noæ eorumque posteros. 25) *Johannis cognomine Jejunatoris Patriarchæ Constantinopolitani*, Filii Obedientiæ dicti *Opus pœnitentiale*.

CCLXXXIV.

CCLXXXIV.

Ducentesimus octogesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus, antiquus & optimæ notæ in 4, constatque foliis 344. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Anonymi Opus pro Ecclesia Latina contra Græcam* ex SS. & Apostolicis atque Synodicis Constitutionibus, ut & ex variorum SS. Patrum aliorumque S. E. tum Græcorum tum Latinorum Opp. collectum. 2) *Germani Patriarchæ Constantinop. Oneirocriticon* sive Interpretatio Somniorum secundum ordinem Alphabethi. 3) Psalmi aliquot Davidici græce & latine, item Symbolum fidei Latinorum græce tantum in quo notabile est verba *καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ* à græculo quodam Schismatico erasa esse.

CCLXXXV.

Ducentesimus octogesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 29. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Michaelis Pselli* eorumque *Carmina* versibus Politicis ad Imp. Constantinum Monomachum.

CCLXXXVI.

Ducentesimus octogesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque nunc foliis 17. Conti-

nen-

nentur eo *Claudii Guisii* Cardinalis Lotharingiæ *Interrogationes XII.* de orthodoxa fide pro Latinis & *Zachariæ Sacerdotis Cretensis responsiones* totidem pro Græcis.

CCLXXXVII.

Ducentesimus octogesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus, in 4. constatque foliis 85. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Anonymi Liber de hæresibus*, ob nescio quot foliorum defectum in fine mutilus, & ab Adamo nunc pertingens usque ad Originem, cujus autor in proœmio indicat se extorrem patria & egenum habitasse juxta Nicæam Bithyniæ Metropolin.

CCLXXXVIII.

Ducentesimus octogesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ, in 4. sed principio mutilus, constatque nunc foliis 243. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Anonymi* Autoris, qui Sec. XV. post C. N. sub Imp. Joh. Palæologo & Patriarcha Constantinopolit. Josepho vixit, *Loci communes Theologici* in capita 30. divisi, simul & ejusdem *Loci Communes Philosophici* in capita 200 divisi. 2) Ex *Symeonis Sethi* translatione græca Apologorum Indicorum *Cyrile* & *Dimne* seu Stephanites & Ichnelates Tmema f. Segmentum primum.

CCLXXXIX.

CCLXXXIX.

Ducentesimus octogesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4 constatque foliis 180. & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus fuit Constantinopoli. Continetur eo 1) *Georgii Calybæ*, qui A. C. 1522. Urbis Rhodi per Turcas expugnatione interfuit, *Oratio* in transfigurationem Christi. 2) *Ej. Quæstiones & responsiones* 50. de variis materiis Theologicis. 3) *Ej. Epistolæ* 17. ad diversos. Quibus permixtæ sunt Epistolæ diversorum ad eundem Georgium. 4) *Ej. Excerpta miscellanea* inter quæ præcipuum obtinet locum Imp. Constantini M. Donatio Sylvestro I. Papæ facta.

CCXC.

Ducentesimus nonagesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. sed in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 184. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *S. Joh. Chrysostomi Epistolæ* 220.

CCXCI.

Ducentesimus nonagesimus primus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. sed in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 311. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli.

Con-

Continentur eo 1) *Isidori Pelusiotæ Epistolæ* mille de Interpretatione SS. quarum quinque priores omninò desunt. Sexta autem ad Ursenuphium dimidia parte priori est mutila. 2) *S. Basilii M. Epistolæ duæ ad S. Gregorium Nazianzenum.* 3) *Imp. Juliani Apostatæ Epistola* ad S. Basilium M. & S. Basilii M. responsoria, quæ Tom 2. editionis S. Basilii Parisinæ p. 994. seq. extans, in fine est mutila. 4) *Anonymi Chronologia* Impp. Romanorum.

CCXCII.

Ducentesimus nonagesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 316. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *S. Isidori Pelusiotæ* Epistolæ 93. de interpretatione S. Scripturæ, inter quas una est quæ in editione Conr. Rittershusii & Andreæ Schotti non reperitur. 2) *Anonymi Observationes* Miscellaneæ. 3) *Gregorii* Archiepiscopi Bulgariæ Epistolæ 3. 4) *Gregorii Chioniadis* Epistolæ XVI. 5) *Marci cujusdam Epistola* ad Patriarcham Constantinopolitanum de Constantia adversus persecutionem orthodoxæ fidei. 6) *Imp. Juliani Apostatæ Epistola* ad S. Basilium M. & S. Basilii M. ad eundem responsoria. 7) *S. Joh. Chrysostomi Lucæ Chrysobergæ Patriarchæ Constantinop.* & tertii cujus-

jusdam Autoris Anonymi Carmina quædam Jambica. 8) *Anonymi narratiuncula* de Imp. Juliani Apostatæ ante publicam Apostasiam simulatione Christianismi & attonsione monastica. 9) *Anonymi Libellus* de tropis & schematibus poëticis atque rhetoricis & de Orthographia. 10) *Anonymi observationes* medicæ miscellaneæ. 11) *Anonymi Excerpta* quædam miscellanea inter quæ est fragmentum ex Georgii Codini Originibus & Antiqq. Constantinop. de Caro & Asclepio Philosophis. 12) *Synesii Episcopi Cyrenæi* Epistolæ VI. 13) *Anonymi* de orthographia Linguæ Græcæ Cantica duo, quorum utrumque in IX. odas divisum est. 14) *Anonymi Exorcismus* contra serpentes ne mordeant. Item *Logarithmomantia* s. Methodus *Logarithmica* prænoscendi mortem cujuscunque ægroti & *tabula Psephophoria Indica* s. figuræ calculorum cum earundem explicatione per adjunctos numeros græcos. 15) *Anonymi carmen* in passionem Christi. 16) *Nicetæ alias dicti, David Philosophi Carmen* ad S. Angelum cum Manuelis Moscopuli Scholiis græcis interlinearibus. Item Ejusdem *Carmen* in B. V. M. cum Moscopuli Scholiis, & *Carmen* in S. Christophorum Martyrem. 17) Philostrati Icones sive *Imagines cum Manuelis Moschopuli* Scholiis græcis interlinearibus & marginali-
bus

bus & Comment. grammatico. 18) *Pauli Silentiarii* Semi-jambi in Thermas Pythias, Manuelis Moſchopuli Scholiis græcis interlinearibus & marginalibus illuſtrati. 19) *Epigrammata varia profana* ἀνεπίγραφα cum Manuelis Moſchopuli Scholiis græcis interlinearibus atque marginalibus & ampliſſ. Comment. Grammatico. 20) *Manuelis Moſcopuli fragmentum Grammaticæ Græcæ* de Spiritibus & ejusdem Ænigma. 21) *Philoſtrati Heroica* ſ. Dialogus de viris illuſtribus, qui in bello Trojano pro Heroibus habiti ſunt, cum Manuelis Moſchopuli Scholiis græcis interlinearibus & marginalibus. 22) *Anonymi Orthographia* Linguæ Græcæ ſecundum Ordinem Alphabeti. 23) *Anonymi Etymologicum* Græcum ordine Alphabetico. 24) *Imp. Michaelis* Palæologi Ænigma. 25) *Chosroæ regis* Perſarum Prophetia ſ. vaticinium de Imp. Romano ad Joh. Romanorum Strategum ſ. Ducem militiæ cum exegeſi ſ. expoſitione Conſtantini Laſcaris Byzantini. 26) *Anonymi Libellus de Metris* quibus poetæ utuntur & Rhetores. 27) *Anonymi Autoris* hymni in nativitatem Chriſti & B. M. V. 28) Ex *Procopii Cæſarienſis Libro I.* de Bello Perſico excerptum de Tzanis Ponti Euxini accolis. 29) Ex *Arriani Periplo* Ponti Euxini excerpta nonnulla.

CCXCIII.

Ducentesimus nonagesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 125. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *S. Joh. Damasceni* Logica. 2) *Ej. opus* de orthodoxa fide non in IV. Libros, sed in capita 100. divisum. 3) *Anonymi* cujusdam qui sub Imp. Alexio Comneno Seniore potissimum floruit *Epitome Chronographica* ab Adamo usque ad initium anni II. Imperii Joh. Comneni sive diem decimum quintum Augusti A. C. 1119. Indictione XII. Quod opusculum dignissimum est, ut publici juris fiat. 4) *S. Basilii M. interrogatio ad S. Gregorium Nazianzenum de Ecclesia & Sacerdotibus.*

CCXCIV.

Ducentesimus nonagesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 195. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *S. Joh. Damasceni* Logica in capita 50. divisa non parum discrepans ab editione Billiana latina. 2) *Anonymi Doctrina de S. Trinitate.* 3) *Michaelis Pselli* Solutiones & Expositiones Synopticæ variarum Quæstionum & controversiarum de fide ad Imp. Michaëlem Ducam. 4) *Ej. Professio fidei orthodoxa.* 5) *Ej. Liber de physicis principiis & causis.* 6) *Marci Me-*

tro-

tropolitæ Ephesini fragmentum quoddam Schismaticum contra latinos de processione Spiritus S. 7) *S. Gregorii Episcopi Nysseni opus de Creatione & structura hominis.* 8) *Excerpta varia miscellanea partim Theologica partim philosophica*, inter quæ est Anonymi cujusdam Auctoris fragmentum de Libero Arbitrio.

CCXCV.

Ducentesimus nonagesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 213. & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus fuit Constantinopoli. Continentur eo *Joh. Sabta Cydonii* dialogi duo contra Judæos.

CCXCVI.

Ducentesimus nonagesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 47. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Gennadii* Patriarchæ Constantinopol. *cognomine Scholarii* Doctrinal de peccatis mortalibus & venialibus. 2) *Tretzæ Libellus de pedibus & metris Poëticis.* 3) *Pselli versus de metro Jambico.* 4) *Plutarchi fragmenta quædam* de metro Heroico aliisque nonnullis metris poeticis. 5) *Excerpta quædam miscellanea* Historica & Philologica, inter quæ est observatio Tryphonis de litera Rho, Invento-

 res

res præcipuarum artium & scientiarum; Nomina & Sectæ illustrium philosophorum, Nomina clarorum Historicorum & Poëtarum &c. 6) *Excerptum quoddam* ex S. Maximi Monachi & Martyris Asceticis.

CCXCVII.

Ducentesimus nonagesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 329. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Index Græco barbarus* eorum quæ continentur hoc Codice. 2) *Georgii Chumni* Chandacensis ex Insula Creta Historia V. T. versibus rythmicis græco-barbaris. 3) *Anonymi Chronographia succincta* ab Adamo usque ad Alexium Comnenum Seniorem. 4) *Anonymi narratio Græco-barbara* de S. Sepulchro Christi. 5) *Anonymi Historia Græco-barbara de vita & rebus gestis* Alexandri M. 6) *Anonymi Sermo* de fide. 7) *Athanasii Junioris Quæstiones* de fide ad Antiochum, quæ perperam hic tribuuntur Athanasio Archiepisc. Alexandrino. 8) *Anonymi Interrogationes & responsiones Sacræ* ex V. T. 9) *Anonymi Excerpta varia* de vita Christi. 10) *Excerpta quædam* ex Sapientia Jesu filii Sirach. 11) *Gabrielis Contiani Poema græco-barbarum* de Apollonio Tyrio. 12) *Anonymi narratio Græco-barbara* de rebus gestis inter Ponti-

tificem Romanum Gregorium X. & Imp. Conſtantinopol. Michaelem Palæologum. 13) *Anonymi apologi duo Morales* verſibus græco-barbaris. 14) *Anonymi Canon Catanyćticus* ſ. Canticum compunćtorium de vanitate Mundi ordine Alphabetico. 15) *Alius Canon Catanyćticus* Alphabeticus Imp. Leonis Sapientis. 16) *Anonymi Narratio de vita & converſatione* probatiſſimi cujusdam & Sapientiſſimi Senis verſibus Græco-barbaris. 17) *Anonymi Narratio Amatoria* de quodam *Hemperio* verſibus græco-barbaris. 18) *Anonymi Narratio de urbe Veneta* verſibus Græco-barbaris. 19) *Anonymi Narratio* græco-barbara. 20) *Alexii Comneni cognomine Spanea* Paræneſes græco-barbaræ, quas Chriſtophorus Zanetus edidit Venetiis. 21) *Acoluthia ſ. officium* quoddam Eccleſiaſticum lingua græco-barbara. 22) *Anonymi Synaxarium* ſ. narratio ſuccinćta de quodam Gadaro ſanćtitate vitæ claro, lingua græco-barbara. 23) *Anonymi Menologium Græcum* totius anni ab initio menſis Septembris usque ad finem Auguſti. 24) *Chalveth propheta Methodus* divinandi & prædicendi futura ſermone græco-barbaro conſcripta. 25) *Anonymi Libellus Aſtrologicus* græco-barbarus de conditionibus nativitatis humanæ ſeundum XII. Menſes & totidem ſigna Zodiaci. 26) *Joh. Picatori*

Rhythymnensis ex Insula Creta Poëma græco-barbarum de inferno. 27) *Anonymi Liber hydrographicus* græco-barbarus inscriptus, Portulanus. 28) *Anonymi Libellus Juridicus* græco-barbarus de nuptiis. 29) *Superstitiosa quadam precatiuncula* & inscriptiones. 30) *Anonymi poëma amatorium* græco-barbarum de Florio & Platziaflora. 31) *Anonymi poëma* græco-barbarum de peregrinatione. 32) *Anonymi Narratio fabulosa* græco-barbara de Belisarii excæcatione & mendicitate. 33) *Anonymi Poëma rhythmicum* græco-barbarum de calamitate Insulæ Cretæ ob magnum terræ motum A.C. 1508. die 29. Maji. 34) *Anonymi Selenodromium* f. Libellus græco-barbarus de cursu Lunæ. 35) *Anonymi Poëma* græco-barbarum de Bello Trojano.

CCXCVIII.

Ducentesimus nonagesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus, sed bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 144. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit Constantinopoli comparatus. Continetur eo *Eustathii Archiepiscopi* Thessalonicensis Commentariis eruditissimis in Homeri Iliadem & Odysseam & in Dionysii Alexandrini Periegesin celeberrimi, *Expositio doctissima & amplissima* in S. Joh. Damasceni Canonem f. Canticum Jambicum Pentecosticum de Spiritu

ritu S. quod quidem extat in editione Damasceni Billiana Parisina anni 1616. f. sed sine præstantissimo illo Commentario Eustathiano.

CCXLIX.

Ducentesimus nonagesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus, perelegans & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 371. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Joh. cognomine Mauropodis f. Nigripedis* primum Monachi, deinde autem Metropolitæ Euchaitorum *Canones Paracletici* f. Cantica consolatoria 24. ad Christum Servatorem, quorum unumquodque habet peculiarem suam Acrostichidem, quæ itidem ut quælibet Ode nona nomine Johannis insignita est. 2) *Alia duo Cantica ad Christum Servatorem* sine Acrostichide & nomine Autoris. 3) *Ej. canticum* ad S. Angelum custodem. 4) *Ej. cantica* 67. ad B. V. M. quorum unumquodque peculiarem suam Acrostichidem. 5) *Ej. Cantica* XV. ad S. Joh. Baptistam Christi præcursorem, quorum unumquodque suam peculiarem habet Acrostichidem. 6) *Variorum Autorum* varii Canones f. varia Cantica Ecclesiastica.

CCC.

Trecentesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque foliis 184. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Menæum Græcorum* ab initio Mensis Martii usque ad finem Mensis Augusti cum antiquis notis Musicis, quod multis modis differt à Menæo impresso Venetiis typis Joh. Petri Pinelli A. 1648. in f. & ad illud emendandum atque supplendum plurimum conferet.

CCCI.

Trecentesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus, perelegans & optimæ notæ in 4. constatque foliis 167. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Menæi Græcorum Mensis Martius* incipiens à Canone in honorem & memoriam S. Martyris Eudociæ.

CCCII.

Trecentesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus, perelegans & optimæ notæ in 4. constatque foliis 213. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli, quo continetur *Menæi Græcorum Mensis Majus*.

CCCIII.

Trecentesimus tertius Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 264. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Hymnologium Græcorum* continens hymnos in omnia festa totius anni cum antiquis notis Musicis Menæi & Menologii instar in XII. Menses digestos ab initio Septembris usque ad finem Augusti. 2) *Cantica cum antiquis notis Musicis* a Dominica publicani & Pharisæi usque ad festum omnium Sanctorum cantari solita. 3) *Sophronii Archiepiscopi Hierosolymitani Horologium* magnæ Parasceves cum antiquis notis Musicis.

CCCIV.

Trecentesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 325. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Hymnologium* cum antiquis notis Musicis. 2) *Cantica cum antiquis notis* Musicis à Dominica publicani & Pharisæi usque ad festum omnium Sanctorum. Scriptus autem est hic Codex manu cujusdam Johannis Citrii cognomine Dalassini A. C. 1221.

CCCV.

Trecentesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 51. & continet idem *Hymnologium* cum antiquis notis Musicis, quod extat Codice præcedente 304.

CCCVI.

Trecentesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 8. constatque nunc foliis 98. & A. C. 1665. ex Archiducali Bibliotheca arcis Ambrasianæ juxta Oenipontem in Bibliothecam Aug. Cæs. à me est translatus. Continetur eo Liber Ecclesiasticus græcorum cum antiquis notis Musicis *Octoëchus* inscriptus & maximam partem à S. Joh. Damasceno compositus.

CCCVII.

Trecentesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 288. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Liber Ecclesiasticus Græcorum* Octoëchus inscriptus & maximam partem à *S. Joh. Damasceno* compositus, in cujus fine indicatur exaratum esse hunc Codicem A. C. 1391.

CCCVIII.

Trecentesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4.

con-

constatque foliis 341. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo Series ordinationis universi officii Ecclesiastici constructa & antiquis notis Musicis adornata à *M. Joh. Cucuzele*, qui diversus est a *Joasapho Cucuzele* Juniore, cujus Leo Allatius meminit in dissertat. I. de Libris Ecclesiasticis Græcorum p. 99. dicitque eum scripsisse Hirmologium totius anni ut cani svevit in monte Sancto.

CCCIX.

Trecentesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est partim membranaceus partim chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 310. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo post *Theophanis Melodi* Canonem Paracleticum ad Christum Servatorem, & post *alia nonnulla* Cantica Ecclesiastica miscellanea, ut & post *Brevem Catalogum Metropolitanarum* atque Episcopalium sedium Orientalium Liber Ecclesiasticus græcorum. *Octoëchus* inscriptus & maximam partem à S. Joh. Damasceno compositus. Quo finito sequitur *Anonymi Canon Paschalis* ab A. C. 1286. usque ad A. 1319. Item *Anthologium Ecclesiasticum* in XII. Menses divisum quo continentur officia, quæ per totum annum solent decantari. Nec non Canones aliquot Paracletici *Joh. Mauropodis* quo-

quorum unumquodque peculiarem suam habet Acrostichidem.

CCCX.

Trecentesimus decimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 8. constatque nunc foliis 273. Continentur eo *Josephi Melodi* Canones s. Cantica Sacra 48. quorum unumquodque peculiarem suam habet Acrostichidem, quæ itidem ut quælibet Ode nona nomine Josephi est insignita.

CCCXI.

Trecentesimus undecimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque nunc foliis 185. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Anthologii Ecclesiastici Græcorum Mensis November* cum subjuncta Johannis Diaconi Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ cognomine Eugenici Oratione Encomiastica in S. Martyrem Jacobum Persam.

CCCXII.

Trecentesimus duodecimus Codex MS Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 236. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Antholgii Ecclesiastici Græcorum* mensis Januarius sed mutilus.

CCCXIII.

CCCXIII.

Trecentesimus decimus tertius Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 187. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Joh. Zonaræ* expositio in *S. Joh. Damasceni* Canones Anastasimos.

CCCXIV.

Trecentesimus decimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 8. constatque foliis 196. & continetur eo ejusdem *Joh. Zonaræ* expositio in eosdem S. Joh. Damasceni Canones Anastasimos.

CCCXV.

Trecentesimus decimus quintus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus, perelegans & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 259. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Theodori Prodromi Expositio* in SS. Patrum Cosmæ Episcopi Majumensis, & S. Joh. Damasceni Canones & Cantica Ecclesiastica in præcipuis Sacris solennitatibus cantari solita. 2) *S. Job. Damasceni oratio de mortuis in fide* quod juventur Missis & beneficiis virorum. 3) *Epitome Græca quatuor Librorum Latinorum* Joh. Cassiani Romani ad Castorem Episcopum de Institutis & regulis Cænobiorum Ægypti & orientis. 4) *Epitome Græca* se-

ptem

ptem priorum Collationum SS. Anachoretarum Scetensium latine conscriptarum à Joh. Cassiano Romano ad Leontium Episcopum. 5) *Georgii Rhetoris Archiepiscopi Nicomediæ Homilia* in B. M. V. & in illud S. Johannis; Stabant ad crucem Jesu Mater ipsius &c.

CCCXVI.

Trecentesimus decimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 138. Continetur eo *Theodori Prodromi* expositio in *SS. Patrum Cosmæ* Episcopi Majumensis & *Joh. Damasceni* Canones s. Cantica Ecclesiastica in solennitatibus Dominicis cantari solita.

CCCXVII.

Trecentesimus decimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in 8. constatque nunc foliis 83. Continetur eo ejusdem *Theodori* eadem expositio in SS. Patrum &c.

CCCXVIII.

Trecentesimus decimus octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. sed tam in principio & fine quam alibi passim valde mutilus, constatque nunc foliis 187. & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus fuit Constantinopoli. Continentur eo *SS. Patrum Cosmæ Episcopi Majumensis & Joh. Damasceni varii Cano-*

nes

nes f. Cantica Ecclesiastica cum expositione singulis Tropariis particulatim subjuncta.

CCCXIX.

Trecentesimus decimus nonus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 135. & ab *Augerio Busbekio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *S. Job. Damasceni Canones Anastasimi* f. de resurrectione Christi cum Expositione amplissima.

CCCXX.

Trecentesimus vigesimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque nunc foliis 249. Continentur eo 1) *Gregorii Archiepiscopi Metropoleos Corinthi Expositio in Canones* sive Cantica Ecclesiastica festorum Dominicorum totius anni ut & in Triodia & Canones magnæ hebdomadis & festorum B.M.V. 2) *S. Maximi Monachi & Martyris* LLI Communes Sententiarum ex variis Sacris & profanis Autoribus collecti & in 71. capita divisi. 3) *Symeonis Monachi fragmentum Historicum de Baptismate* SS. XII. Apostolorum desumtum ex S. Sophronii Patriarchæ Hierosolymitanii Hypomnematibus f. Commentariis. 4) *Apophthegmata* quædam miscellanea. 5) *Menandri Comici sententiæ* parænetiCæ Ordine Alphabetico. 6) *S. Epiphanii Constantia*

ſtantiæ ſ. Salaminis in Cypro Inſula Epiſcopi *Phyſiologus* ſ. Excerpta ex Libris Ariſtotelis Phyſiologi ſ. Exploratoris naturæ animalium cum expoſitione & applicatione Theologica. 7) *S. Gregorii Nazianzeni* Carmina varia cum adjuncta Anonymi explanatione. 8) *Joh. Monachi Metaphraſis Metrica S.* Symboli. 9) *Æſopi admonitio* ad Linum diſcipulum. 10) *Platonis præcepta de iis* quæ fugienda ſunt in vita. 11) *Sapientia* Jeſu filii Syrach. 12) *Sententiæ Selectæ* ex proverbiis Salomonis & Eccleſiaſte & Libro Jobi.

CCCXXI.

Trecenteſimus vigeſimus primus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. conſtatque foliis 161. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Hymni Triadici* ſ. Cantica Eccleſiaſtica de S. Trinitate. 2) *Pſalterium Davidicum cum Euſebii* Pamphili Prolegomenis de Diapſalmate & cum ejusdem hypotheſibus ſ. argumentis ſingulorum pſalmorum. 3) *Acoluthia ſive officium Eccleſiaſticum* in defunctos Seculares.

CCCXXII.

Trecenteſimus vigeſimus ſecundus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. conſtatque nunc foliis 80. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus,

Con-

Conſtantinopoli. Continentur eo *Nicephori Callisti Xanthopuli Synaxaria* præcipua Triodii feſta, quibus uniuscujusque indicatur origo, qualitas & diſpoſitionis ratio.

CCCXXIII.

Trecenteſimus trigeſimus tertius Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus in 8. in principio & fine mutilus, conſtatque nunc foliis 223. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo *Liber Eccleſiaſticus Græcorum* Octoëchus inſcriptus & maximam partem à *S. Joh. Damaſceno* compoſitus.

CCCXXIV.

Trecenteſimus vigeſimus quartus Codex MS.Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. conſtatque foliis 193. & ab *Aug. Busbekio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo *varii Canones ſ. Cantica Eccleſiaſtica ut & acoluthiæ quædam ſ. Eccleſiaſtica.*

CCCXXV.

Trecenteſimus vigeſimus quintus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. conſtatque foliis 304. & ab Angerio Busbeckio olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *Typicum S. Sabæ* ſ. Ordo recitandi officii Eccleſiaſtici per totum annum ſecundum conſuetudinem

ab illo institutam & præscriptam. 2) *Marci Hieromonachi* Declaratio dubiorum in Typico occurrentium divisa in 9 capita. 3) *Hirmologium Græcorum* continens omnes Octoëchi Hirmos f. cantus initiales.

CCCXXVI.

Trecentesimus vigesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 114. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Typicum Ecclesiasticum*, s. Ordo officii Ecclesiastici per totum annum, sed est illud in principio & fine mutilum.

CCCXXVII.

Trecentesimus vigesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 308. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Schematologium Græcorum* continens totum ordinem sumendi habitus Monastici. 2) *Euchologium* f. Rituale Græcorum continens ritus & ordines variorum officiorum Ecclesiasticorum cum benedictionibus & orationibus, cuilibet personæ statui vel tempori congruis, ex quibus Codicibus R. P. Jacobi Gvar Euchologium non parum potest suppleri.

CCCXXVIII.

CCCXXVIII.

Trecentesimus vigesimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 85. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Acoluthia s. officia Ecclesiastica Euchologii Græcorum.*

CCCXXIX.

Trecentesimus vigesimus nonus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 103. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo Liber *Ecclesiasticus Græcorum* πραξαπόστολος vulgo appellatus quod potior majorque illius pars ex Actibus Apostolorum & Epistolis S. Pauli concinnata sit. Insertum eidem quoque est Menologium.

CCCXXX.

Trecentesimus trigesimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. sed in principio & fine mutilus constatque nunc foliis 87. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo *Liber Ecclesiasticus Græcorum* πραξαπόστολος *vulgò appellatus.*

CCCXXXI.

Trecentesimus trigesimus primus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus

perelegans & optimæ notæ in 4. sed in principio & fine mutilus constatque nunc foliis 34. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo *Euchologii Græcorum* pars haud exigua complectens cum alia nonnulla tum inprimis preces officii S. Pentecostes.

CCCXXXII.

Trecentesimus trigesimus secundus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus, antiquus & lectu perdifficilis constatque nunc foliis 306. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Nicephori Gregoræ dialogus* de statu primi hominis ante lapsum. 2) *Ej. Epistolæ variæ.* 3) *Ej. Oratio ad Imp. Andronicum* Palæologum Seniorem, qua gratias ipsi agit ob singularem humanitatem sibi ægrotandi exhibitam. 4) *Dissertatio* de prærogativa B M. V. super Seraphim. 5) *Ej. prologus* in narrationem de Susanna. 6) *Ejusdem variæ precationes* ad Christum & B.M.V. 7) *Ej. dissertatio* contra Simulatores Sapientiæ. 8) *Ej. Ecphrasis s. descriptio* resurrectionis Christi. 9) *Ej. Prologus Encomiasticus* in Homerum & Narratio errorum Ulyssis cum explicatione Morali. 10) *Ej. Monodia s. Oratio* funebris in obitum Calliergi. 11) *Ej. Oratio paraenetica* ad Imperatricem super obitu Theolepti Episcopi Philadelphiensis. 12) *Excerpta quædam* ex Eusebii Pamphili H. E. 13) *Nicephori*

ri Gregoræ Epiſtola 3. 14) *Matthæi Epiſcopi Joniæ* & Aſiatidis Epiſtola ad magnum chartophylacem Magnæ Eccleſiæ Conſtantinop. S. Sophiæ. 15) *Nicephori Gregoræ* Monodia ſ. oratio funebris ad Imperatricem ſuper obitu fratris ipſius Joh. Chumni. 16) *Ej. precatio ad Chriſtum* in ingreſſu in Urbem Epheſinam. 17) *Ej. Excerpta* ex prophetarum vaticiniis cum explicatione. 18) *Ej. collectio inſigniorum* quorundam locorum ex Libro Jobi cum explicatione. 19) *Ej. Epiſtolæ* aliæ tres. 20) *Catonis diſticha paranetica* ad filium ex latina in Gr. Linguam tranſlata & in IV. Libros diviſa. 21) *Leonis Proto-Secretarii Oratio* ad Imp. Andronicum Palæologum Juniorem. 22) *Anonymi ſ. Nicephori Gregoræ ſ. Maximi Planudis diſſertatio* de antiquis & novis philoſophis. 23) *Precatio Sacra* in ponendo fundamento novæ alicujus domus vel urbis.

CCCXXXIII.

Trecenteſimus trigeſimus tertius Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4. conſtatque foliis 24. Continetur eo 1) *Manuelis Peloponneſii Diatriba* ſ. diſſertatio ad Geraſium Hieromonachum & Hieropſalten de Cantico in honorem B. V. M. 2) *Michaelis Glycæ ad Alypium* Monachum incluſum de aſſumtione B. M. V. 3) *Pſalmi aliquot Davidici.* 4) *Imp. Leonis Philoſophi*

S. Sapientis Odarium Catanycticum Anacreonticum Ordine Alphabetico.

CCCXXXIV.

Trecentesimus trigesimus quartus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque nunc foliis 60. & ad Sebast. Ericium olim pertinuit. Est autem hic unus ex illis Codicibus MSctis græcis, qui hoc ipso anno 1672. auspicio & liberalitate Imp. Leopoldi ab Abbate Dominico Federici pro S. Cæs. Majestate apud Rempubl. Venetam residente Venetiis emti sunt. Continentur eo 1) *Anonymi Homiliæ 4.* 2) *S. Joh. Chrysostomi* Oratio in illud Ecclesia Christi est corpus Christi. 3) *Anonymi Homiliæ* VIII. 4) *Africani Narratio* de iis qui in Perside contigerunt per incarnationem Christi. 5) *Joh. Caleræ* Patriarchæ Constantinopolitani Homiliæ duæ. 6) *S. Antonii Abbatis vita* conscripta à S. Athanasio Archiepiscopo Alexandrino.

CCCXXXV.

Trecentesimus Trigesimus quintus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. in principio & fine mutilus constatque nunc foliis octo & ad *Seb. Ericium* olim pertinuit. Continentur eo *Anonymi* Autoris Homiliæ quinque.

CCCXXXVI.

CCCXXXVI.

Trecentesimus trigesimus sextus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 169. & ad *Seb. Ericium* olim pertinuit. Continentur eo *Nicolai Cabasila* Archiepiscopi Thessalonicensis Libri V. de vita in Christo.

CCCXXXVII.

Trecentesimus trigesimus septimus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus antiquus in 8. constatque foliis 151. & est unus ex illis qui A. 1673. Venetiis emti sunt. Continetur eo 1) *S. Joh. Chrysostomi Oratio* de patientia. 2) *Alexandri Eremitæ narratio* de Ministerio Angelorum circa exitum animarum è corporibus. 3) *Chrysostomi parabola de Serpente* & vita humana. 4) *S. Antiochi narratio* vitæ S. Euphronii coqui cœnobialis Synchroni. 5) *Anonymi Liber testamentum Patriarchæ Abrahami* inscriptus. 6) *Chrysostomi sermo* de oratione & jejunio &c. 7) *Vita S. Mariæ à Symeone* Metaphraste composita. 8) *Anonymi orationes* XII. pro infirmis. 9) *B. M. V. supposititia Apocalypsis* de pœnis inferorum. 10) *Vita S. Alexii ab Anonymo* composita. 11) *S. Basilii M.* variæ interrogationes & responsiones sacræ. 12) *Anonymi Canones* pœnitentiales. 13) *Timothei* Patriarchæ

Alexandrini responsa Canonica ad varias Quæstiones ab Episcopis & Clericis propositas. 14) *Anonymi Collectio Doctrinæ* SS. Veterum Patrum de confessione Sacra. 15) *S. Anastasii Sinaitæ Quæstiones & responsiones* quædam Sacræ. 16) *S. Gregorii Episcopi Nysseni* fragmentum de Sanctissima Trinitate.



PETRI LAMBECII
HAMBVRGENSIS
LIBRI SEXTI
DE
AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI
PARS PRIMA,
continens
Catalogum XVIII. MSctorum Juridicorum Græcorum,

& quidem

1) *Juris Civilis à Num. 1. usque ad 13.*

2) *Juris Canonici à Num. 14. usque ad 18.*

I.

PRimus Codex MSctus Juridicus Græcus est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque foliis 346. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Sexaginta Librorum Basilicorum universi Juris Romani*, quos Græci vocant Ἑξηκοντάβιβλον auspicio & Auto-

ritate Impp. Conſtantini, Baſilii Macedonis, Leonis Philoſophi ſ. Sapientis, & Conſtantini Porphyrogeniti, collectorum editorum & emendatorum Ecloga & Synopſis in titulos 348. ordine Alphabetico diſpoſitos, cui paſſim varia antiqua Scholia græca marginalia ſunt adjecta. 2) Imperatorum aliquot Conſtantinopolitanorum *Novellæ Conſtitutiones.* 3) *Euſtathii* Anteceſſoris Liber de temporalibus intervallis à momento uſque ad annos centum. 4) Imperatorum aliquot Conſtantinop. *Novellæ conſtitutiones.* 5) *Datianebis Liber* de Actionibus ſpecialibus. 6) *Teſtandi formula vetuſta* qua continetur Teſtamentum S. Gregorii Nazianzeni Archiepiſcopi Conſtantinopolitani. 7) *Moſchionis præcepta vitæ.* 8) *Anonymi Obſervatio Chronologica* de Biſexto. 9) *Anonymi obſervatio Medica* de generatione hominis. 10) *Anonymi diſſertatio Geographica* de Iſtro ſ. Danubio & de Nilo eorumque origine & curſu, quod nimirum ambo ſint fluvii Paradiſi quorum primus in S. S. appellatur Phiſon, alter autem Gehon. 11) *Anonymi excerptum Hiſtoricum* de origine indictionis ab Imp. Auguſto derivata. 12) *Anonymi Excerpta* quædam de variis menſuris & metiendi modis.

II.

Secundus Codex MS. Jur. Gr. est chartaceus antiquus in f. principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 216. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Sexaginta Librorum* Basilicorum universi Juris Romani Synopsis Alphabethica principio mutila. 2) Variorum Imp. Constantinop. *Novellæ Constitutiones.* 3) *Delectus legum* Compendiarius compositus ab Impp. Leone Philosopho & Constantino Porphyrogenito, & in titulos 28. divisus. 4) *Anonymi collectio* variarum legum ex Imperatoris Justiniani Constitutionibus, Digestis, Codice & Novellis, in qua Stephani Antecessoris Codex Justinianeus abbreviatus sæpius citatur, nec non *Athanasii* Scholastici f. Advocati Liber ex Digestis & Codice, & *Joh. Cubidii* Antecessoris tr. de pœnis. 5) *Jus navale* Rhodiorum excerptum ex Libr. XIV. Digestorum & in capita 47. divisum quod extat quidem Tomo II. Juris Græco-Romani Freheriani, sed multis in locis corrigendum. 6) *Leges militares* de pœnis militum ex Rufo & Tacticis collectæ & in capita XV. divisæ. 7) *Enchiridion* juris in 40. titulos divisum. 8) *Constantini Harmenopuli* leges Georgicæ f. Colonariæ è Jure Justinianeo excerptæ.

III.

Tertius Codex MS. Jur. Gr. est chartaceus antiquus in f. principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 385. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Fragmentum Indicis* Syntagmatis alicujus Juridici in 194. capita divisi. 2) *Lex pœnalis* militum desumta ex Libr. 49. Digest. Tit. 16. de re militari, ut & ex Rufo & Tacticis. 3) *Excerpta varia* ex Codice Justinianeo. 4) *Delectus legum* compendiarius compositus ab Imp. Leone Philosopho & Constantino Porphyrogenito & in titulos 18. divisus. 5) Imp. *Romani Senioris Novella* de alienatione fundorum & prælatione cognatorum & consortium. 6) *Anonymi Syntagma* juridicum in 190. capita divisum. 7) *Glossa juridica* f. vocabula juris latina cum Interpretatione Græca. 8) *Theodori Hermopolitæ* Synopsis & Ecloga Codicis Justinianei Erotematica f. per interrogationes & responsiones in capita 82. divisa. 9) *Variarum legum Ecloga* in capita 43. olim divisa ex quibus nunc priora 33. capita desunt. 10) Ex *Eustathii Antecessoris* Libro de temporalibus intervallis fragmentum de Annis f. de Annuis intervallis eorumque effectu. 11) Imperatorum aliquot Constantinop. *Novellæ Constitutiones.* 12) *Anonymi Ecloge* legum compendiaria in titulos 50. divi-

ſa & in primo Imp. Romani Senioris anno Imperii edita. 13) *Delectus legum compendiarius* ab Impp. Leone philoſopho & Conſtantino Porphyrogenito compoſitus conſtans 13. tantummodo titulis. 14) *Imp. Conſtantinop.* Baſilii Macedonis & filiorum ipſius Conſtantini atque Leonis *Manuale legum* in titulos 40. diviſum. 15) *Conſtantini Harmenopuli Leges Georgica* h. e. colonariæ ſ. ruſticæ ex jure Juſtinianeo excerptæ. 16) *Imp. Alexii Comneni Novella* ſ. reſcriptum ad Nicolaum Curopalatam & Magnum Drungarium Vigiliæ cognomine Sclerum de appellantibus adverſus ſententiam judiciariam. 17) *Michaelis Attaliota* judicis & proconſulis Synopſis Legum ad Imp. Michaëlem Ducam quæ ab editionibus impreſſis Freheriana & Leuenclaviana non parum differt. 18) *Leges militares* de pœnis militum ex Rufo & Tacticis collectæ ut & ex Imp Juſtiniani Libro 49 Digeſtorum. 19) *Imp. Conſtantini Porphyrogeniti Novella* de homicidis. 20) *Athanaſii Patriarcha* Conſtantinopolitani Novella promulgata Menſe Octobr. Indict. 3. A. M. 6813. h. e. A. C. 1304. 21) *Anonymi* Patriarchæ Conſtantinopolitani *Sanctio Eccleſiaſtica.* 22) Ex *Conſtantini Harmenopuli* Titulo 4. l. 2. Promtuarii juris §. 31. de Oleariis. 23) *Imp. Conſtantini Porphyrogeniti Novella* de alienatione fundorum & prælatio-

tione cognatorum atque consortium. 24) *Imp. Leonis* Philosophi Novella de alienatione rerum immobilium. 25) *Gregorii Archiepiscopi* Primæ Justinianæ & totius Bulgariæ *Epistola* de lege cognationis ad Theodosium Episcopum Pelagoniæ & Prillapi. 26) *Anonymi observatio* de Mensura geometrica. 27) *Anonymi Methodus* sciendi quot horas qualibet nocte Luna luceat. 28) Imp. Basilii II. s. Junioris Novella de præscriptione 40. annorum.

IV.

Quartus Codex MS. Jur. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 173. atque unus est ex illis Joh. Sambuci libris, quos à reliqua Bibliotheca avulsos *Seb. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continetur eo 1) *Anonymi Alphabethum Legale s. Basilicorum* universi Juris Romani Synopsis Alphabetica minor sc. respectu Synopseos Alphabeticæ Majoris quæ Codice 1. & 2. continetur. 2) *Excerpta varia* juridica & quidem præcipuè ex Novellis Imp. Leonis philosophi.

V.

Quintus Codex MS. Jur. Gr. est chartaceus antiquus in 4. initio & fine mutilus, constatque nunc foliis 211. & quantum ex inscriptionibus in principio ejus collocatis videre est, primo

mo ad *Aloysium Deurostinum* Patrensem interpretem Orientalem Anconæ commorantem, deinde ad *Georgium Tannerum* JCtum Austriacum, porro ad *Joh. Sambucum* Hungarum Tirnaviensem, ac denique ad *Sebastianum Tengnagelium* pertinuit. Continetur eo eadem illa *Basilicorum juris Synopsis Alphabetica minor*, quæ extat in proxime præcedente Codice v, quæque adhuc, quod ego quidem sciam, est inedita.

VI.

Sextus Codex MS. Gr. Jur. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 233 & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Imp. Basilii Macedonis & filiorum* ipsius Constantini atque Leonis Philosophi Prochiron juris s. Delectus legum compendiarius ex Imp. Justiniani Institutionibus, Digestis, Codice & Novellis cum benigniore correctione promulgatus Mense Martio Indict. 9. A. M. 6384. s. A. C. 876. & in titulos quadraginta divisus. 2) *Eustathii Antecessoris* Synopsis Actionum Juridicarum & intervallorum temporalium à momento usque ad annos centum. 3) *Imp. Romani* senioris novella. 4) Ex *Imp. Leonis Philosophi* novella, ut decennis puer in numerum Monachorum sumatur, fragmentum. 5) *Paratitla* in titulos 32. divisa.

visa. 6) *Glossæ Juridicæ* s. vocabula juris latina cum Interpretatione Græca. 7) *Excerpta quædam miscellanea* de officiis Magistratuum ac judicum. 8) *Jusjurandum* tempore Imp. Justiniani I. s. Magni à Magistratibus in suscipiendis dignitatibus atque officiis præstari solitum. 9) *Observationes duæ Juridicæ* de Adoptione & de dote à marito consumta. 10) Ex *S. Gregorii Nysseni* Oratione in eos, qui ægrè ferunt reprehensiones, fragmentum de Excommunicatione. 11) *Septem Archiepiscoporum* Orientalium nempe Mathæi Metropolitæ Ephesi, Athanasii Metropolitæ Zyzici, Laurentii Metropolitæ universæ Alaniæ & Soteriopoleos, Macarii Metropolitæ Christopoleos, Charitonis Metropolitæ Apri, Josephi Metropolitæ Gani, & Hierothei Metropolitæ Lopadii *Epistola* ad Imperatricem Constantinop. Annam Imp. Andronici Palæologi II. s. Junioris viduam contra Patriarcham Constantinop. Joh. Calecam tanquam errorum Barlaami Calabri & Gregorii Acyndini Sectatorem & ob alia varia gravissima crimina excommunicandum, atque throno Patriarchali dejiciendum, data Mense Septembr. ineuntis Indict. 15. A. M. 6855. s. A. C. 1346. 12) *Synodi Constantinopolitanæ* sub Imperatrice Anna Imperatoris Andronici Palæologi II. s. Junioris vidua celebratæ

To-

Tomus Excommunicationis & exautorationis Patriarchæ Conſtantinop. Joh. Calecæ Promulgatus Menſe Febr. Indiȼt. 15. A. M. 6855. ſ. A. C. 1347. 13) *Imp. Joh. Contacuzeni* ediȼtum quo poſt reditum ſuum in Urbem Conſtantinop. qui in diem 8. Febr. incidit, ſupra memoratum Tomum Excommunicationis confirmavit Menſe Martio Indiȼt. 15. A. M. 6855. ſ. A. C. 1347. quo non multo poſt nempe die 21. Maji Conſtantinopoli ſecundum ſolenniter coronatus eſt. 14) *Monachorum Heſychaſtarum* Tomus Apologeticus contra Barlaami & Acyndini ſeȼtatores. 15) *Synodi Conſtantinopolitanæ* ſub Imp. Andronico Palæologo II. ſ. Juniore celebratæ Tomus condemnationis errorum Barlaami Calabri & Gregorii Acyndini promulgatus paulo poſt mortem jam memorati Imp. nempe Menſe Aug. Indiȼt. 9. A. M. 6849. ſ. A. C. 1341. 16) *Excerpta quædam miſcellanea* partim Theologica partim Juridica.

VII.

Septimus Codex MS. Th. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque nunc foliis 215 & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *Imp. Baſilii Macedonis* & filiorum ipſius Conſtantini atque Leonis Philoſophi Prochiron Juris in titulos 40. diviſum. 2) *Excerptum Juridi-*

 cum

cum de jurejurando. 3) *Leges militares* ex Rufo & Tacticis & ex Digestis desumtæ. 4) *Jus navale* Rhodiorum ex Digestis excerptum. 5) *Constantini Harmenopuli* leges georgicæ h. e. colonariæ s. rusticæ ex Jure Justinianeo excerptæ. 6) *Collectanea* nonnulla juridica. 7) *Athanasii Scholastici* s. Advocati Emeseni Ecloga s. delectus legum ex Imp. Justiniani Codice & Novellis, & ex Paratitlis. 8) *Glossæ juridicæ* s. vocabula juris latina cum interpretatione Græca ordine Alphabethico. 9) *Canones S. Apostolorum*. 10) *Excerpta nonnulla juridica* inter quæ etiam extant Officia Magnæ Ecclesiæ Constantin. S. Sophiæ. 11) *Exercitia varia* partim Sacra partim profana quibus erotematicè declaratur usus Grammatica. Linguæ Græcæ. 12) *Theodori Prodromi* Tetrasticha Sacra cum Anonymi Commentario Grammaticali. 13) *Agapeti Diaconi* Magnæ Ecclesiæ Constantinop. Liber ad Imperat. Justinianum M. de Imperio benè administrando cum Anonymi Commentario Græco singulis capitibus parænetiçis particulatim subjuncto.

VIII.

Octavus Codex MS. Th. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 8. sed quod dolendum est valde mutilus, constatque nunc foliis 81. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit.

nuit. Continetur eo *Delectus Legum Compendiarius*, ex Institutionibus, Digestis, Codice & Novellis Imp. Justiniani M. compositus ab Imp. Leone Philosopho & Constantino Porphyrogenito & benigniori correctione reformatus.

IX.

Nonus Codex MS. Jur. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 27. Continetur eo *Theodori Hermopolitæ* Synopsis & Ecloga Codicis Justinianei erotematica s. per interrogationes & responsiones, integro folio auctior quam extat Codice 3. n. 8.

X.

Decimus Codex MS. Jur Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 324. & ab *Augerio Busbeikio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Constantini Harmenopuli* Nomophylacis & Judicis Thessalonicensis Prochiron legum s. promtuarium juris in Libr. 6. divisum ideoque vulgò appellatum ἑξάβιβλος, dignissimumque quod cum Dionysii Gottofredi editione impressa accurate conferatur. 2) *Imp. Constantini M. Donatio* S. Sylvestro I. Papæ facta. 3) *Constantini Harmenopuli* narratiunculæ de tribus Tomis Synodicis, sub Impp. Constantino Porphyrogenito, Manuele Comneno, &

Michaële Palæologo compositus, in quibus anathemate percutiuntur, quicunque contra Impp. seditionem excitant, & per vim aut insidias imperium invadere nituntur, ut & eorundem adjutores & conscii. 4) *Ej. Epitome* sacrorum & divinorum Canonum. 5) [illegible] *Expositio* fidei orthodoxæ. 6) *Ej. Liber* [illegible] *Sectis.* 7) *Ej. Catalogus officiorum* [illegible] Constantinop. 8) *Imp. Leonis Sapientis* Ordo thronorum Ecclesiasticorum Patriarchæ Constantinopolitanæ subjectorum. 9) *Constantini Harmenopuli* Catalogus officiorum magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ. 10) *Theodori Magistri* Oratio [illegible]miastica in S. Gregorium Nazianzenum. 11) *Philothei* Patriarchæ Constantinopolitani oratio Encomiastica in S. Martyrem Demetrium. 12) *S. Cyrilli* Archiepiscopi Alexandrini Homilia in nativitatem Christi.

XI.

Undecimus Codex MS. Jur. Græcus [illegible]ceus antiquus & bonæ notæ in f. constans foliis 207. & ab *Augerio Busbequio* [illegible] comparatus Constantinopoli. Continentur in eo 1) Ex *Imp. Justiniani Libr. 4. Institutionum* Excerpta quædam de Actionibus. 2) *Constantini Harmenopuli Prochiron* Legum f. Promtuarium Juris. 3) *Ej. Ecloga Legum Georgicarum* ex Jure Justinianeo. 4) [illegible]

ſertatio de jejunii quadrageſimalis aliorumque nonnullorum ſolennium jejuniorum origine & ratione. 5) *Epitome divinorum & Sacrorum Canonum* ab anonymo quodam Autore, quem ego Philotheum Patriarcham Conſtantinopolitanum eſſe arbitror, ſuppleta & Scholiis marginalibus illuſtrata, quæ quidem in Marquardi Freheri Jure Græco-Romano Tom. I. p 1. ſeq. extat, ſed longe aliter quam in hoc Codice MS. Cæſareo. 6) *Ej. Liber de fide orthodoxa* & de hæreſibus, ex quo apparet Expoſitionem illam fidei Orthodoxæ revera proœmium eſſe Libri de hæreſibus, non autem Epilogum ut perperam aſſerit Marquardus Freherus l. c. Tom 2. p. 158. ſeq. adde quod Liber hic in codice MSčto multo eſt auctior quam in editione Leuenclaviana & Freheriana. 7) *Imp. Conſtantini M. Donatio S. Sylveſtro I.* Papæ facta ſecundum editionem Conſtantini Harmenopuli. 8) *Philothei Patriarchæ* Conſtantinopolitani teſtimonium de ætate Conſtantini Harmenopuli, ex quo patet eum non A. C 1143. vel 150, ſed revera 1345 Promtuarium juris civilis & Epitomen Juris Canonici compoſuiſſe. 9) *Catalogus officiorum* Aulæ Imperatoriæ Conſtantinopolitanæ. 10) *Imp. Leonis Philoſophi* ſ. Sapientis ordo thronorum Eccleſiaſticorum Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectorum. 11) *Anony-*

mi Chronologia Compendiaria a C. M. usque
ad Imp. Job. Commenum qui A. C. 1143. ob-
iit. 12) *Danielis prophetæ visio ultima per
Methodium Patarorum in Lycia Episcopum
vulgata,* quæ est una ex suppositis illis visio-
nibus Danielis, quarum Liutprandus, primo
Ticinensis Ecclesiæ Diaconus, deinde Episco-
pus Cremonensis, in Hist. Legationis ad
Nicephorum Phocam pro Imp. Othone
M. A. C. 968. obitæ meminit.
Leonis Philosophi f. Sapientis Oraculum de
restitutione Constantinopoleos, quod ...
edidit Joh. Leunclavius græce ...
editionis latinæ Annalium Constanti...
nassis Basileæ 1573. in 8. impresse sed ...
dicis Ms. quo is ex Bibliotheca Johannis ...
usus est, satis mendosum & ...
versibus mutilum. 14) *Manuelis ...*
Catalogus officiorum Magnæ Ecclesiæ Con-
stantinopolitanæ versibus politicis ...
ejusdem Catalogus officiorum aulæ ...
Constantinop. itidem versibus politicis
scriptus, quorum uterque extat ...
editione regia Parisina Libri Georgii ...
de officiis Eccles. Constantinop. a ...
bo Gear adornata. 15) *Anonymi* ...
mentum Theologicum de confessione ...
16) Ex *S. Cyrilli Archiepiscopi* Alex...
Opp. fragmentum de tempore S. ...

17) ...

17) *Anonymi Annotamentum* Historicum de Melchisedecho. 18) *Anonymi Annotamentum* Historicum Græco-Barbarum de sumtu in ædificationem magnæ Ecclesiæ Constantinop. S. Sophiæ impenso.

XII.

Duodecimus Codex MS. Jur. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 151. & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus fuit Constantinopoli. Continetur eo 1) *Constantini Harmenopuli* Manuale legum f. Promtuarium juris in 6. Libros divisum, una cum subjunctis nonnullis titulis separatis. 2) *Ej. Ecloga legum Georgicarum* ex Jure Justinianeo. 3) *Ej. Liber de fide orthodoxa & de heresibus*, sed parte posteriori mutilus. 4) *Anonymi Catalogus officiorum* magnæ Ecclesiæ Constantinop. sed diversus ab aliis catalogis ejusdem generis quorum jam supra est facta mentio. 5) *Libanii Sophistæ* Declamationes quinque.

XIII.

Decimus tertius Codex MS. Jur. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 347. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Michaelis Pselli* Synopsis legum versibus politicis composita jussu Imp. Michaelis Ducæ. 2) *Glossæ juridicæ f. vocabula juris la-*

tina cum interpretatione Græca. 3) *Nomo-Synodicus*, omnes Synodos tam orthodoxas quam hæreticas, brevi compendio continens inde à temporibus S. Apostolorum usque ad Orthodoxiam f. restitutionem S. Imaginum sub Imp. Michaële & matre ipsius Theodora atque S. Methodio Patriarcha Constantinopolitano, qui quidem extat Gr. & Lat. in *Guilielmi Vorlli & Henrici Justelli* Tom. II. Biblioth. Juris Can. veteris p. 1166. sed differt editio impressa valde à Codice hoc MSto. 4) *Anonymi Historia* Concilii Chalcedonensis, Oecumenici f. Generalis quarti A. C. 451. celebrati. 5) *Officiorum magnæ Ecclesiæ* Constantinopolitanæ descriptio. 6) *Diagramma graduum cognationis* cum subjuncto libello de distinctione nuptiarum legitimarum & prohibitarum. 7) Ex *Sisinnii Patriarchæ* Constantinop. Tomo f. Decisione Synodali, ne duo fratres accipiant uxores duas consobrinas ... mentum, qui Tomus A. C. 997. ... Indict. 10. promulgatus extat inter ... & latine in Marquardi Freheri Jur... Romano Tom. I. p. 197. seq. 8) *Michaëlis Nomophylacis* cognomine Chumni, qui ... de fuit Metropolita Thessalonicensis, ... gramma de gradibus cognationis, quod quidem extat in Frehero Tom. I. l. c. p. 519. seq. sed in hoc MScto adjuncta illi est Appendix ...

de Nuptiis prohibitis. 9) *Theodori Balsamonis* Patriarchæ Antiocheni responsum de acceptata in Synodo quæstione an unus & idem duabus sobrinis jungi debeat, quod etiam extat apud Freherum l. c. p. 463. seq. sed beneficio hujus Codicis potest emendari ac suppleri. 10) *Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani* qui A. C. 828. d. 13. Martii obiit *Chronographia Compendiaria*, cui adjuncta est anonymi continuatio usque ad Imp. Manuelem Comnenum qui A. C. 1180. die 24. Septembr. obiit. 11) *Marci Patriarchæ Alexandrini Quæstiones* Canonicæ 66. cum responsis Patriarchæ Antiocheni Theodori Balsamonis, quæ licet in Freheri l. c. extent, ex hoc tamen Codice multis in locis possunt emendari. 12) *S. Gregorii Episcopi Nysseni Homiliæ* 5. in Orationem dominicam. 13) *Ej. Homiliæ* octo in totidem beatitudines Evangelicas Math. 5. 14) *Ej. Expositio Compendiaria* in Psalmos & eorundem inscriptiones cum subjuncta Appendice de Diapsalmate. 15) *Alexandri Monachi* oratio Historica de inventione S. crucis.

XIV.

Decimus quartus Codex est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 77. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1.) *Ecloge* legis à Deo per Moy-

 sen

sen Israelitis datæ. 2) *Anonymi recensio* [illegible] rum qui ab hæreticis presbyteri vel Episcopi ordinati sunt, collecta ex Historiis Ecclesiasti cis. 3) *Epistola Callisti ad Manuelem* cognomine Disypatum Archiepiscopum Thessalonicensem de exautoratione & exilio [illegible] phi Galesiotæ Patriarchæ Constantinopolita ni. 4) *Ecclesiasticus* s. Sapientia Jesu Syrach. 5) *Anonymi fragmentum* [illegible] Grammaticæ Græcæ. 6) *Anonymi* [illegible] in passionem Christi.

XV.

Decimus quintus Codex MS. [illegible] chartaceus antiquus & bonæ notæ in [illegible] constatque nunc foliis 585, & ab [illegible] *beckio* olim fuit comparatus Constantinop[illegible] Continetur eo 1) *Photii Patriarchæ Constantinop. Nomocanon*, h. e. Canones SS. Apostolorum Conciliorumque Veterum cum legibus Impp. Romanorum collati & in unum [illegible] volumen, quod in titulos 14. divisum, [illegible] dori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni [illegible] plurimis Commentariis illustratum est [illegible] omnes editiones impressæ non [illegible] possunt meliorari. 2) *Nicolai III* [illegible] *chæ Constantinopolitani* qui A. C. [illegible] Imp. Alexio Comneno thronum patriarcha lem conscendit, Responsiones Synodicæ ad va rias quæstiones a quibusdam Monachis [illegible]

urbem commorantibus, sibi propositas, quæ opera Theodori Balsamonis editæ sunt Lutetiæ Parisiorum 1620 in f. 3) *Canones SS. Apostolorum* variorumque Conciliorum generalium & provincialium ut & diversorum veterum SS. Patrum Epistolæ Canonicæ cum Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni Commentariis amplissimis, quæ omnia licet jam A. 1620. Lutetiæ Parisiorum in f. sint edita; Beneficio tamen hujus Codicis multis locis possunt emendari. 4) *Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni Meditata s. Responsa Ecclesiastica VII*, quorum V. scilicet 3, 4, 5, 6 & 7. extant in Marquardi Freheri Jure Græco-Romano Tom. I. p. 441. seq. 5) *Folia sex membranacea* pervetusta, quibus continetur *Fragmentum N. T. de passione Domini* Græcum exaratum literis majusculis.

XVI.

Decimus sextus Codex MS. Jur. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 318. atque unus est ex illis *Joh. Sambuci* libris, quos a reliqua ipsius Bibliotheca *Sebast. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibliothecæ Cæsareæ legavit. Continetur eo 1) *Photii Patriarchæ* Constantinopolitani Nomocanon, sed absque Theodori Balsamonis Commentariis. 2) *Canones SS. Apostolorum variorumque Conciliorum* Generalium & Provin-

cia-

cialium ut & diversorum SS. Patrum Epistolæ Canonicæ sed absque Theodori Balsamonis Commentariis. 3) *Novellarum Constitutionum* Imp. Justiniani I. f. M. *Epitome Ecclesiastica* à Theodoro Balsamone composita & in capita 87 divisa, quæ extat quidem ... *Gulielmi Voelli & Henrici Justelli* Bibliothecæ græco-latinæ Juris Canonici Veteris Tom. 2. p. 1312. seq. sed longe aliter quam in hoc Codice MSto Cæsareo. 4) ... *Constitutionum* Imp. Justiniani I. ... Ecclesiastica. 5) *Expositio J. ...* Concordiæ Ecclesiasticæ facta ... Constantino Porphyrogenito & Romano ... niore nondum Imperatore, ... Basileopatore.

XVII.

Decimus septimus Codex MS. ... membranaceus antiquus in 4. ... no. & ab *Augerio Busbeckio* olim ... atus Constantinopoli. Continet ... *Joh. Scholastici* Ecclesiæ Antiochenæ ... teri, & postea Patriarchæ C... *Collectio* Canonum Ecclesiasticorum ... 50. divisa, quæ extat quidem in Bibl... Juris Can. veteris Tom. 2. p. 499. sed ... aliter quam in hoc Codice ... 2) *Joh. Monachi Quæstiones* ... Nicolaum Patriarcham Con...

cum ejusdem responsis. 3) *Maximi Monachi* Quæstiones miscellaneæ ad Nicephorum Chartophylacem magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. 4) *Anonymi Nomæanon abbreviatus.* 5) *Anonymi Epitome S. Scripturæ* V. & N. T. in 263. Aphorismos s. paragraphos divisa. Cæterum testatur pagina ultima hunc Codicem A. M. 6699. Indict. 9. s. A. C. 1191. sub Imp. *Isaacio Angelo* manu *Constantini Anagnostæ* esse scriptum.

XVIII.

Decimus octavus Codex MS. Jur. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 103. Continentur eo 1) Ex *Imp. Basilii Macedonis* & filiorum ipsius Constantini atque Leonis Philosophi Prochiro pieris fragmentum de nuptiis. 2) *Anonymi Collectio Canonum cum brevi Explicatione* singulis Canonibus subjuncta. 3) *Epitome Canonum* S. Basilii M. cum adjuncta brevi Expositione. 4) *diversorum Veterum* SS. Patrum varia fragmenta Canonica. 5) *Fragmenta quædam* ex Basilicis. 6) *Annotatio quædam* de jejunio festi Assumtionis B. M. V. 7) *Fragmentum Juridicum* de Nuptiis. 8) *Excerptum ex Canonibus Synodi* Constantin. sub Imp. Justiniano II. cognomine Rhinotmeto in Trullo. 9) *Fragmenta quædam* ex Basilicis. 10) *Anonymi Methodus* Geo-

Geometriæ. 11) *Anonymi fragmentum de* incruento Sacrificio Missæ, quod illud ab uno eodem Sacerdote non nisi semel uno eodem die celebrandum sit. 12) *Fragmenta quædam* ex Basilicis. 13) *Anonymi Narrationes* quædam de Catechumenis. 14) *Anonymi Interrogationes & responsiones* quædam de variis ritibus Ecclesiasticis. 15) *Anonymi chartophylacis* Magnæ Ecclesiæ Constantinop. *Epistola* de variis Quæstionibus Ecclesiasticis monasticis & Secularibus, ad Theodosium monachum Corinthi ... 16) *Theodori Studitæ Epistola* ad Naucratium de Digamis. 17) *Nicolai Patriarchæ Constantinopolitani Carmen* versibus politicis de ... nis & festis totius anni. 18) ... *Cæsareæ in Palæstina* Episcopi responsum Epistolæ de jejunio festi Assumtionis B. M. Virginis celebrando.

Reliqua Aug. Bibl. Cæsareæ opera ... Juridica Græca quærenda sunt in aliis ... classium Codicibus MSStis, quibus ... nunquam valde inconvenienter ... ta sunt v. g. L. V. Codice 233. & alibi.

) o (

LIBRI SEXTI
PARS SECUNDA,

continens

Catalogum LII. MSctorum

1) *Medicorum ut*
Hippocratis N. 1 - 4.
Dioscoridis N. 5 - 8.
Galeni N. 9 - 13.
Aliorum N. 14 - 50.
2) *Chymicorum N. 51. 52.*

I.

PRimus Codex MS. Medicus Græcus est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. principio & fine mutilus constatque nunc foliis 418. & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Hippocratis Liber* de internis Affectionibus. 2) *Ej. Liber* de affectionibus. 3) *Ej. Liber* de Morbo Sacro. 4) *Ej. Libri tres priores* de morbis. 5) *Ej. Libri tres* de victus ratione. 6) *Ej. Libri duo* de Morbis Mulierum.

II.

Secundus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 236. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Con-

Constantinopoli. 1) Continetur eo [illegible] Hippo-
cratis Aphorismi in VII. Sectiones [illegible]
totidem Galeni Commentariis [illegible]
2) Anonymi Quæstio Medica cum [illegible]
Expositione. 3) Anonymi Grammatica [illegible]
plicationes quorundam vocabulorum [illegible]
servationes Syntacticæ. 4) Anonymi [illegible]
pta quædam Medica de victus [illegible]
5) Galeni Commentarius in [illegible]
Librum de salubri victus ratione. [illegible]
nymi Excerpta miscellanea de [illegible]
Mundi.

III.

Tertius Codex MS. Med. Gr. [illegible]
ceus antiquus & bonæ notæ in [illegible]
nunc foliis 304. & ab Augerio [illegible]
olim fuit comparatus Constantinopoli. [illegible]
tinetur eo 1) Stephani Atheniensis [illegible]
Aphorismorum Hippocratis singulis [illegible]
rismis subjuncta, sed principio mutila [illegible]
ad Aphorismum secundum. 2) [illegible]
febrium differentia exceptus ex [illegible]
3) Johannis cognomine Actuarii [illegible]
rie Libri VII. de Urinis. 4) [illegible]
Aphrodisiensis Problemata quædam [illegible]
Medica. 5) Anonymi Versus [illegible]
utilitatibus Balnei. 6) Galeni Commentarius [illegible]
tripartitus in Librum prognosticorum [illegible]
notionum Hippocratis.

IV.

Quartus Codex MS. Med. Gr. est membranaceus antiquus & perelegans in 8. constatque foliis 30. Continetur eo 1) *Hippocratis Liber Aphorismorum* cum Anonymi cujusdam Autoris Præfatione. 2) *Claudii Ptolomæi Alexandrini Centiloquium* s. Liber centum Aphorismorum s. Sententiarum ad Syrum fratrem, ab ipso Ptolomæo inscriptus *καρπὸς* s. fructus, quia videlicet eo indicat quadripartitæ Compositionis Apotelesmaticæ ad eundem Syrum scriptæ.

V.

Quintus Codex MS. Med. Gr. est membranaceus antiquissimus & optimæ notæ in f. totus præter pauca recentiora folia majusculis literis sine accentibus & distinctione singularum vocum ante 1169. annos cura & liberalitate Julianæ Aniciæ Imp. Flavii Anicii Olybris filiæ exaratus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Descriptio Plantarum* Alphabetica de qua vide sis Libri II. horum Comment. cap 7. 2) Ex *Pamphilii Grammatici Alexandrini Historia* Herbarum fragmenta quædam. 3) *Eutecnii Sophistæ* antiqua Græca & hactenus inedita prosaica paraphrasis in Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, ut & in Oppiani Halieutica s. Poëma de piscatione, quod in V. Libros divisum etiamnunc integrum extat, &

Gg in

in ejusdem Ixeutica [illegible]
quod vel injuria temporis [illegible]
quasi deperditum alicubi forsan [illegible]
4) *Fragmentum Vitæ S.* Ant[illegible]
S. Athanasio Archiepiscopo Alex[illegible]
scriptæ ante 500 circiter annos [illegible]

VI.

Sextus Codex MS. Med. Græ[illegible]
mediocriter antiquus [illegible]
10. Continentur eo 1) *Excerp*[illegible]
Herbis ex Crateva, Dioscor[illegible]
centiori quodam Græculo de[illegible]
Dioscoridiano proxime præcede[illegible]
tecnici Sophistæ hypothesis [illegible]
Theriacorum & alexipharmaco[illegible]
3) *Excerpta quædam* ex [illegible]
observationibus Medicis [illegible]
dam Medica Græca cum [illegible]
Græca.

VII.

Septimus Codex MS. Med. Gr[illegible]
cus antiquus & elegans in fo[illegible]
liis 47. & à *Petro Victorio* [illegible]
mo celeberrimoque Philosopho a[illegible]
A. C. 1570. Florentia missus est [illegible]
[illegible]; postea autem nescio qua [illegible]
venit in potestatem *Seb. Tengnag*[illegible]
que post illius mortem in Aug[illegible]
ram. Continetur eo 1) *Diosc*[illegible]

teria Medica Libri I. & Liber II. capita priora 26 cum anonymi cujusdam Autoris antiquis Græcis scholiis marginalibus. Huc insuper accedunt Variantes Lectiones ex duobus vetustis Codicibus MSctis Bibliothecæ Venetæ Cardinalis *Bessarionis*, & ex tertio quodam Nicolai Leonici, quæ propria *Petri Victorii* manu itidem in margine sunt adscriptæ. Is enim quatuor illos Codices MSctos diligentissimè inter se contulit. 2) *Hippocratis Libellus* de foetus in utero mortui exsectione, quem *Joh. Sambucus* sibi describi curavit ex Bibliotheca Medica A. 1559. exemplarque ejus misit Juntis Venetias d. 15. Jan. A. 1575.

VIII.

Octavus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 124. Continetur eo 1) *Symeonis Sethi* Lexicon Botanicum. 2) *Excerpta quædam* de characteribus s. Notis ponderum & mensurarum Medicarum ex *Pauli Æginetæ* capite 26. s. ultimo Librri 7. 3) *Excerpta varia* ex Galeno. 4) *Lexici Botanici* fragmentum.

IX.

Nonus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 236. Et continetur eo *Galeni* Liber VI. VII. VIII. IX. X. & XI. de Simplicium medicamentorum facultatibus. Ex quibus Liber VI.

in principio est mutilus. Liber autem XI. pertingit usque ad caput περὶ ἀλὸς ἄχνης &c.

X.

Decimus Codex MS. Med. Gr. est membranaceus pervetustus in 4. sed injuria temporis passim mutilus & pessimè habitus, constatque nunc foliis 262. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Galeni Therapeuticorum* s. de curatione ad Glauconem Libri duo. 2) *Ej. Libellus* de febri. 3) *Ej. Libellus* de pulsu. 4) *Anonymi Collectio* variorum medicamentorum divisa in capita 39. 5) *Anonymi Collectio* variarum rerum Medicarum divisa in capita 31. cujus ultimum continet *Petosiris* Philosophi Ægyptii Epistolam Astrologicam ad *Necbepson* regem Assyriorum cum adjuncta figura *Organi Astrologici per quod de vita & morte ægrotantium potest judicari.* 6) *Hippocratis* Aphorismi in Sectiones VII. divisi. 7) *Ej. Prognosticon* s. Liber prænotionum. 8) *Ej. Epistola* ad Ptolomæum regem. 9) *Galeni definitiones Medicæ*, quæ ab editione Basileensi impressa non parum differunt. 10) *Ej. Libellus* de optimis secundum naturam urinis. 11) *Ej. Liber de urinarum* differentia. 12) *Ej. Liber de pulsu* ad Theutran. 13) *Libellus de febrium differentia* in cujus margine manu recentiori adscriptum est nomen *Stephani Archiatri.* 14) *Pauli Æginetæ*

tarei Medicæ Liber VI. de Chirurgia. 15) *Leonis Philosophi & Medici Synopsis* f. Compendium Medicinæ ad quendam Georgium divisum in Libros VII. 16) Ex *Oribasii Pergamensis*, qui Imp. Juliani Apostatæ fuit Medicus familiaris & promotor ad Imperium magno 70. librorum Syntagmate medico, jam memorati Imp. Juliani jussu collecto, anonymi cujusdam Autoris Eclogæ f. Excerpta variorum remediorum.

XI.

Undecimus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque nunc foliis 141. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Galeni* Libri duo de curatione ad Glauconem. 2) *Anonymi Miscellanea* quædam medica. 3) *Callisti Liber* de Antidotis. 4) *Ej. Liber* de Trochiscis variis. 5) *Ej. Liber* de Emplastris. 6) *Ej. Liber* de Compositione oleorum. 7) *Dioscoridis Anazarbensis* & Stephani Atheniensis Alphabethum Medicum Empiricum adhuc ineditum.

XII.

Duodecimus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 195. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Galeni* de locis affectis Libri Sex in-

tegri cum anonymi cujusdam antiqui Autoris Scholiis Græcis marginalibus.

XIII.

Decimus tertius Codex MS. Med. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 256. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Anonymi* cujusdam Autoris Eclogæ f. Excerpta ex variis *Hippocratis & Galeni* Operibus ut & ex Aristotelis Problematibus physicis.

XIV.

Decimus quartus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in 8. constatque foliis 189. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Anonymi opusculum græco-barbarum* de structura hominis ex Galeno, Hippocrate & Meletio philosopho collectum. 2) *Ej. Ecloga græco-barbara* ex Galeno in capita 176. divisæ. 3) *Ej. Ecloga græco-barbara* ex Hippocrate in capita 222. divisæ. 4) *Ej. Ecloga græco-barbara* ex Meletii Philosophi Jatrosophio in capita 217. divisæ.

XV.

Decimus quintus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 16. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Alexandri Aphrodi-*

dissensis Medici Liber de febribus ad Apollonium, qui latinè tantum extat Georgio Valla Placentino interprete in Volumine Variorum Opusc. Symphoriani Champerii Physici Lugdunensis Lugduni A. 1506. edito in 8.

XVI.

Decimus sextus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque nunc foliis 334. Continentur eo *Oribasii* Pergamensis Synopseos Medicæ ad filium Eustathium Libri IX. qui extant quidem Tom. I. Opp. Oribasii à Joh. Baptista Rasario Basileæ A. 1557. in 8. edito, sed tantum latinè.

XVII.

Decimusseptimus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus pervetustus & bonæ notæ in f. constatque foliis 272. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Aëtii Amideni* celeberrimi Medici & Comitis Opsicii τετράβιβλος f. Syntagma Medicinæ ex veteribus contractæ divisum in IV primarias partes f. Sectiones, quarum quælibet IV Libros complectitur, ita ut totum Syntagma in universum constet Libris XVI. quorum octo priores tantum Venetiis apud Aldum Manutium A. 1534. in f. idiomate græco aspexerunt lucem.

XVIII.

Decimus Octavus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in f. principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 269. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo supra memorati *Aëtii Amideni* Medicinæ contractæ Liber 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. ita tamen ut Liber nonus principio, decimus quintus autem fine careat.

XIX.

Decimus nonus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 376. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Meletii Monachi* Liber de natura structuraque hominis, quod extat impressum Venetiis A. 1552. in 4. sed latine tantum Nicolao Petrejo Corcyræo interprete, potest autem beneficio hujus Codicis MS. Cæsarei non mediocriter augeri, quia ibi caput 35 de Anima quintuplo majus est quam in editione jam memorata impressa. 2) *Anonymi Excerpta* f. selecta veterum Medicorum de excrementis. 3) *Theophili Liber* de Excrementis. 4) *Pauli Æginetæ* rei Medicæ Libri sex priores. 5) *Antylli* fragmentum Medicum. 6) *Excerpta ex Galeno* de Medicinis succedaneis. 7) *Excerpta ex Paulo Ægineta* de Ponderibus & Mensuris Medi-

cis

cis generatim, de characteribus s. notis Ponderum & Mensurarum conjunctim, de ponderibus separatim, de mensuris liquidorum separatim, & de mensuris aridorum separatim. 8) *Hippocratis Liber mysteriorum de præsignificatione vitæ* & *mortis* in sepulchro ipsius jussu Imp. C. Julii Cæsaris aperto in pulpito sub capite inventus, & ab ipsius Medico Mondonosio publicatus, qui tamen revera est figmentum suppositítium recentioris cujusdam græco-barbari tenebrionis qui illud satis inepte conflavit ex Hippocratis genuino prognostico. 9) *Rufi Ephesii Erotemata Medica* undecim græco-barbara. 10) *Anonymi Lexicon* Botanicum Græco-Barbarum ordine Alphabetico. 11) *Anonymi Observationes* quædam Medico-Astrologicæ. 12) *Petosiris Philosophi Ægyptii* Epistola Astrologica ad Nechepsum Regem de vita & morte humana, variisque vitæ humanæ accidentiis cum subjunctis septem Diagrammatibus ad eandem pertinentibus. 13) *Aristotelis Liber* de Mundo ad Alexandrum M. cujus optima editio est Bonaventuræ Vulcanii quæ cum ipsius eruditissimis Scholiis & duplici Interpretatione latina, priore quidem L. Apuleji, altera verò Guilielmi Judæi prodiit in lucem A. 1591. Lugduni Batavorum in 8. 14) Ex *S. Cyrilli Archiepiscopi* Alexandrini opere contra Imp. Julia-

num Apostatam fragmentum. 15) *Anonymi Annotamentum* Chronologicum de Origine supputationis temporum secundum Olympiades a Manasse rege Juda usque ad principatum Imp. Theodosii M. 16) *S. Anastasii Sinaitæ* Patriarchæ Antiocheni Quæstiones & responsiones quædam Sacræ. 17) *Anonymi Introductio* in Artem Medicam. 18) *Excerpta quædam* ex Galeno. 19) *Theophili Monachi* Liber de Urinis, quem Græce & Latine sub general. Jatrosophistæ titulo edidit Fridericus Morellus Parisiis A. 1608. in 12. 20) *Joannis Episcopi* Prisdrinnorum Liber de Urinis. 21) *Anonymi* Miscellanea Medica. 22) *Anonymi Opus* ... græco-barbarum de compositione variorum Medicamentorum capitibus 103. de compositione Emplastrorum cap. 74. & de compositione oleorum cap. 9. In cujus c. 96. mentio fit Embammatis falsi, s. falsi intinctus S. *Lucæ Evangelistæ* qui fuit professione Medicus ut patet ex Ep. ad Coloss. c. 4. v. 14. cui magna adscribitur ad sanitatem conservandam & vitam prolongandam efficacia, si quis pie vivat, & cibos in illud quotidie intingat. 23) *Miscellanea* quædam medico-Astrologica quibus eadem diagrammata quæ supra Petosiris Epistolæ subjuncta sunt.

XX.

Vigeſimus Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque foliis 177. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *Meletii Monachi* Monaſterii S. Trinitatis apud Tiberiopolim in Phrygia Majore Liber de natura ſtructuraque hominis, cum præfatione anonymi quæ in Nicolai Petræi editione Veneta latina perperam ipſi Meletio tribuitur. 2) *Nicephori Blemmidæ* Opuſcula quatuor Medica ſcilicet α) Notitia Menſurarum Medicarum β) Carmen de judicando de ſanguine phlebotomiæ ægrotorum γ) Carmen de Urinis ægrotorum δ) Cognitiones & curationes morborum humanorum. 3) *Anonymi Opus Medicinale* quo præter Dioclis Cariſtii Epiſtolam ad Antigonum regem de tuenda ſanitate continentur curationes variorum morborum, quibus etiam ſuperſtitioſa nonnulla & Magica remedia permixta ſunt. 4) *Symeonis Sethi Antiocheni* Magiſtri & philoſophi Liber de Alimentorum facultatibus ordine Alphabetico. 5) *Nicephori Patriarchæ* Conſtantinopolitani Oneirocriticon ſ. Interpretatio ſomniorum verſibus Jambicis ſecundum ordinem Alphabethi. 6) *Miſcellanea quædam* Medica inter quæ eſt Anonymi cujusdam Autoris Liber

The-

Therapeuticus s. de curationibus Morborum ordine Alphabetico.

XXI.

Vigesimus primus Codex MS Med. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 443. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Johannis cognomine Actuarii* filii Zachariæ libri 7. de urinis. 2) *Ej. Libri duo* de Spiritus animalis actionibus & nutritione ad Josephum Rhacendytam. 3) *Ej. Compendium* totius Artis Medicæ in 199 capita divisum, ex cujus capitis I. inscriptione patet eum fuisse σύγχρονον Apocaucho Magno duci atque gubernatori totius aulæ Imp. Andronici Junioris, adeoque vixisse Sec. XIV. non autem XII. ut Wolffgangus Justus in Chronologia Illustr. Medicorum & Joh. Antonides Lindanus in Opere de Scriptis Medicis putarunt. 4) *Ej. Liber tertius* de Methodo medendi. 5) *Ej. Liber sextus* de Methodo medendi. 6) Ex *Pauli Æginetæ* Libro 7. rei medicæ caput 25. de Medicamentis succedaneis s. quorum usus habetur reciprocus ex Galeno. 7) *Actuarii Liber 4.* de Methodo medendi. 8) *Ej. Liber V.* de Methodo medendi. 9) *Theophanis* Synopsis compendiaria totius Artis Medicæ jussu Imp. Constantini Porphyrogeniti ex Ori-

Oribasii potissimum scriptis collecta, & in 4. Libros divisa.

XXII.

Vigesimus secundus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 60. Continetur eo 1) *Actuarii Liber IV.* de methodo medendi. 2) *Ej. Liber V.* de methodo medendi. 3) *Dioclis Caristii* Epistola ad Antigonum regem de morborum præsagiis & eorundem extemporaneis remediis.

XXIII.

Vigesimus tertius Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 243. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Joh. Actuarii Libri VI.* de Methodo medendi, à Simeone Macroduca scripti, & Pyropulo attributi qui revera h. l. idem est atque Joh. Actuarius.

XXIV.

Vigesimus quartus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 108. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Theophanis Synopsis compendiaria* totius Medicæ Artis jussu Imp. Constantini Porphyrogeniti ex Oribasii potissimum scriptis collecta & in VII. Libros divisa. 2) *Anonymi Libellus*

bellus de curationibus Morborum ordine Alphabetico. 3) *Anonymi Liber de compositione variorum Medicamentorum* in capita 109. divisus.

XXV.

Vigesimus quintus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 123. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Theophanis Synopsis* Compendiaria totius Artis Medicæ jussu Impp. Constantini Porphyrogeniti ex Oribasii scriptis potissimum collecta & non in Libros, sed tantum in capita 290. divisa. 2) *Veterum quorundam Scriptorum* Græcorum Ethnicorum prædictiones & testimonia de Christo & Christiana religione. 3) *Symeonis Sethi Lexicon Botanicum* græco-barbarum. 4) *Ej. Synopsis* de Urinis. 5) *Dioclis Caristii Epistola ad Antiochum* regem de morborum præsagiis & eorundem extemporaneis remediis. 6) *Excerpta tria de ponderibus Medicis* ex Hermete Trismegisto Paulo Ægineta & Pyropulo. 7) *Collectanea Medica Græco-Barbara* inter quæ est fragmentum Severiani Gabalorum in Syria Episcopi de nomine primi hominis Adami. 8) *S. Epiphanii Constantiæ s. Salaminis* in Cypro Insula Episcopi Liber de XII. gemmis in rationali Summi Sacerdotis, Ho-

[illegible] 2) *Miscellanea quædam medi-* [illegible] *inter quæ est Esdræ prophetæ* [illegible] *dierum infaustorum cu-* [illegible]

XXVI.

[illegible] *sextus Codex* MS. Med. Gr. est [illegible] antiquus in 4. constatque foliis [illegible] *Busbeckio* olim fuit compa- [illegible] continetur eo 1) Ex [illegible] *Libro de Urinis Synopsis.* [illegible] *Liber* de pulsu. 3) *Miscellanea* [illegible] inter quæ primum tenent lo- [illegible] Ægynetæ Excerpta de Phlebotomia [illegible] 4) *Lexicon Botanicum* ex Dio- [illegible] V. de materia medica ab Ano- [illegible] ordine Alphabetico collectum. [illegible] *translatione* græca Apo- [illegible] Cylile & Dimne f. *Ste-* [illegible] *Ichnelates* inscriptorum capita 9. [illegible] tribuuntur *Secundo Philosopho*, pa- [illegible] qui sub Imp. Hadriano floruit [illegible] Gymnosophista Indicus ob sin- [illegible] respondendo ad proposita quæsita [illegible] extemporaneam. 6) *S. Epi-* [illegible] *f. Salaminis* in Cypro Insula [illegible] Physiologus f. Excerpta ex Libris [illegible] de Animalibus cum expositione & [illegible] Theologica. 7) *Anonymi cu-* [illegible] A. C. 1192. vixit Methodus

Chro-

Chronologica inveniendi Cycli Solis, Cycli Lunæ & Cycli Indictionis cum adjunctis eo pertinentibus tabulis. 8) *Selecta Philosophorum veterum* sententiæ ordine Alphabetico. 9) Democriti, Epicteti aliorumque Veterum Sapientum Sententiæ. 10) Ex *Imp. Leonis* Philosophi Tacticis s. opere de re militari caput 20. 11) Ex *iisdem Tacticis* caput 19. 12) *Appendix præcedentis* capitis de Naumachia, continens Stratagemata quædam navalia ex Polyæni Stratagematum Libris VIII. sed verbis aliquantum diversis excerpta.

XXVII.

Vigesimus septimus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 205. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Theophili Liber* de pulsibus ex Galeno excerptus. 2) *Ej. Liber* de febrium differentia. 3) *Miscellanea medica* de compositionibus Antidotorum, Trochiscorum, Oleorum, Emplastrorum, aliorumque variorum Medicamentorum. 4) *Lexicon Botanicum* ex Dioscoridis Libris V. de materia medica ab Anonymo quodam autore ordine Alphabethico collectum. 5) *Miscellanea medica.* 6) *Hippocratis Aphorismi* in VII. Sectiones divisi. 7) *Anonymi Libellus de Medicamentis*, inter quæ est rursus Ἀλάτιον s. Embamma salsum S. Evang. Lucæ de quo vi-

de Codice 15. n. 22. 8) *Anonymi Libellus* ... 9) *Anonymi Epitome Libri Melo* ... monachi de natura structuraque hominis. ... *Galeni Libellus* de humoribus ex Hippocrate. 11) *Anonymi Erotemata* Medica. ... *Excerpta ex Galeno* de Phlebotomia f. ... missione. 13) *Pauli Æginetæ Excerpta* de *Phlebotomia* ex Galeno. 14) *Anonymi* ... quædam observationes ... & Medicæ. 15) *S. Germani Pa*... Constantinopolitani Oratio dramati... de Annunciatione B. M. V. qua Archangelus ... M. V. & S. Josephus introducuntur inter colloquentes.

XXVIII.

... *octavus Codex* MS. Med. Gr. est ... antiquus in 8. constatque foliis 102. ... eo 1) *Theophili & Stephani Athe*... Libellus de febrium differentia ex Hippocrate & Galeno. 2) *Galeni Epistola de* ... ad Teuthranem. 3) *Anonymi Syn*... *accuratissima de Urinis* translata ex Ar... Persarum. 4) *Excerpta quædam* de Phlebotomia. 5) *Dioscoridis Anazarben*... *Stephani Atheniensis* hactenus ineditum ... *Medicum Empiricum*. 6) *Hippocratis Epistolæ duæ* ad Ptolomæum. 7) *Hie*... *Sophistæ Liber de diæta* secundum 12.

 men-

menses. 8) *Ejusdem Liber de facultatibus alimentorum.*

XXIX.

Vigesimus nonus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 488. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Constantini Rhegini Proto-Secretarii* primum Roberti Guiscardi Nortmannorum, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Ducis & postea Monachi Casinensis, qui alias à patria sua Constantinus *Africanus* appellatur, *Opus Medicum de omnium ferè morborum, qui homini accidere possunt, cognitione, & curatione* inscriptum: *Viatica peregrinantis* & in Libros 7. divisum, quod is in Græcum sermonem vertit ex Syriaco, quo illud partim ab Epro filio Zaphar nepote Elgzezar partim autem ab Achmede filio Abrahami nepote Chaletis Medici primum fuit compositum. Quod licet A. 1536. Basileæ in f. prodierit, attamen latine tantum & quidem valde mutilè & imperfectè vidit lucem. Et notandum præterea *α)* Vixisse hunc Constantinum, A. 1072. non vero A. 750. ut quidam putarunt *β)* Ipsum vocari Ἀσηκρήτην s. Ἀσηκρῆτιν i. e. à Secretis vel Secretarium, atque idcirco errare Joh. Georgium Schenckium & R. P. Philippum Labbeum, qui illum appellant ASYNCRITUM & à Constan-

ſtantino *Africano* diſtinguunt. γ) Dupliciter peccare Joh. Meurſium in Gloſſario Græco-barbaro ubi in Indice Græcorum autorum hactenus nondum editorum indicat, in ipſo Gloſſ rio octies à ſe citatum eſſe *Conſtantini Aſynkiti Itinerarium*. Primo enim mutat corruptam vocem *Aſyncritus* in longe corruptiorem *Aſynkitus* & opus Medicum *Viatica peregrinantis* inſcriptum abſurde transformavit in *Itinerarium*. 2) *Fragmentum Libelli ejusdem Conſtantini Africani de urinis*. 3) *Ej. Antidotarium* ex Latina in græcam linguam translatum. 4) *Joh. filii Meſuæ* ſ. Moyſis Damaſceni Medici Arabis celeberrimi, qui ſecundum Euonymum Philiatrum ſ. Conradum Geſnerum in præfatione theſauri de remediis Secretis circa A. C. 1158. claruit, *Liber de Simplicibus Medicamentis purgantibus in 5. Sectiones* diviſus, qui tum in hoc tum in proxime ſequenti Codice 31. perperam attribuitur S. Johanni Damaſceno, ſtrenuo catholicæ fidei propugnatori & defenſori adverſus Imp. Leonem Iſaurum ejusque filium Imp. Conſtantinum Copronymum & alios hæreticos Iconoclaſtas, qui circa A. C. 750. obiit. 5) Ex *Pauli Æginetæ* Libro 7. caput 25. 6) *Anonymi* Chronologia Impp. Conſtantinopolitanorum ab Imp. Conſtantino M. usque ad Imp. Andronicum Co-

mnenum, qui A. C. 1185. d. 12. Sept. à furibunda plebe Constantinopolitana crudelissime interfectus est.

XXX.

Trigesimus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 523. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Constantini Rhegini* opus Medicum Viatica peregrinantis inscriptum, nec non ejusdem fragmentum de Urinis & Antidotarium &c. 2) *Anonymi Libellus de Medicamentorum facultatibus*. 3) *S. Epiphanii Liber de 12 gemmis* in rationali Summi Sacerdotis Hebræorum. 4) *Excerptum ex Galeni Libro* ad Patrophilum de Pleuritide. 5) *Orphei Libellus* supposititius de Gemmis, diversus à Poemate Orphei περὶ λίθων. 6) *Miscellanea quædam Medica* ex Galeno aliisque antiquis Autoribus.

XXXI.

Trigesimus primus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 407. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Excerpta quædam Medica* græco-barbara de Urinis & de pulsu ex Galeno & aliis nonnullis antiquis Autoribus, inter quod est unum, quod sapientissimi Mercurii h. e. ut

ego

[illegible] interpretor, Hermetis Trismegisti falso in-[illegible]. 2) *Constantini cognominè Africa-ni & Rhegini* Viatica peregrinantis græco-barbarè cum subjuncto Libro Joh. Mesuæ Da-masceni de medicamentis purgantibus.

XXXII.

Trigesimus secundus Codex MS. Med. Gr. chartaceus mediocriter antiquus sed [illegible] notæ in 4. constatque foliis 52. [illegible] eo *Moschionis Liber de mu-liebribus passionibus* in capita 52. divisus, *quem primus* ex Bibliotheca Augustana cum [illegible] Gesneri Scholiis & emendationibus [illegible] in lucem edidit homo ineruditissimus [illegible] Wolfius, Medicus Tigurinus, Basileæ [illegible], sed ita mendose & mutile, ut operæ [illegible] facturus omninò sit, si quis ex hoc [illegible] MS. Cæsareo integram novam editio-[illegible] græco-latinam velit adornare.

XXXIII.

Trigesimus tertius Codex MS. Med. Gr. chartaceus mediocriter antiquus in 4. [illegible] foliis 167. & ab *Augerio Bus-bequio* olim fuit comparatus Constantinopoli. [illegible] eo 1) *Pauli Nicani* Liber de co-[illegible]ne & curatione variorum morborum in [illegible] 130. divisus. 2) *Anonymi compositio-[illegible]orum medicamentorum.* 3) *Epigram-[illegible] miscellanea.*

 XXXIV.

XXXIV.

Trigesimus quartus Codex MS. Med. Gr. est antiquus partim membranaceus partim chartaceus in 4. constatque foliis 236. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Romani Cubicularii* Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ & primarii Inspectoris Imperatorii Hospitalis cognomine Myrilæi *Liber de acutis & diurnis morbis.* 2) *Galeni Liber 6. 7. & 8.* de simplicium medicamentorum facultatibus ordine Alphabetico. 3) Ex *Galeni Libro I. de Antidotis fragmentum*, quo continetur Andromachi Senioris patria Cretensis ad Imp. Neronem, cujus fuit Archiater, Carmen Elegiacum de compositione Theriacæ per admixtionem carnium viperinarum. 4) *Hippocratis Aphorismi.* 5) *Expositio Synoptica* de Urinis secundum doctrinam Persarum. 6) *Pauli Æginetæ* libri duo priores cum principio tertii.

XXXV.

Trigesimus quintus Codex MS.Med.Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 360. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Miscellanea quædam Medica.* 2) *Hesiodi Ascræi Poëma* inscriptum opera & dies, cum Manuelis Moschopuli antiquis Scholiis græcis partim in-

interlinearibus partim marginalibus. 3) *Libanii Sophistæ* Epistolæ aliquot sine inscriptionibus. 4) *Dioscoridis Anazarbensis* præfatio in Libros V. de materia Medica cum *descriptione plantarum secundum Alphabethi seriem* à recentiori quodam e Dioscoride collectam. 5) *Galeni de differentia febrium* Libri duo, quorum primus caret principio. 6) *Dioscoridis Anazarbensis* Libri 5. de materia Medica integri ita ut ipse Dioscorides eos composuit. 7) *Stephani Athenienſis scholia* in Hippocratis Aphorismos secundum Synopsin. 8) *Galeni definitiones* Medicæ. 9) *Anonymi Descriptio* variorum morborum divisa in Libros 4. 10) *Marcelli Liber* de pulsibus. Qui Marcellus a patria sua Side urbe Pamphiliæ cognominatus *Sidetes* Seculo post C. N. secundo sub Imp. M. Antonino Philosopho claruit, & versibus heroicis composuit Libros Medicos 42. quos deinceps Eutecnius Sophista in prosam Orationem paraphrasticè transtulit. 11) *Theophili & Stephani Athenienſis* Libellus de febrium differentia. 12) *Anonymi tabulæ divisionum* quæ extant in Claudii Galeni Libro de sectis & alibi.

XXXVI.

Trigesimus sextus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 14. Et continentur eo *Collectanea*

quædam Medica, & inter hæc Artaxerxis regis Epiſtola ad Pætum, cum Pæti reſponſoria ad Artaxerxem in laudem Hippocratis, aliæque hujus commatis epiſtolæ, quæ omnes extant græcè & latinè in Syntagmate Epiſtolarum Græcarum mutuarum Aureliæ Allobrogum ſ. Genevæ A. 1606. edito in f.

XXXVII.

Trigeſimus ſeptimus Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus antiquus in f. conſtatque nunc foliis 23. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur autem eo *Anonymi Ecloga miſcellanea* ex Hippocratis Galeni aliorumque Veterum Medicorum & Philoſophorum Operibus.

XXXVIII.

Trigeſimus octavus Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4. conſtatque foliis 144. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *Anonymi Jatroſophium* Græco-barbarum in capita 257. diviſum. 2) *Erotiani Lexicon* in Hippocratem ad Andromachum Imp. Neronis Archiatrum, quod primus cum Annotationibus ſuis in lucem edidit Henricus Stephanus Pariſiis A. 1564. in 8. 3) *Anonymi cujusdam* antiqui autoris Græci *variæ lectiones, emendationes & notæ* in Hippocratis Opera & in Vitam ejusdem à Sorano conſcriptam,

ptam publica luce, ut ego opinor, digniſſimæ. 4) *Anonymi Catalogus Alphabeticus* græco-barbarus medicamentorum ſimplicium. 5) *Antiquæ nonnullæ Græcæ inſcriptiones* Conſtantinopolitanæ, quæ ferè omnes extant in Georgii Douſæ Epiſtola de itinere Conſtantinop. Lugduni Bat. 1599. edita in 8.

XXXIV.

Trigeſimus nonus Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque foliis 136. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo 1) *Anonymi compoſitiones* variorum medicamentorum in capita 107. diviſæ. Item *compoſitiones* variorum emplaſtrorum & oleorum aliis 80 capitibus. 2) Ex *Pauli Æginetæ* Libro 7. caput 25. de Medicamentis ſuccedaneis. 3) *Anonymi opus* de compoſitione medicamentorum.

XL.

Quadrageſimus Codex MS. Med Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4. conſtatque foliis 145. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo 1) *Collectanea quædam Medica Græco barbara*, inter quæ etiam eſt ſuppoſititium Galeni teſtamentum. 2) *Dioſcoridis Anazarbenſis* ſuppoſititium Alphabethum Medicum Empiricum. 3) *Pauli Æginetæ Catalo-*

gus Alphabeticus Medicamentorum succedaneorum ex Galeno. 4) *Symeonis Sethi Lexicon Botanicum.* 5) *Nicephori Blemmidæ* Cantica medica de urinis & de sanguine Phlebotomiæ. 6) *Symeonis Sethi* Synopsis triplex de urinis. 7) *Anonymi Synopsis de pulsibus* in capita 32. divisa. 8) *Theophanis Synopsis Compendiaria* totius Medicæ Artis jussu Imp. Constantini Porphyrogeniti ex Oribasii potissimum scriptis collecta & in capita 292. divisa. 9) *Anonymi opus* de compositione & usu variorum Medicamentorum. 10) *Dioclis Caristii epistola* ad Antigonum regem de morborum præsagiis & eorundem extemporaneis remediis. 11) *Miscellanea quadam* medica. 12) *Anonymi* Jatrosophium Græco-barbarum. 13) *Symeonis Sethi Historia* animalium in capita 95. divisa. Quæ omnia Philotheus quidam in unum volumen redegit & sua manu descripsit A. C. 1529.

XLI.

Quadragesimus primus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque nunc foliis 119. & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus fuit Constantinopoli. Continentur eo *Miscellanea Medica* ex Galeno & aliis antiquis Autoribus collecta in usum Xenodochiorum & Nosocomiorum; Inter quæ etiam extant Aristotelis quædam pro-

problemata Phyſico-Medica & Theophili Libellus de excrementis.

XLII.

Quadrageſimus ſecundus Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus antiquus principio & fine mutilus, conſtatque nunc foliis 133. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *Pauli Nicæni* Liber de cognitione & curatione variorum morborum in capita 130. diviſus. 2) *Nicephori Blemmidæ* Cantica Medica de Urinis & de ſanguine Phlebotomiæ. 3) Ex *Hippocrate excerpta quædam* de 4. elementis & de 4. humoribus quibus conſtat homo. 4) Anonymi compoſitiones variorum Medicamentorum.

XLIII.

Quadrageſimus tertius Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus antiquus & paſſim lacerus in 4. conſtatque nunc foliis 133. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Et continetur eo Anonymi Jatroſophium Græco-Barbarum, & fragmentum Gloſſarii cujusdam antiqui Latino-Græci.

XLIV.

Quadrageſimus quartus Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque foliis 279. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit.

nuit. Continentur eo *Anonymorum quorundam Auctorum* Opuſcula Medica græco-barbara quorum primum eſt Epitome Artis Medicæ.

XLV.

Quadrageſimus quintus Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. conſtatque nunc foliis 201. Continetur eo *Claudii Æliani* Præneſtini, qui Romæ Sec. poſt C. N. 2. ſub Imp. Antonino Pio claruit, Hiſtoria animalium à Libr. 1. usque ad Libri 16. caput 36.

XLVI.

Quadrageſimus ſextus Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus antiquus in 8. conſtatque nunc foliis 168. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eò *Claudii Æliani Hiſtoria* animalium, quæ ibi incipit à L. 7. c. 8.

XLVII.

Quadrageſimus ſeptimus Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. principio & fine mutilus, conſtatque nunc foliis 156. Continetur eo 1) *Demetrii Conſtantinopolitani Orneoſophicum* ſ. opus de accipitrum educatione & cura in duos Libros diviſum. 2) *Michaelis Pſelli & Symeonis Sethi Syntagma* de Elementorum facultatibus ad Imp. Michaëlem Ducam ordine Alphabetico, quod non mediocri-

ter

ter à Lilii Gregorii Gyraldi editione Basileensi anni 1538. in 8. differt, & ad eam emendandam ac supplendam plurimum potest prodesse. 3) *Michaëlis Pselli* ad Imp. Constantinum Monomachum *Liber de Diata*. 4) *Anonymi oratio* in Annunciationem B. M. V. principio mutila.

XLVIII.

Quadragesimus octavus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in 4. sed valde mutilus, constatque nunc foliis 65. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Georgii Pisida* Diaconi & chartophylacis magnæ Ecclesiæ Constantinop. qui circa A. C. 630. sub Imp. Heraclio claruit, Hexaëmeron f. Poëma de sex dierum opificio, f. de animalibus, ut inscribitur. 2) *Michaëlis Pselli Poëmata tria* versibus politicis ad Imp. Constantinum Monomachum de dogmatibus fidei Christianæ, de Nomocanone Photii Patriarchæ Constantinop. & de 7. primis Conciliis Oecumenicis. 3) *Constantini Manassis* Synopsis Historica à creatione mundi usque ad Imp. Nicephorum Botaniatem versibus politicis.

XLIX.

Quadragesimus nonus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 217. & primum quidem ad *Joh. Alexandrum Brassicanum* pertinuit; postea autem per-

pervenit in poteſtatem *Joh. Oporini*, de quo illum emit *Joh. Sambucus*. Continentur eo *Geoponica ſ. Commentariorum de Agricultura* Libri 20. ex variis antiquis autoribus collecti & in unum Syntagma redacti, cura & ſtudio *Imp. Conſtantini* vel *quarti* ejus nominis cognomine *Pogonati*, vel *ſeptimi* cognomine *Porphyrogeniti*, quæ primus ex antiquo Codice MS. Græco Matthæi Aurogalli Bohemi *latine* in lucem edidit *Janus Cornarius* Baſileæ 1538. in 8. Græcè autem primi omnium publicarunt *Joh. Andreas Braſſicanus & Symon Grynæus* Baſileæ 1539. & quidem ex illo ipſo Codice MS. de quo in præſens agitur.

L.

Quinquageſimus Codex MS. Med. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4. conſtatque foliis 108. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *Hermetis Triſmegiſti* ſ. Mercurii Ter. maximi, qui Seculo XVI. ante C.N. quo Moyſes natus eſt floruit, *varia ſuppoſititia opuſcula Medica & Aſtrologica* ad diſcipulum ſuum Aſclepium ſ. Æſculapium, quorum primum agit de herbis Sacris duodecim ſignorum Zodiaci & ſeptem Planetarum, ſecundum de 36. decanis duodecim ſignorum Zodiaci, tertium de animalibus volatilibus, quartum de animalibus quadrupedibus ſ. terrenis, quintum de

de animalibus aquatilibus, sextum de Gemmis s. de lapidibus pretiosis, septimum de characteribus s. notis ponderum & mensurarum, octavum de Melomantia s. divinatione ex membris humani corporis, nonum de Arithmomantia s. divinatione ex numeris. 2) *S. Methodii Martyris*, Patarorum in Lycia episcopi, supposititiæ prophetiæ s. revelationes. 3) *Varia oracula s. Vaticinia Constantinopolitana*, quorum primum, quod est Gennadii Scholarii Patriarchæ Constantinopol. Expositio vaticinii cujusdam supposititii de Imperio Romano Orientali & de Imperio Turcico, quod traditur insculptum fuisse lapidi marmoreo sepulchri Imp. Constantini M.

LI.

Quadragesimus primus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 187. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Stephani Alexandrini*, qui Sec. VII. post C. N. floruit, universalis Philosophi & Magistri de *Chrysopœia* s. ut ibi legitur de Magna & Sacra auri conficiendi Arte Actiones novem, quæ & latine extant in Augustiss. Bibl. Cæsarea Anonymo quodam interprete. 2) *Pelagii Philosophi* Liber de Chrysopœia quæ itidem latine in Bibl. Cæsarea extat anonymo quodam interprete. 3) Ostanis philosophi cognomine magni

gni (qui floruit sub Xerxe rege Persarum ejusque expeditioni in Græciam anno ante initium æræ Christianæ 480. interfuit & primus scripsit de Arte Magica ut refert Plinius Hist. nat. l 30. c. 1.) ad *Petasium Epistola Chymica* supposititia, sed antiqua de compositione usu & effectu Aquæ Argenti vivi. 4) *Democriti Abderita* Physica & Mystica ad Chrysopœiam pertinentia, in quibus notabilis est præcipuè Necyomantia Democriti Magistrum suum jam mortuum consulentis. 5) *Synesii Philosophi* ad Dioscorum Serapidis Alexandrini Sacerdotem Epistola instar Scholiorum in Democriti Physica & Mystica ad Chrysopœiam pertinentia. 6) *Philosophi cujusdam Anepigraphi* s. Anonymi Liber de aqua divina dealbationis & de reliquo Chrysopœiæ artificio, in cujus cap. 9. principio habetur etiam recensiô præcipuorum veterum Scriptorum Chemicorum. 7) *Zosimi Panopolita Philosophi Alexandrini* Liber de virtute Artis Chymicæ. 8) *Agathodæmonis & Hermetis Trismegisti* fragmenta duo Chymica. 9) *Anonymi Chymici Christiani Experimenta* quædam Chymica. 10) *Anonymi Christiani* Liber Chymicus ad Sergium de aqua divina. 11) *Fragmentum Chymicum* Cleopatræ de Mensuris & ponderibus. 12) *Zosimi capita chymica* ad Theodorum. 13) *Zosimi Liber de instrumentis*

tis & Caminis chymicis. 14) *Cleopatra* Chrysopoeia tota constans Ænigmaticis characteribus. 15) *Zosimi Commentarii genuini* de instrumentis & caminis chymicis. 16) *Anonymi Christiani* varia capita chymica. 17) *Philippi cujusdam* tinctura æris persici & tinctura ferri indici, qui videtur fuisse Philippus iste, qui à Patria sua Side urbe Pamphiliæ cognominatur Sidetes, fuitque S. Joh Chrysostomi Archiepisc. Constantinopolitani Presbyter & Syncellus & Historiam scripsit Christianam in 36. libros divisam, ex qua etiam nunc supersunt Acta disputationis de Christo in Perside inter Christianos gentiles & Judæos habitæ cui ipse interfuit. 18) *Anonymi cujusdam* Auctoris capita duo chymica de aqua divina. 19) *Anonymi Autoris* Christiani Mysteria quædam chymica. 20) *Anonymi Arcana* duo chymica. 21) *Anonymi antiqui* Lexicon chymicum græcum quod & latine extat in Aug. Bibl. Cæs. Anonymo quodam interprete. 22) *Anonymi* varia Secreta chymica. 23) *Olympiodori Thebani Philosophi ethnici Alexandrini*, qui Sec. V. post C. N. sub Imp. Theodosio juniore floruit, & unus idemque fuit cum Olympiodoro Historico Thebis Ægyptiis oriundo & cum Olympiodoro Operatore & scriptore chymico, *Commentarius* secundum operationem Zosimi *in ea,*


quæ ab Hermete Trismegisto & aliis philosophis de Chrysopœia fuerunt dicta. 24) *Anonymi Syngramma* Chymicum. 25) *Pappi Philosophi Christiani* & à Pappo Alexandrino qui sub Imp. Theodosio M. floruit & Mathematicarum collectionum Libros 8. reliquit, *Secretum Chymicum.* 26) *Moysis propheta* & legislatoris Hebræorum *Secretum Chymicum* supposititium. 27) *Eugenii* cujusdam Secretum chymicum totum characteribus chymicis exaratum. 28) *Hierothei Methodus* faciendi auri oratione prosa & tota fere characteribus chymicis scripta. 29) *Heliodori Philosophi*, quem ego eundem cum Heliodoro Emeseno esse opinor, ad Imp. Theodosium M. f. Seniorem Poëma jambicum de Arte chymica versibus constans 268. 30) *Theophrasti Philosophi Christiani* Poëma Jambicum de arte chymica constans versibus 265. 31) *Hierothei Poëma* jambicum de arte chymica constans versibus 230. 32) *Archelai Philosophi Christiani* Poëma Jambicum de arte chymica constans versibus 322.

Scriptus autem est hic Codex à Cornelio Nauplienſi Peloponnesio filio Andreæ Venetiis degente A. C. 1564. Et extat præterea in eadem Bibl. Aug. Cæs. omnium characterum chymicorum accuratus index MS. cum adjuncta brevi Explicatione latina ab Autore anonymo

mo compositus, qui pleraque hujus Systematis Chymici opuscula ex Græco in latinum sermonem transtulit.

LII.

Quinquagesimus secundus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 190. Et continetur eo idem illud quod in codice proximè præcedenti extat variorum veterum Autorum *Syntagma Chymicum Græcum* manu ejusdem Cornelii Nauplienfis eodem jam memorato anno Venetiis descriptum.



PETRI LAMBECII

HAMBVRGENSIS

LIBER SEPTIMVS

DE

AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

continens

Catalogum CXLVI. Codicum MSctorum Philosophicorum Græcorum,

& quidem

I. Platonis & Platonicorum à. Num. 1. usque ad N. 23.

II. Aristotelis & Aristotelicorum à Num. 24. usque ad Num. 69.

III. Xenophontis N. 70.

IV. Epicteti N. 71.

V. Plutarchi N. 72. usque ad 75.

VI. Jamblichi N. 76.

VII. Aliorum, qui sunt

1) Ethici à N. 77. usque ad N. 89.

2) Politici Num. 90 92.

3) Physici Num 93 - 101.

4) Mathematici videlicet

a) *Geo-*

a) *Geometrici N. 102-105.*
b) *Arithmetici N. 106-108.*
c) *Mechanici N. 109-114.*
d) *Tactici N. 115. 116.*
e) *Musici N. 117-123.*
f) *Astronomici & Astrologici 124-139.*
g) *Geomantici & Oneirocritici 140-146.*

I.

PRimus Codex MSctus Philosophicus Græcus est membranaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 233. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Platonis Atheniensis*, qui Sec. IV. ante C. N. floruit, & ex Socratis discipulo Princeps evasit Academiæ veteris, *Dialogi XXII.* quibus adjectæ sunt Anonymi cujusdam Græci Scholiastæ Annotationes marginales *hactenus inedita.*

II.

Secundus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 161. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Platonis Dialogi X.* quibus passim adjunctæ sunt anonymi cujusdam Scholiastæ Annotationes græcæ marginales hactenus ineditæ.

III.

Tertius Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 217. & ab *Augerio Busbekio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Platonis Dialogi VII.* 2) *Ej. de republica* s. de justo Libri quinque priores. 3) *Gemini Rhodii* antiqui & celebris Mathematici Græci, qui Sec. I. ante C. N. L. Cornelii Syllæ Cn. Pompeji M. & M. Tullii Ciceronis temporibus claruit, *Introductio in Phænomena* s. Elementa Astronomiæ, quam R. P. Dionysius Petavius S. J. Presbyter in Uranologio s. Systemate variorum autorum, qui de Sphæra & sideribus eorumque motibus græcè commentati sunt, Parisiis Gr. & latine edidit A. 1630. in f.

IV.

Quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 311. Continentur eo 1) *Platonis Dialogi IX.* cum nonnullis Annotationibus græcis marginalibus. 2) *Aristidis Adrianensis Rhetoris clarissimi*, qui Sec. 2. post C. N. sub Imp. Marco Antonino Philosopho potissimum floruit, *Oratio contra Platonem* pro quatuor viris Pericle, Cimone, Miltiade & Themistocle, cui præfixa est Vita Aristidis à Sopatro Apamensi Sophista celeberrimo, qui jussu Imp. Constantini M. cui familiarissimus fuerat, tandem securi

curi

euri percussus est, conscripta. 3) *Aristidis* contra Platonem pro Rhetorica Orationes duæ, quæ in editione Orationum Aristidis Gvilielmi Canteri Ultrajectini A. C. 1556. Basileæ excusa ut & in editione græco-latina Pauli Stephani A. C. 1604. impressa in 8. exhibentur ceu una oratio, neque id immerito cum & Sopater Apamensis in hoc Codice iisdem unicam tantum hypothesin præfixerit.

V.

Quintus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 322. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Platonis Dialogi VIII.* 2) Ej. Libri X. *de republica.* 3) *Timæi Locri* Philosophi Pythagoræi celeberrimi, qui Seculis ante C.N. partim V. partim IV. floruit, *Liber de anima Mundi & Natura* Dialecto Dorica conscriptus. 4) *Xenophontis Atheniensis* Philosophi Oratoris & Imperatoris clarissimi, qui Socratis fuit discipulus & Seculo IV. ante C.N. præcipue floruit *Symposium s. Convivium.* 5) *Epistolæ Platonis X.* 6) *Ej. definitiones*, quarum Laërtius quidem non meminit, defendit tamen ut genuinas Isaacus Casaubonus in Annot. ad c. 3. Charact. Ethic. Theophrasti. 7) *Anonymi excerpta ex Diogenis Laërtii Libris X.* de vitis, dogmatibus & Apophtegmatibus illustrium veterum philo-

sophorum græcorum. 8) *Lysidis Pythagorei* Epistola ad Hipparchum. 9) *Dionis Prusaensis* ob eloquentiam cognominati Chrysostomi qui Sec. 2. post C. N. sub Imp. Trajano potissimum floruit *Orationes s. declamationes* rhetoricæ XVII. 10) *Anonymi Eclogarii Excerpta* ex reliquis Dionis Chrysostomi Libris. 11) *Dionis Chrysostomi oratio* de regno & Tyrannide. 12) *Ej. Oratio* inscripta *Philoctetes.*

VI.

Sextus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus antiquus & elegans in f. atque aureis literis passim exornatus constatque foliis 77. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Platonis Dialogi III.* cum subjunctis VII. Græciæ sapientum Symbolis.

VII.

Septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 247. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Platonis Phædon* s. Dialogus de anima. 2) *Procli Lycii Diadochi* Philosophi Platonici celeberrimi & Mathematici probatissimi, qui circa A. C. 500. floruit *Commentariorum* in primum Elementorum *Euclidis* Librum Libri tres priores. 3) *Libanii Sophistæ*, qui Sec. IV. post C. N. floruit, progymnasmata s. Exercitia oratoria.

VIII.

Octavus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4. conſtatque foliis 25. & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo *Platonis Phædrus* ſ. Dialogus de Pulchro.

IX.

Nonus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus in f. conſtatque foliis 156. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit Continentur eo *Platonis Libri X.* de republica, quibus usque ad finem Libri 3. in margine eſt adjuncta *verſio Latina Marſilii Ficini* Florentini, qui A. C. 1433. natus A. 1499. obiit.

X.

Decimus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 8. conſtatque foliis 191. & ad *Sebaſtianum Ericium* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Alcinoi Philoſophi* Platonici celeberrimi *Epitome Philoſophiæ* Platonicæ. 2) *Maximi Tyrii* Philoſophi Platonici celeberrimi, qui Sec 2. poſt C. N. ſub Imp. Marco Aurelio Antonino Philoſopho & L. Aurelio Antonino Commodo floruit *Diſſertationes philoſophicæ* Sex, quæ in editione Danielis Heinſii græco-latina Lugduno-Batava A. 1614. in 8. publicata ſunt 31. 32. 33. 34. 35. 36. 3) *S. Juſtini Philoſophi* Chriſtiani & Martyris, qui A. C. 161. vel 163. paſſus eſt, Ariſtotelicorum

Ii 5 quo-

quorundam dogmatum eversio, quæ in editione Iustini Morelliana p. 110 seq. extat mutila. 4) Ex *Michaelis Pselli Libro* de IV. Mathematicis Scientiis, Arithmetica, Musica, Geometria & Astronomia, Pars prima de Arithmetica.

XI.

Undecimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 266. & primum quidem ad *Marcum Mammunam* Cretensem, deinde autem ad *Georgium Comitem* Corinthium pertinuit, tandem vero pervenit in potestatem *Joh. Sambuci*, qui eum emit 18. aureis Pannonicis, factusque deinceps est unus ex iis Libris, quos à reliqua ejus Bibliotheca avulsos Seb. Tengnagelius redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continentur eo 1) *Plotini Philosophi* Platonici celeberrimi, qui Sec. 3. post C. N. floruit, *Dissertationes Philosophicæ* 54. in Sex Enneades divisæ, quas primus Græce cum latina Marsilii Ficini versione & amplissimo doctissimoque Comment. edidit Petrus Perna, typographus Basileensis, Basileæ A. 1580. in f. 2) *Ej. dissertationes duæ* Philosophicæ extraordinariæ. 3) *Hermetis Trismegisti s. Mercurii Ter-maximi λόγοι* s. Sermones philosophici XV suppositiții. 4) Asclepii s. Æsculapii Hermetis sc. Trismegisti discipuli ad Ammonem regem Sermones Philosophici tres suppositiții.

5) *Phi-*

5) *Philonis Judæi Liber suppositius de Mundo s. quod mundus* sit incorruptibilis. 6) Ex *Eusebii Pamphili opere* de præparatione Evangelica Excerpta varia. 7) *Xenophontis de memorabilibus* dictis & factis Socratis Libri 2. priores.

XII.

Duodecimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus, mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 219. & est unus ex illis *Joh. Sambuci Libris* quos à reliqua ipsius Bibliotheca avulsos *Seb. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continentur eo *Plotini Dissert. Phil.* Platon. Enneades Sex. Item ejus *Sermo de primo principio universi* s. de Uno, & *fragmentum* ex ejus Libr. 2. de Immortalitate Animæ.

XIII.

Decimus tertius Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 118. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Plotini Dissert. Philosophicarum Platonicarum Enneades*, quæ licet valde mutilæ, collatu tamen sunt dignissimæ.

XIV.

Decimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 404. & ad *Seb. Ericium* doctiss. Senato-

rem

rem Venetum olim pertinuit. Continentur eo 1) *Procli Philosophi* Platonici celeberrimi per excellentiam Διαδόχου Πλατωνικοῦ s. successoris Platonici cognominati *Libri sex de Theologia Platonica* Anonymi cujusdam Græci Scholiastæ Annotationibus Marginalibus illustrati, qui prodierunt primum Hamburgi ex Bibliotheca Gottorpiana cum versione latina Æmilii Porti A. 1618. in f. 2) *Ej. Institutio Theologiæ Platonicæ* in capita 211. divisa. 3) *Plotini* dissertationes duæ. 4) Ex *Eusebii Pamphili* opere de præparatione Evangelica Excerpta varia. 5) *Synesii Philosophi* & Rhetoris Alexandrini, qui A. C 410. sub Imp. Theodosio Juniore à Theophilo Patriarcha Alexandrino Episcopus Cyrenæus ordinatus est, 1) *DION* s. de vitæ ipsius instituto. 2) *Ægyptii* s. de providentia Libri duo. 3) *Liber* de regno ad Imp. Arcadium.

XV.

Decimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 207. atque est unus ex illis *Joh. Sambuci* Libris, quos à reliqua ipsius Bibliotheca avulsos *Seb. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continentur eo *Procli Diadochi* Platonici de *Platonica Theologia* Libri tres nempe c. 2. & 4.

XVI.

XVI.

Decimus sextus Codex MS. Ph.Gr. est chartaceus in f. scriptus manu *Andreæ Darmarii Epidauriotæ* A. C. 1565 in f. constatque foliis 207. Continetur eo *Procli Diadochi Platonici de Theologia Platonica* Liber 1. 4. & 5.

XVII.

Decimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 320. Continentur eo *Procli Diadochi Platonici* de *Theologia Platonica* Liber 1. 4. 5. & 6.

XVIII.

Decimus octavus Codex MS. Th. Gr. est chartaceus in f. scriptus a *Cornelio Nauplienfi* Peloponnesio Venetiis 1561. constatque foliis 538. & ad *Seb. Ericium* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Procli Lycii Diadochi Platonici Commentariorum* in Platonis Parmenidem f. Dialogum de ideis Libri VII hactenus, quod ego sciam, nec græcè nec latine unquam editæ, quorum primus plus quam 20. integrorum foliorum Prolegomena variis Historiæ Philosophicæ memorabilibus notitiis referta continet. 2) *Hermiæ Philosophi*, qui Procli sub Syriano fuit condiscipulus & Ammonii Pater, Scholiorum in Platonis Phædrum f. dialogum de pul-

pulchro Libri tres, hactenus, quod ego sciam, nec græcè nec latine unquam editi.

XIX.

Decimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus in f. constatque foliis 313. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo Procli Lycii Diadochi Platonici Commentaria in Platonis Timæum s. Dialogum de natura quæ A. C. 1534. Basileæ impressa esse dicuntur.

XX.

Vigesimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 249. & ad *Seb. Ericum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Scholia in Platonis Alcibiadem* primum s. Dialogum de Natura humana ex ore s. ex prælectionibus vivæ vocis *Olympiodori* Magni Philosophi Alexandrini ab anonymo aliquo ejus discipulo primum excerpta, deinde autem ab alio quodam incognito Autore ex Procli & Damascii scriptis locupletata & in formam justorum Commentariorum redacta. 2) *Scholia in Platonis Phædonem* s. Dialogum de immortalitate animæ ex ore Olympiodori excerpta. 3) *Anonymi Ecloga Scholiorum* in Platonis Philebum s. Dialogum de voluptate & de S. B. ex Olympiodori ore excerptorum. 4) *Hermiæ Philosophi Christiani irrisio* philosophorum gentilium.

XXI.

XXI.

Vigesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus in 4. constatque foliis 205. & ad *Sebastianum Ericium* olim pertinuit, qui illum integrum manu sua scripsisse testatur. Continentur eo 1) *Scholia in Platonis Georgiam* s. Dialogum de Rhetorica ex ore Olympiodori ab anonymo quodam ejus discipulo excerpta & in capita 48. quæ πράξεις vel Actiones appellantur, divisæ. 2) *Joh. Pediasimi Chartophylacis* primæ Justinianæ & totius Bulgariæ *Expositio in Theocriti Idyllium* 30. quod Fistula rustica Pari dedicata inscribitur. 3) *Constantini Harmenopuli* Nomophylacis & Judicis Thessalonicensis, qui circa A.C.1345. floruit, *Lexicon Polyonymum* Alphabeticum. 4) *Libanii Sophistæ* declamatio 36. cui subjuncta sunt Anonymi Scholia græca. 5) *Procli Lycii Diadochi* Platonici Institutionis Physicæ Libri 2. quos edidit Justus Velsius Haganus Medicus & Physicus Argentoratensis Basileæ 1545. in 8. sed inscripsit eos περὶ κινήσεως s. de motu.

XXII.

Vigesimus secundus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus in 8. & ad Bibliothecam meam privatam Hamburgo in Aug. Bibl. Cæsaream translatam olim pertinuit. Continentur eo Selecta ex Libro 1. & 3. Scholiorum Hermiæ Phi-

Philosophi in Platonis Phœdrum f. Dialogum de pulchro ab avunculo meo *Luca Holstenio* Basilicæ Vaticanæ Canonico & Bibliothecæ Vaticanæ præfecto, cum is adhuc juvenis A. C. 1622. Angliam invisit, ex Codice MS. Bibliothecæ Oxoniensis propria manu descripta.

XXIII.

Vigesimus tertius Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus pervetustus in 8 constatque foliis 53. Continetur eo *Platonis Timæus* f. Dialogus de natura vel de universitate.

XXIV.

Vigesimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 230. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit, ante quem Theodosius quidam Corinthius ejus possessor fuit. Continetur eo *Aristotelis* Stagiritæ Præceptoris Alexandri M. & Principis Philosophiæ Peripateticæ, qui Sec. IV. ante C. N. floruit, & A. 322. ante Christianam æram communem obiit, *Organon Logicum*, quo comprehenduntur L. 1. de prædicamentis. L. 1. de Interpretatione L. 2. Analyticorum priorum L. 2. Analyticorum posteriorum L. 8. Topicorum, & L. 1. de Elenchis Sophisticis.

XXV.

Vigesimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus pervetustus in f. minori constatque foliis 297. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Con-

Continetur eo 1) *Porphyrii Isagoge* s. Institutio de V. vocibus cum *Joh. Grammatici* (qui Sec. VI. post C. N. floruit) *cognomine Philoponi* Scholiis ex ore Ammonii filii Hermiæ exceptis. Edidit quidem hæc Scholia Græcè Joh. Baptista Felicianus Venetiis 1545. in 8. & latine Joh. Baptista Rasarius Venetiis 1549. in 8. sed in utraque editione tribuuntur ipsi Ammonio. 2) *Aristotelis Categoriæ* cum Anonymi Scholiis græcis marginalibus. 3) *Ej. Liber de interpretatione* cum Paraphrasi Michaelis Pselli, quam Aldus Manutius edidit Venetiis 1503. in f. 4) *Alexandri Aphrodisiensis* qui Sec. 3. post C. N. floruit, & tanquam omnium veterum Aristotelis Interpretum Græcorum optimus ac præstantissimus Ἐξηγητὴς s. Interpres solet appellari *Commentarius in Aristotelis Libr. I. Analyt. priorum.* 5) *Joh. Grammatici* cognomine Philoponi *Scholia in Analytica Aristotelis priora* excepta ex ore Ammonii filii Hermiæ quæ edidit Victor Trincavellus Venetiis 1536. in f. 6) *Themistii* cognomine Euphradæ s. Eloquentis qui sub Theodosio M. s. Seniore floruit *Paraphrasis in Aristotelis Libros 3. de Anima* in VII. Dissertationes divisa, quam edidit Victor Trincavellus Venetiis 1534. in f. græcè & Hermolaus Barbarus ibidem 1570. in f. latinè sed uterque eundem in 3. li-

 bros

bros divisit. 7) *Euclidis Elementorum Libri Sex* priores secundum editionem *Theonis Alexandrini* qui Sec. IV. post C. N. floruit, & Euclidea non solum melius digessit, sed etiam aliquot locis auxit, quibus præfixa sunt Anonymi prolegomena de origine Geometriæ apud Ægyptios, & de translatione ejus in Græciam per Thaletem Milesium ut & de sequentibus claris Mathematicis usque ad Euclidem, tum de ætate & scriptis Euclidis, nec non de aliis variis rebus mathematicis, quæ omnia ex Procli Diadochi Platonici Libr. 1. & 2. Comment. in Euclidis Element. L. 1. compendiose desumta sunt.

XXVI.

Vigesimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 149. Continetur eo 1) *Porphyrii Isagoge* in Aristotelis Organum. 2) *Aristotelis Categoriæ* & Liber de Interpretatione. 3) *Nicephori Blemmydæ*, vel secundum alios, *Gregorii Aneponymi* Compendiosum Philosophiæ Syntagma, quod prodiit sub nomine priore Basileæ 1542. in 8. Georgio Valla Placentino interprete, sub posteriore autem Græcè & latine ex Codice MS. Bibliothecæ Augustanæ Augustæ Vindel. A 1600 in 8. Johanne Wegelino Augustano obstetricante. 4) *Michaelis Pselli Liber*

qua-

quadripartitus de quatuor Mathematicis Scientiis Arithmetica, Musica, Geometria & Astronomia, quem primus Græcè & latine edidit Gvilielmus Xylander Augustanus Basileæ 1556. in 8. cum doctissimis Annotationibus. 5) *Anonymi Ecloga s. Excerpta* de anima. 6) *Excerpta quædam ex Leontii Byzantini* Lauræ S. Sabæ prope urbem Hierosolymitanam Monach. *Scholiis* ex ore Theodori Abatis & Philosophi de diversis contra S. Trinitatem hæresibus. 7) *Theodori Abucaræ* Episcopi Cariæ opuscula quædam contra hæreticos & infideles. 8) *Anonymi* Excerpta Arithmetica. 9) *Anonymi fragmenta philosophica* ad Logicam præcipue pertinentia.

XXVII.

Vigesimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 252. Continentur eo 1) *Aristotelis Categoriæ* cum Anonymi antiqui Scholiis græcis marginalibus & interlinearibus. 2) *Joh. Tzetzæ Grammatici*, qui Sec. XII. post C. N. floruit, *Expositio Isagoges Porphyrii* versibus politicis hactenus inedita. 3) *Ej. Epitome Artis Rhetoricæ* Hermogenis versibus politicis hactenus inedita. 4) *Michaelis Pselli Rhetorica* versibus politicis. 5) *Aristotelis Liber de Interpretatione* cum Paraphrasi *Michaëlis Pselli.* 6) *Ammonii filii Hermiæ Commentarius* in Aristotelis Categorias.

XXVIII.

Vigesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 25. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Anonymi Expositio Proœmii* Isagoges Porphyrii de V. vocibus. 2) *Ammonii filii Hermiæ* Expositio Isagoges Porphyrii de V. vocibus. 3) *Alexandri Aphrodisiensis Commentaria* in Aristotelis Librum de Elenchis Sophisticis, sed posteriore parte mutila, quæ prodierunt integra Venetiis A. 1520. in f.

XXIX.

Vigesimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 276. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Joh. Grammatici Alexandrini* cognomine Philoponi ex frequentationibus s. colloquiis Ammonii filii Hermiæ, *Scholicæ Annotationes* in Aristotelis Categorias, cum ejus vita, & additis Philoponi propriis Considerationibus nec non Photii Patriarchæ Constantinop. addidamentis in hunc Librum. 2) *Ammonii filii Hermiæ Commentarius in Aristotelis Librum de Interpretatione* in capita 61. divisus, cui intermixtus est *Leonis Magenteni vel Magentini* Metropolitæ Mytilenensis Expositio in eundem Aristotelis Librum.

XXX.

XXX.

Trigesimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 341. qui Joh. Sambucum olim pertinuit. Continentur eo 1) *Aristotelis Liber de Interpretatione cum Anonymi Antiqui* Scholiis marginalibus & interlinearibus. 2) *Ej.* L. I. Analyticorum priorum. 3) *Ej. Liber* Analyticorum posteriorum. 4) *Ej.* VI priores Topicorum. 5) *Ej. Analyticorum* priorum Liber 2. 6) *Joh. Philoponi* Scholia in Aristotelis Analyt. priorum Librum 2. 7) *Themistii Paraphrasis* duorum Librorum Analyt. posteriorum Aristotelis in partes divisa.

XXXI.

Trigesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis ... primo quidem pertinuit ad *Methusalem* ... S. Montis Sinai, qui illum sua ... fuit, postea autem ab *Augerio Busbe-* ... paratus est Constantinopoli. Con- ... eo 1) *Aristotelis Libri 2.* Post. Analyt. ... Anonymi Annotationibus Græcis marginalibus & interlinearibus. 2) *Themistii* ... duor. Libr. post. Analyticorum ... 3) *Joh. Philoponi in Aristotelis* ... Analyt. Post. Scholicæ Annotationes

 ex

ex colloquiis Ammonii cum quibusdam propriis considerationibus.

XXXII.

Trigesimus secundus Codex MS. Med. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 105. Continentur eo 1) *Alexandri Aphrodisiensis* Annotationes in Aristotelis Libros de Elenchis Sophisticis. 2) *Nemesii* ut vulgò creditur *Emesæ* in Phœnicia, vel ut in hoc Codice MS. traditur Cyreneæ Urbis Insulæ Cypri Episcopi, *Liber de natura hominis* in capita 38. divisus.

XXXIII.

Trigesimus tertius Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 214. & ad *Joh. Samburum* olim pertinuit. Continetur eo *Georgii Pachymerii* Protecdici magnæ Ecclesiæ & Dicœophylacis aulæ Constantinopolitanæ, qui sub Imp. Michaële Palæologo ejusque filio Andronico Seniore & pronepote Imp. Andronico Juniore floruit, & circa A. C. 1340. obiit *Expositio totius Organi Aristotelis* s. omnium Librorum ad Logicam pertinentium, quæ omnino diversa est ab ejusdem Epitome universæ Philosophiæ Aristotelis.

XXXIV.

Trigesimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque foliis 201. & ab Augerio

Bus-

Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Aristotelis Naturalis* Auscultationis s. de naturalibus principiis Libri 8. 2) *Ej. de cœlo* Libri 4. 3) *Ej. de generatione & corruptione* Libri 2. 4) *Ej. Meteorologicorum* Libri 4. 5) *Theophrasti* Eresii discipuli & successoris Aristotelis Metaphysica quæ extant græce in Friderici Sylburgii editione Græca Aristotelis Francofurtensi 1587. in 4. Tom. antepenult. p. 252. seq. 6) *Aristotelis* Metaphysicorum Libri XIV.

XXXV.

Trigesimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus elegantissimus in f. constatque foliis 150. & primum quidem ad Illustr. *Andream Matthæum* Ducem Adriæ, postea autem ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continentur eo 1) *Aristotelis Libri VIII* Physicorum. 2) *Ej. Libri duo* de generatione & corruptione. 3) *Ej. Libri tres priores* de cœlo. 4) *Ej. Libri tres* de anima. Scriptus autem est hic Codex in quadam Italiæ regione manu Papæ Romberti [illegible] ex vico Milepiniano A. C. 1496. & frontispicia singulorum Librorum, qui in illo continentur, pulcherrimis miniaturis inauratis sunt exornata.

XXXVI.

Trigesimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus antiquus, elegans & bonæ no-

 tæ

tæ in 4. aureis literis passim exornatus, constatque foliis 120. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Aristotelis Libri 8. Physicorum.*

XXXVII.

Trigesimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus elegans & bonæ notæ in f. literis aureis passim exornatus, constatque foliis 229. & primum quidem ad *Gvarinum Veronensem*, postea autem ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continentur eo 1) *Aristotelis Libri 8.* Physicorum cum præfixa Anonymi tabula divisionum physicarum & præfatione de variis philosophorum veterum Græcorum Opinionibus Physicis, nec non Scholiis antiquis Græcis & Gvarini Veronensis Annotationibus marginalibus partim græcis partim latinis. 2) *Ej. Libri tres de Anima* cum Annotationibus marginalibus Gvarini Veronensis. 3) *Ej. Libri duo de generatione & corruptione* cum annot. marginal. Guarini Veronensis. 4) *Ej. Libri quatuor* Meteorol. cum Annot. marginal. Gvarini Veronensis. 5) *Ejusdem Libri quatuor de cælo* cum Annot. marginal. Gvarini Veronensis. 6) *Ej. Liber de Memoria & reminiscentia.* 7) *Ej. Liber* de Longitudine & *brevitate vitæ.*

XXXVIII.

CODEX XXXVIII.

Trigesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus elegans & bonæ notæ in f. constatque foliis 494. & primum quidem ad Esaiam Hieromonachum & Pneumaticum [illegible], postea autem ad Joh. Sambucum pertinuit à quo 1555. Venetiis emtus est. Continentur eo 1) *Aristotelis* Libri 8. Physicorum. 2) Ej. *Libri 4. de cœlo.* 3) Ej. *Libri 2. de generatione & corruptione.* 4) Ej. *Liber de sensu & sensilibus.* 5) Ej. *Liber de memoria & reminiscentia.* 6) Ej. *Liber de insomniis.* 7) Ej. *Liber de divinatione per somnum.* 8) Ej. *Liber de animalium motione.* 9) Ej. *Liber de longitudine & brevitate vitæ.* 10) Ej. *Liber de juventute & Senectute,* vita & morte. 11) Ej. *Liber de coloribus.* 12) Ej. *Libri 4. Meteorol.* cum anonymi scholiis græcis marginalibus. 13) Ej. *Libri 4. de partibus animalium.* 14) Ej. *Libri 14.* Metaphysicorum. 15) *Manuelis Bryennii* Harmonica s. [illegible]ses Ptolomæi Libri tres cum expositione [illegible] & elegantissimis Diagrammatibus [illegible]ficis. 16) *Timæi Locri* Philosophi Pythagorici celeberrimi Liber de anima Mundi & natura.

XXXIX.

Trigesimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. con-

ſtatque foliis 137. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Libri 8. Phyſicorum Ariſtotelis*, & libri 4. ejusdem de cœlo nec non de generatione & corruptione Libri duo.

XL.

Quadrageſimus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. principio & fine mutilus, conſtatque nunc foliis 124. & ab *Augerio* Busbeckio olim fuit comparatus Conſtantinopoli. *Continetur eo Ariſtotelis Phyſicorum Liber. 1. & 8.* de ſenſu & ſenſilibus Liber unus, de partibus animalium Libri 4. & de generatione animalium Libri 4. priores.

XLI.

Quadrageſimus primus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. principio & aliis quoque nonnullis locis mutilus, conſtatque nunc foliis 7. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo Ariſtotelis Libri 8. Phyſicorum, item de partibus animalium & de generatione animalium, ſed fere omnes mutili & imperfecti.

XLII.

Quadrageſimus ſecundus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus, ſed bonæ notæ in f. conſtatque foliis 544. primum quidem pertinuit ad *Methuſalam Monachum*

S. Mon-

[illegible] Sinai, qui illum totum sua manu de[illegible], postea autem ab *Augerio Busbeckio* comparatus est Constantinopoli. Continentur in eo 1) *Georgii Pachymeris Prolegomena* in Aristotelis Libros VIII. Physicorum. 2) *Simplicii Prolegomena* in Libros eosdem. 3) *Mathusalæ [illegible]gnomine Machiris Monachi S. Montis Sinai Observationes* duæ de principiis naturalibus. 4) *Themistii paraphrasis* in Aristotelis [illegible] Analyt. Poster. 5) Ej. *paraphrasis* in Libros 8. Physicorum Aristotelis, cujus Libro [illegible] 7. & 8. adscripta etiam sunt Simplicii Scholia ad eosdem Libros. Accedunt Michaelis Pselli Argumenta & propriæ quædam considerationes in Librum 6 & 7. 6) *Mathusalæ [illegible] excerpta quædam* de fato ex Alexandri Aphrodisiensis Libro 2. de Anima, item [illegible] Trinitate ex Hermete, Platone, Aristotele & Eunomio. 7) *Themistii paraphrasis* in Aristotelis Libros 3. de anima cui adscripta sunt in margine Alexandri Aphrodisiensis Scholia Libris duobus de anima à Mathusalah excerpta una cum propriis quibusdam ejusdem Mathusalæ Annotationibus. 8) Ej. *paraphrasis in Aristotelis* Librum de memoria & reminiscentia. 9) *Aristotelis Liber* de sensu & sensilibus, item Liber de memoria, somno, [illegible], & divinatione per somnum cum *Mathusalæ* annotationibus græcis sparsim adjectis.

jectis. 10) *Mathusalæ Annotatio* Medico-physica, cur septimestres & novimestres partus vitales sint octimestres autem minime. 11) *Michaelis Pselli fragmenta* quædam de mente, anima, Platonica Psychogonia & ideis. 12) *S. Maximi confessoris*, qui alias etiam Monachus, Abbas & Martyr solet appellari, & A. C. 662. obiit, fragmenta quædam de Anima. 13) *Excerpta quædam ex S. Gregorii Episcopi* Nysseni Hexaëmero. 14) *Ex Job Metropolitæ Naupacli* Epistolâ excerptum de Aëre. 15) *Nemesii Episcopi* opuscula 3. de junctione animæ & corporis, Elementis, & quinque sensibus. 16) *Georgii Gemisti Plethonis* qui Sec. 15. post C. N. *floruit fragmentum* de fato. 17) *Michaelis Pselli fragmentum* de necessitate. 18) *Excerpta ex Georgio Pachymere* de coelo, Sole, Ecclipsi solari, diebus & noctibus & 4. anni temporibus. 19) *Nicephori Blemmydæ* fragmentum Geographicum 20) *Michaelis Pselli* Allegoriæ quarundam fabularum Poëticarum. 22) Ex *Svidæ Lexico* excerptum de motu. 23) *Anonymi Epigrammata* quædam in hortum. 24) *Theodori Prodromi* qui Sec. XII. post C. N. floruit Poëma Astronomicum versibus Politicis ad Sebastocratorissam Irenen. 25) Ex *Theodoreti Episcopi Cyrensis* Opere Therapeutices f. curationis Ethnicarum affectionum Excerpta de

Mate-

[illegible] de generatione, de natura ho- [illegible] de anima. 26) Ex *Platonis Epi-* [illegible] Dionis Syracusani propinqvos & [illegible] excerptum. 27) *Ex Suidæ Lexico* [illegible] de Physica.

XLIII.

[illegible] *tertius Codex* MS. Ph. Gr. [illegible] antiquus in 4. & ob evanescen- [illegible] multis locis vix amplius legibi- [illegible] foliis 194. Continetur eo [illegible] *Pachymeris* Expositio in Aristote- [illegible] Physicorum. 2) *Anonymi* ex- [illegible] ex variis SS. Patrum Opp. [illegible] parte ad Philosophiam naturalem.

XLIV.

[illegible] *estmus quartus Codex* MS. Ph. [illegible] mediocriter antiquus in 4. [illegible] 54. & primum quidem ad [illegible] Monachum S. Montis Sinai, qui [illegible] manu scripsit, postea autem ad Joh. [illegible] pertinuit. Continentur eo 1) [illegible] prolegomena in Aristotelis Libros [illegible] corum. 2) *Georgii Pachymeris* pro- [illegible] in eosdem libros. 3) *Themistii* [illegible] eosdem. 4) *Demosthenis O-* [illegible] 2. cum Libanii Sophistæ hy- [illegible] nto. 5) *Nicephori Blemmy-*

da

de logica quæ aliquoties græce & latine jam est edita.

XLV.

Quadragesimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 104. & primum quidem ad *R. P. Zenobium Acciajolum Florentinum* Ordinis Prædicat. postea autem ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continentur eo 1) *Alexandri Aphrodisiensis* difficilium naturalium quæstionum & solutionum Libri III. 2) Ej. difficilium moralium *quæstionum* & solutionum Liber, qui omnes prodierunt in lucem græce Venetiis A. 1536. latine autem ibidem 1555. Hieronymo Bagolino Veronensi Patre & Joh. Baptista filio interpretibus in f.

XLVI.

Quadragesimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 127. Continentur eo *Alexandri Aphrodisiensis* Commentaria in Aristotelis Libros 4. Meteorologicorum, quæ prodierunt Græce in lucem Venetiis A. 1527. f. nec non latine ibidem A. 1556. f. Joh. Baptista Camotio interprete.

XLVII.

Quadragesimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 135. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit com-

comparatus Constantinopoli. Continetur
hoc 1) *Aristotelis* Liber de Mundo ad Alexan-
drum M. 2) Procli *Diadochi Platonici Scho-
lium Astronomicum* de XII. Signis Zodiaci.
3) *Anonymi Diagramma Synopticum* de qua-
tuor Scientiis Mathematicis Arithmetica, Mu-
sica, Geometria & Astronomia. 4) *Claudii
Ptolemæi Pelusiotæ*, qui propter observationes
Astronomicas Alexandriæ factas vulgo co-
gnominatur Alexandrinus, quique Sec. 2. post
C. N. floruit, *Quadripartita compositio* s. opus
quadripartitum de Astrorum Judiciis ad Sy-
rum, sed mutilum. 5) Ex *Antiochi thesauris*
capita 44. de Astrologia Judiciaria. 6) Ex
[illegible] Astrologica doctrina capita 8. 7)
Ex *Pauli Alexandrini* Introductione in Astro-
logiam Judiciariam capita X. quam integram
ex codice Henrici Ranzovii Equitis Holsati & in Du-
catibus Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmar-
siæ Danici olim Proregis celeberrimi Bibliothe-
ca primus Græce & latine in lucem edidit An-
dreas Schato Wittenbergæ A. 1588. in 4.
8) Ex *Juliani Laodicensis Opere* de Astrologia
Judiciaria capita 19. 9) *Excerpta quædam*
ex Pauli Alexandrini Introductione in Astro-
logiam Judiciariam. 10) *Excerpta ex Clau-
dii* Ptolemæi opere quadripartito de judiciis
Astrorum. 11) *Excerpta ex Heliodori* Astro-
logica doctrina. 12) *Excerpta quædam Astro-
logica*

logica Miscellanea inter quæ est *Pythagoræ divinatio per numeros*. 13) *Heronis Junioris*, qui Sec. VII. post C. N. floruit, Introductio in Geodesiam, cui accedunt excerpta quædam miscellanea. Item observatiuncula de Inventoribus diversarum Artium & divinationes quædam superstitiosæ de vita & Morte ægroti. 14) *Antiochi prognosticon de Calendis Mensium*, quales Libri de superstitiosis Calendarum observationibus, qui à gentilibus ad Græcos recentiores longa temporum successione pervenerunt, peculiari nomine appellantur καλανδολογια. 15) *Hippocratis Prognosticon* de valetudine humana secundum series quatuor anni temporum. 16) *Salomonis regis Hebræorum* Arcana quædam superstitiosa supposititia.

XLVIII.

Quadragesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & elegans in 4. constatque foliis 308. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Aristotelis* de Anima Libri tres, de sensu & sensilibus Liber unus, de memoria & reminiscentia Liber I. de Sorano & vigilia Liber I. de Insomniis Liber I. de divinatione per somnum Liber I. de animalium motione Liber I. de longitudine & brevitate vitæ Liber I. de juventute, senectute,

ætute, vita & morte, & respiratione Liber I. & denique de coloribus Liber I.

XLIX.

Quadragesimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 193. & primum ad *Marcum Mamunam* Cretensem *& Georgium Comitem Corinthium* ex Monembasia, postea autem ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continentur eo omnes illi Libri *Aristotelis* qui in Codice proximè præcedente extant.

L.

Quinquagesimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 50. & continentur eo 1) *Aristotelis de anima* Libri 3. 2) Ej. *Liber de insecabilibus* lineis.

LI.

Quinquagesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 203. & primum quidem ad *Georgium Trapezuntium* postea autem ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continetur eo 1) *Aristotelis* Liber 1. de anima sed imperfectus. 2) *Anonymi* præparatio in Claudii Ptolomæi magnam Constructionem. 3) *Nicomachi Geraseni* Philosophi Pythagoræi Introductionis Arithmeticæ Libri 2. cum Annotationibus nonnullis Antiquis Græcis marginalibus. 4) *Claudii Ptolomei Harmonicorum s. de Musica Li-*

bri tres, quos in latinam lingvam translatos edidit Antonius Gogava Gariensis, Venetiis 1562 in 4. 5) *Anonymi Dialectica.* 6) *Anonymi Annotationes Miscellanea* ad Medicinam, Astrologiam, Magiam naturalem, aliaque curiosa Artificia pertinentes, Inter quas sunt Stephani Atheniensis Medici & philosophi remedia quædam contra dolores dentium, capitis &c. & singulare quoddam Artificium scribendi auro. 7) *Anonymi Excerpta* varia arcana ex diversis antiquis sapientissimis Medicis. 8) *Anonymi narratio* de Daniele in captivitatem Babylonicam abducto.

LII.

Quinquagesimus secundus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus, constatque foliis 139. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Simplicii Commentaria* in Aristotelis Libros 3. de Anima, quæ græcè edidit Andreas Asulanus typis Aldinis Venetiis A. 1527. f. latinè autem vertit Evangelista Lungus Asulanus atque itidem edidit Venetiis 1554. f.

LIII.

Quinquagesimus tertius Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 211. & primum quidem ad *Michaëlem Sophianum*, postea autem ad *Job. Sambucum* pertinuit, estque unus ex illis libris quos

quos à reliqua Bibliotheca avulsos Seb. Tengnagelius redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continetur eo 1) *Sophoniæ* (qui quis fuerit & quando vixerit nondum mihi satis liquet) *Paraphrasis in Aristotelis Libros 3.* de Anima in totidem Libros divisa & nondum quod sciam edita. *Georgii Gemisti Plethonis* ex Diodori Siculi Bibliothecæ Historicæ L. 2. *excerptum* de Assyriorum & Medorum regno. 3) Ej. Ex *Appiani Alexandrini* Historiarum Romanarum Libro de Bellis Syriacis *Excerptum* de Macedonicis Syriæ regibus. 4) *S. Nili ex præfecto urbis* Constantinop. Monachi & Abbatis, qui circa A. C. 440. obiit, capita VIII. de octo Spiritibus malitiæ. 5) Ej. *Liber de Christiana* philosophia. 6) Ej. *capita 153. de oratione.*

LIV.

Quinquagesimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus in 4. constatque foliis 211. & primum quidem pertinuit ad *Mathusalam Monachum* S. Montis Sinai, qui illum totum sua manu scripsit, postea autem ab *Augerio Busbeckio* est comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Aristotelis de Partibus animalium* Libri IV. cum Michaëlis Ephesii Scholiis, quæ à Petro Victorio cum Porphyrii Libris edita sunt Græce Florentiæ A. 1548. in f. latine autem Basileæ in 8. Dominico Monthe-

 sau-

ſauro Veronenſi interprete. 2) Ej. *Liber de Animalium* inceſſu cum Michaelis Epheſii Scholiis, quæ Græce edidit Franciſcus Aſulanus Venetiis 1527. f. 3) Ej. *de generatione animalium* Libri V. cum Mathuſalæ Monachi S. Montis Sinai Annotationibus nonnullis græcis ſparſim in margine adjectis.

LV.

Quinquageſimus quintus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus & elegans in 4. conſtatque foliis 40. Continetur eo *S. Epiphanii Conſtantiæ ſ. Salaminis* in Cypro Inſula Epiſcopi Phyſiologus ſ. Excerpta ex Libris Ariſtotelis Phyſiologi ſ. Exploratoris naturæ per Excellentiam dicti de natura animalium cum *expoſitione & applicatione Theologica*.

LVI.

Quinquageſimus ſextus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus in 4. conſtatque foliis 195. & ad *Job. Jovianum Pontanum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Ariſtotelis Liber de Phyſiognomia.* 2) Ej. *Libellus* de ventorum regionibus & nominibus. 3) Ej. *Liber de mirabilibus* Auſcultationibus, qui ab editionibus impresſis valde diſcrepat. 4) Ej. *Liber de Mundo* ad Alexandrum M. 5) Ej. *Liber de Spiritu.* 6) Ej. *Mechanicorum Liber.* 7) Ej. *Liber de Xenophane*, Zenone & Gorgia. 8) Ej. *Liber de inſecabilibus* lineis.

LVII.

LVII.

Quinquagesimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 148. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Aristotelis* Libri Metaphysicorum XIV.

LVIII.

Quinquagesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus in 4. constatque foliis 188. & primum quidem pertinuit ad *Methusalam Monachum* S. Montis Sinai, qui illum sua manu scripsit, postea autem ab *Augerio Busbeckio* comparatus est Constantinopoli. Continentur eo *Aristotelis Metaphysicorum Libri XIV.* cum Eclogis s. Excerptis ex Joh. Philoponi in eosdem Expositione.

LIX.

Quinquagesimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus & elegantissimus & prorsus regie in folio regali, constatque foliis 90. & primum quidem ad Illustriss. *Andream Mathæum Aquavivam Ducem Adriæ*, postea autem ad *Joh. Sambucum* pertinuit, & ab eodem *Maximiliano II.* nondum adhuc Imperatori, sed tantum regi Bohemiæ donatus est. Continentur eo *Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X.* quorum singuli in frontispiciis miniaturis mirifice exornati sunt.

LX.

Sexagesimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 47. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum* Libri V. priores.

LXI.

Sexagesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 102. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X.*

LXII.

Sexagesimus secundus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus in 4. constatque foliis 180. & ad *Seb. Ericium* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum* Libri X. cum Anonymi scholiis græcis marginalibus. 2) *Aristotelis Liber de Virtutibus* & vitiis, scriptus autem est hic Codex à quodam Ario Ferdinandi filio A. C. 1427.

LXIII.

Sexagesimus tertius Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 8. constatque foliis 304. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum* Libri X. cum anonymi Scholiis græcis marginalibus. 2) *Aristotelis Magnorum Moralium* Libri duo.

LXIV.

LXIV.

Sexagesimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus in 4. constatque foliis 205. & primum quidem pertinuit ad *Methusalam Monachum S. Montis* Sinai qui illum manu sua scripsit, postea autem ab *Augerio Busbekio* comparatus est Constantinopoli. Continetur eo 1) *Aristotelis Ethicorum & Nicomachum* Libri X. 2) Ej. Metaphysica sed imperfecta, nec non Liber 8. Physicorum. 3) *S. Jo. Damasceni oratio* de incorruptibili corpore Christi quod in S. Synaxi accipimus. 4) *Theophrasti Eresii* Liber de igne sed in principio mutilus. 5) *S. Justini Philosophi Christiani & Martyris*, qui A. C. 161. vel 163. passus est, Aristotelicorum quorundam dogmatum eversio. 6) *Aristotelis Liber de interpretatione* cum Methusalæ annotationibus marginalibus & interlinearibus.

LXV.

Sexagesimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 188. & ad *Bibliothecam Fuggerianam*, quæ A. C. 1656. Augusta Vindelicorum in Cæsaream translata est, olim pertinuit. Continetur eo *Anonymi cujusdam Antiqui Auctoris Paraphrasis in Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum* Libros X.

LXVI.

Sexagesimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus elegantissimus in 4. constatque foliis 77. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Aristotelis Liber* de virtutibus & vitiis. 2) Ej. *definitiones* virtutum & vitiorum ex Ethicis. 3) Ej. *definitiones* Politicæ. 4) *Georgii Gemisti Plethonis Liber de virtutibus*, quem *primus* græcè & latine edidit Adolphus Occo Medicus Augustanus doctiss. atque celeberrimus, una cum dicto Aristotelis libro de virtutibus & vitiis, Basileæ 1552. in 8. 5) *Alexandri Aphrodisiensis Liber* de virtutibus. 6) *Isocratis oratio ad Demonicum.* 7) *Anonymi Observatio* de Dialecto Dorica. 8) *Moschi Syracusani Idyllium* inscriptum Epitaphium Dionis bubulci Amatoris, quod à nonnullis perperam tribuitur Theocrito. 9) *Theocriti Syracusani Idyllium*, inscriptum Europa à Jove rapta, quod in hoc Codice perperam tribuitur Moscho Syracusano. 10) *Moschi Syracusani Idyllium* inscriptum Amor fugitivus. 11) Ej. *Idyllium* inscriptum Megara Uxor Herculis. 12) *Variorum Veterum Autorum* Epigrammata græca.

LXVII.

Sexagesimus Septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f.

con-

constatque foliis 284. atque unus est ex illis *Joh. Sambuci* Libris, quos a reliqua ipsius Bibliotheca avulsos Seb. Tengnagelius redemit & Aug. Bibl. Cæs. legavit. Continetur eo *Georgii Pachymeris Constantinopoli quidem oriundi*, sed Nicææ nati, Protecdici Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & dicœophylacis aulæ Constantinopolitanæ, qui circa A. C. 1340 obiit, Epitome Universæ Aristotelis Philosophiæ divisa in Libros XII. Titulos 47, & capita 238 quæ primum quidem a Philippo Bechio Philosopho Medico atque Academiæ Basileensis Professore Dialectico, ex aliis duobus Codicibus MS. & iis quidem, ut ipse testatur, valde lacunosis, mendosis atque corruptis, in latinum sermonem translata & A. 1560. Basileæ in f. latine est edita ; beneficio autem hujus MS. græcè simul & latine longe melius & accuratius denuò edi potest.

LXVIII.

Sexagesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus in 4. constatque foliis 213. & primum quidem pertinuit ad *Mathusalam Monachum* S. Montis Sinai, qui illum sua manu scripsit, deinde autem ab *Augerio Busbeckio* comparatus est Constantinopoli. Continentur eo 1) *Georgii Pachymeris fragmenta* nonnulla de cœlo. 2) *Anonymi sermo de providentia.* 3) *Marci Eugenii* Metropolitæ

Ephesini, qui Concilium Florentinum A. C. 1438. & 1439 partim Ferrariæ partim Florentiæ celebratum, acerrimè oppugnavit, *Responsio schismatica ad Latinorum assertiones de igne purgatorio* Ferrariæ 1438. habita. 4) *Ej. responsio secunda Schismatica* ad Latinorum assertiones de igne Purgatorio. 5) *Ej. alia quædam quæstiones Theologicæ.* 6) *Ej. capita Syllogistica* adversus Latinos de processione Spiritus S. 7) Ex *Gennadii Scholarii*, qui ante Monachatum Georgius Scholarius fuit appellatus, & à Gennadio Patriarcha Constantinop. qui ante Patriarchatum itidem fuit appellatus Georgius Scholarius, planè diversus est. *Opere Schismatico adversus Latinos de processione Spiritus S.* ex solo patre Eclogæ s. Excerpta Mathusalæ Monachi S. Montis Sinai. 8) Ex *Theophanis Metropolitæ Nicani* Libro IV. contra Judæos Eclogæ sive Excerpta Mathusalæ de processione Spiritus S. ex solo patre. 9) *S. Maximi Confessoris*, qui alias etiam Monachus, Abbas & Martyr solet appellari & A.C. 662. obiit, *Expositio rectorum Ecclesiæ Catholicæ dogmatum* ad Joh. Cubicularium, & contra Severum atque Eutychen. 10) Ex *Macarii Metropolitæ Ancyrani* opere Schismatico contra Latinos Eclogæ s. Excerpta Mathusalæ Monachi. 11) *Mathusalæ* Collectanea varia ex Aristotele, Demosthene &c.

LXIX.

LXIX.

Sexagesimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus in f. constatque foliis 51. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Michaelis* Apostoli Byzantini Liber de Aristotelica Substantia pro Georgio Gemisto Plethone contra Theodorum Gazam. 2) *Ej. Menexenus f. Dialogus* de Sanctissima Trinitate, nempe utrum Judæi & Turcæ rectius simpliciter unum credant Deum an Christiani Deum Trinunum. 3) *Ej. oratio consultoria* ad socerum sibi irascentem cum ad secundas transiret nuptias. 4) *Ej. Apellatio ad ultimum Imp.* Constantinop. Constantinum Palæologum, qua continetur suspectæ religionis ipsius confessio. 5) *Ej. oratio ad Magistrum suum Joh. Argyropylum* cum ipse Constantinopoli publice doceret inciperet superstite adhuc ultimo Imperat. Constantinop. Constantino Palæologo. 6) *Ej. Epistola 45.*

LXX.

Septuagesimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 290. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Xenophontis* Atheniensis Philosophi Historici & Imp. Clarissimi *Opera Philosophica varia.* 2) *Epicteti Philosophi* Stoici Enchiridion. 3) *Simplicii Commentarius* in Epi-

Epicteti Enchiridion. 4) *Anonymi Capita Astrologiæ* Judiciariæ 135.

LXXI.

Septuagesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 226. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Epicteti Enchiridion* cum Commentario Simplicii.

LXXII.

Septuagesimus secundus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus antiquissimus elegantissimus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 259. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Plutarchi* Chæronensis Philosophi & Historici celeberrimi, qui sub Imp. Domitiano cœpit inclarescere, & sub Impp. Nerva atque Trajano præcipuè floruit, *Symposiacorum* s. Convivalium disput. Libri IX.

LXXIII.

Septuagesimus tertius Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus antiquissimus in 4. sed vetustate passim mutilus, constatque nunc foliis 251. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Plutarchi Chæronensis* Opera Philosophica varia. 2) *Anonymi Eclogæ s. Excerpta ex Plutarchi Libro*, qui inscribitur Præcepta gerendæ Reipubl.

LXXIV.

Septuagesimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 487. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Plutarchi Chæronensis* opera varia.

LXXV.

Septuagesimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 173. & ad *Job Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Plutarchi Chæronensis Opera varia* & præcipue quidem Philosophica.

LXXVI.

Septuagesimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 88. Continetur eo *Jamblichi* Platonici Philosophi celeberrimi, qui Imp. Constantini M. filiorumque ejus, atque etiam Imp. Juliani Apostatæ temporibus floruit, *responsio* sub personato Abamnonis nomine ad Magistri sui Porphyrii Epistolam ad Anebonem Philosophum Ægyptium *de mysteriis Ægyptiorum*.

LXXVII.

Septuagesimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in 4. scriptus ante annos 750. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Alcinoi Epitome Philosophiæ Platonicæ*, illu-

illustrata antiquis græcis Scholiis & Schematibus f. Diagrammatibus Mathematicis, quorum Autor sine dubio est ipse ille Joh. Nicolai cognomine Mystici, qui totum hunc Codicem A. C. 925. sua manu exaravit. 2) *Anonymi* Autoris, quem ego jam memoratum Johannem esse arbitror, Præannotamenta Miscellanea in Platonem. 3) *Anonymi Autoris*, quem ego Olympiodorum philosophum Alexandrinum esse arbitror *Prolegomena generalia in universam Platonis Philosophiam in capita XI.* divisa & hactenus, quod ego sciam, nondum in lucem edita. 4) *Carmina aurea* vulgo dicta *Pythagoræ*, sed revera potius appelanda Pythagorica. 5) *Hieroclis* Philosophi Stoici Alexandrini celeberrimi, qui Sec. V. post C. N. sub Imp. Leone Thrace potissimum floruit, *Commentarius in Carmina aurea Pythagorica.* 6) *Speusippi Potonæ* Sororis Platonis filii ejusdemque discipuli & in Schola successoris *Divisio* hactenus, quod ego sciam, nondum edita. 7) *Theodori Abucaræ* Episcopi Cariæ, qui à Photio Pseudopatriarcha Constantinop. quod ipsius partes contra S. Ignatium verum PatriarchamConstantinop. sequeretur, ab Episcopatu Cariæ ad Episcopatum Laodicenum translatus est, & pro ipso ad Imp. Ludovicum II legationem obiit, postea autem resipiscens in Concilio Oecumenico VIII.

VIII. A. C. 869. & 870. contra Photium celebrato commissi delicti veniam petiit, & impetravit. Opuscula varia contra Saracenos, Judæos & Hæreticos.

LXXVIII.

Septuagesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus autiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 155. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Aurea Carmina Pythagorica* cum Hieroclis Philosophi Commentario. 2) *Anonymi Sententiæ Pythagoricæ* ordine Alphabetico. 3) *Anonymi Collectio* Apophthegmatum & sententiarum insigniorum ex Diogenis Laërtii Libris X. de Vitis illustrium Veterum Philosophorum. 4) *Georgii Gemisti Plethonis Liber* de Virtutibus. 5) *Ignatii Diaconi* tetrasticha Jambica ex fabulis Æsopicis Babriæ, vulgò perperam appellati Gabriæ. 6) *Anonymi Excerpta ex definitionibus*, quæ vulgò quidem attribuuntur *Platoni*, revera autem sunt *Speusippi*, qui fuit Potonæ sororis Platonis filius, sub cujus nomine Marsilius Ficinus eas in antiquis Codicibus MS. repertas in L. L. transtulit & edidit. 7) *Anonymi interpretatio* Partium Corporis Humani. 8) *Michaelis Pselli*, qui circa A. C. 1078. obiit, *Timotheus* s. Dialogus de Dæmonibus, quem primus cum latina Petri Morelli versione in lu-

cem

cem edidit & eruditisſimis notis illuſtravit Gilbertus Gaulminus Molinenſis Lutetiæ Pariſiorum 1615. in 8. 9) *Excerpta quædam ex S. Cyrilli* Archiepiſcopi Alexandrini, qui A. C. 444. vel 445. obiit, *Opere contra Imp. Julianum Apoſtatam.* 10) *Michaëlis Pſelli Solutiones & Expoſitiones* Dubitationum Phyſicarum 125. ſcriptæ ad Imp. Michaëlem Ducam. 11) *Porphyrii* Philoſophi Pythagorici Liber de vita Pythagoræ in principio & fine mutilus, quem primus ſub nomine Malchi græcè edidit Conradus Ritterſhuſius cum notis Altorfii 1616. in 8. poſtea latinam ejus verſionem publicavit Joh. Donatus Ferrarius Mediolani 1629. græcè autem & latine ſub Porphyrii nomine Lucas Holſtenius Romæ 1630. in 8. 12) *Anonymi* Epiſtolæ duæ fictæ. 13) *Macarii Hieromonachi* Epiſtola ad Symeonem Hieromonachum. 14) *Anonymi Excerpta* quædam Geometrica & Arithmetica.

LXXIX.

Septuageſimus nonus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus in 4. conſtatque foliis 86. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Aurea Carmina Pythagoræ* cum Commentario Hieroclis.

LXXX.

Octogeſimus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus in 8. conſtatque foliis 104. Con-

Continentur eo 1) *Collectanea Philosophica varia*, inter quæ primum tenent locum Photii Excerpta ex Hieroclis Libris 7. de providentia & fato. 2) *Gregorii Monachi Aneponymi* vel *secundum alios Nicephori Blemmydæ* Compendium Philosophiæ Syntagma. 3) *Miscellanea quædam Physica*, Arithmetica & Geometrica.

LXXXI.

Octogesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus, pervetustus in f. nongentorum circiter annorum, sed principio mutilus, constatque nunc foliis 190. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Joh. Stobæi Florilegium Sententiarum* ex præstantissimis Autoribus Græcis circiter 250. collectarum, & in Locos communes digestarum, quod idem tamen est, ut ex collatione patet, *primæ operis* editioni græcæ, quam celeberrimus Medicus ac Philosophus Victor Trincavellus A. C. 1536. Venetiis publicavit in 4. 2) *Theognidis Sententiæ Parænetica* ordine Alphabetico. 3) *Anonymi Annotatio Historica* de Nonis, Idibus, Calendis & Indictione.

LXXXII.

Octogesimus secundus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 8. constatque foliis 90. Continentur eo *Anonymi Collectio*

Miscella variorum Apophthegmatum tum Sacrorum tum profanorum.

LXXXIII.

Octogesimus tertius Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 167. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Maximi* τ8 ὁμολογητ8 f. Confessoris, qui alias etiam solet Monachus & Abbas & Martyr appellari & A. C. 662. obiit, *Loci Communes Sententiarum* ex variis Sacris & profanis Autoribus collecti & in capita 71. divisi, quod cum Antonii Monachi Anthologio sententiarum, quod Melissa f. Apes inscribitur, edidit Conradus Gesnerus Gr. & latine Tiguri 1546. f.

LXXXIV.

Octogesimus quartus Codex est chartaceus antiquus constatque foliis 230. & est unus ex illis Joh. Sambuci Libris, quos à reliqua ipsius Bibliotheca avulsos Seb. Tengnagelius redemit & Aug. Bibl. Cæs. legavit. Continentur eo Anicii Manlii Severini *Boetii*, qui A. C. 510. sub Theodorico Ostro-Gothorum in Italia Rege solus consulatum gessit, ejusdemque jussu A. 524. vel secundum alios 526 Ticini in carcere occisus est, *Libri V. de Consolatione Philosophiæ* à Maximo Planude Monacho Constantinop. in linguam græcam translati, eodem non solum Prolegomenis Græcis, rum

[illegible] etiam Annotationibus græcis marginali-
[illegible]us illustrata. Adjuncti insuper isti versioni
[illegible]cæ ibidem è regione sunt iidem Libri V. et-
[illegible] latine, cum annotationibus latinis partim
[illegible] linearibus partim marginalibus.

LXXXV.

[illegible]esimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est
[illegible]aceus antiquus in 4. constatque foliis 51.
[illegible] Sebastianum Ericium olim pertinuit.
[illegible]entur eo *Michaëlis Pselli Ecloga* va-
[illegible] Opinionum de anima.

LXXXVI.

[illegible]esimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est
[illegible] antiquus in 4. constatque foliis. 232.
[illegible] quidem ad *Joh. Scandalarium* Me-
[illegible] Cretensem, postea verò ad *Seb. Ericum*
[illegible] Continentur eo 1) *Johannis ori-*
[illegible] *cognomine* Itali, qui Sec. XI. post C.N.
[illegible] Michaële Duca ejusque fratribus An-
[illegible] & Constantino, beneficio Dialecticæ
[illegible]isticarum cavillationum adeo inclaruit,
[illegible] Michaëlis Pselli, cujus discipulus &
[illegible] fuerat, attonsionem Monasticam & ex
[illegible] Constantinop. discessum φιλοσοφίας
[illegible] διδάσκαλος καὶ ὕπατος τῶν φιλοσό-
[illegible] Philosophiæ universæ Professor &
[illegible]ceps omnium Philosophorum publice de-
[illegible] sit, *responsa ad 93. quæstiones miscella-*
[illegible] tibi cum à diversis aliis, tum præcipuè ab

Imp. Michaële Duca ejusque fratre natu majore Andronico propositas. 2) *Ej. Expositio Libri 2. 3. & 4. Topicorum Aristotelis.* 3) *Ej. Liber de Dialectica* ad Andronicum Ducam Imp. Michaelis Ducæ fratrem natu majorem. 4) *Ej. Methodus Synoptica Rhetoricæ.*

LXXXVII.

Octogesimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 264. & ad *Bibliothecam Fuggerianam* A. C. 1656. Augusta Vindelicorum in Biblioth. Cæsaream translatam olim pertinuit. Continentur eo *Theodori Metochitæ* in aula Imp. Constantinop. sub Imp. Andronico Palæologo primo f. Seniore Magni Logothetæ f. Cancellarii Viri doctissimi & relictis variis ingenii monumentis Clarissimi, qui sub Imp. Andronico Palæologo 2. f. Juniore magnam fortunæ mutationem perpessus A. C. 1332. obiit, *Capita Phil. & Historica miscellanea 120. hactenus inedita.*

LXXXVIII.

Octogesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus antiquus, elegantissimus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 194. & pertinuit olim ad *Bessarionem* Archiepiscopum Nicænum, patria Trapezuntinum, qui A. C. 1439. à Papa Eugenio IV. Florentiæ in Concilio generali Cardinalis creatus est, & A. 1472. obiit. Continetur eo 1) *Index græcus* omnium opusculorum, quæ hoc Codi-

ce

continentur. 2) *Manuelis Palæologi* antepenultimi Imp. Constantinopolitani, qui patri suo Johanni in Imperio successit A.C. 1391. & A. 1425 obiit, *capita 100 paranetica* s. commonitoria ad filium suum Joh. Palæologum cum præmissa epistola proœminali. 3) *Ej. Orationes VII. Ethico-politicæ* ad eundem filium suum Johannem. 4) *Ej. Oratiuncula parænetica* ad benevolos suos subditos. 5) *Ej. oratio glorificatoria* ad Deum cum confessione & gratiarum Actione. 6) *Ej. Dialogus cum Matre* de Nuptiis. 7) *Ej. oratio funebris* valde prolixa & tota fere historica in fratrem suum natu minorem Theodorum Despotam s. Principem Laconiæ Provinciæ Peloponnesi cum praefatione Georgii Gemisti Plethonis Protheoria & Josaphi Hieromonachi Judicio de charactere ejusdem Orationis.

LXXXIX.

Octogesimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus partim, partim membranaceus antiquus mediocriter in f. constatque nunc in universum foliis 153. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Index græcus* eorum, quæ continentur hoc Codice. 2) *Imp. Manuelis Palæologi capita 100. parænetica* ad filium suum Joh. Palæologum cum præfixa epistola proœminali. 3) *Ej. orationes VII. Ethico-politicæ* ad eundem. 4) *Ej.*

oratiuncula parænetica ad benevolos suos subditos. 5) *Ej. oratio glorificatoria* ad Deum cum confessione & gratiarum actione. 6) *Ej. Carmen catanycticum* s. compunctorium in sex præcepta Christi. 7) *Ej. Canon paracleticus* ad B. M. V. de suorum temporum calamitatibus. 8) *Ej. descriptio* imaginis Veris. 9) *Ej. Meditamentum rhetoricum* quibus verbis Temires s. Tamerlanes Persarum & Scytharum Imperator Bajazetem Turcarum Imperatorem à se victum alloqui potuerit. 10) *Ej. gratiarum actio ad Deum* instar Psalmi ob interitum Bajazetis. 11) *Anonymi Excerpta politica* de Imperatore & administratione Imperii, desumta ex Imperatorum Basilii, Constantini & Leonis Libro I. Prochiri juris s. Manualis legum.

XC.

Nonagesimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. sed à diversis diverso tempore scriptus, & sine diversitatis materiarum respectu nimium confuse coagmentatus constatque foliis 220. atque unus est ex illis *Joh. Sambuci* Libris, quos à reliqua ipsius Bibliotheca avulsos *Seb. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continetur eo 1) *Georgii Themistii Plethonis responsio* ad Georgii Scholarii, qui post Patriarchatus Constantinopolitani adeptionem Gennadius appellatus

[illegible] est pro Aristotele contra Platonem obje-
ctiones. 2) *Cardinalis Bessarionis Epistola* ad Georgium Gemistum Plethonem continens Philosophiæ Platonicæ Quæstiones quatuor. 3) *Georgii Gemisti Plethonis* ad superiorem Cardinalis Bessarionis Epistolam Epistolæ duæ responsoriæ. 4) *Ej. ad Imp. Manuelem Palæologum Epistola* de rebus Peloponnesiacis & præcipuè quidem de Isthmo, quæ diversa est ab ejusdem epistola, quam ex Bibliotheca Joh. Sambuci cum Joh. Stobæi Eclogis Physicis & Ethicis græcè & latinè edidit Gulielmus Canterus Antwerpiæ 1575. f. 5) *Cardinalis Bessarionis* ad Theodorum Gazam *& Georgii* in Creta quidem nati, sed ob paternam originem vulgò cognominati Trapezuntium *libro pro Aristotele* contra Platonem *Epistola.* 6) *Georgii Gemisti Plethonis collectio summaria* Zoroastreorum & Platonicorum dogmatum, quæ omnino diversa est ab ejusdem Plethonis Expositione Oraculorum Magicorum Zoroastris, quæ cum Sibyllinis Oraculis à Joh. Opsopæo græcè & latinè edita est Parisiis 1599. in 8. 7) *Ej. Chorographia* Thessaliæ. 8) *Theophili Protospatharii* Scholia in Hippocratis Aphorismos. 9) *Juris navalis Rhodiorum* ex Libro 14. Digestorum excerpti capita posteriora 13. 10) *Joh. cognomine Jejunatoris Patriarchæ Constanti-*

nopolitani Canones Pœnitentiales. 11) *S. Athanasii, Archiepiscopi Alexandrini, Epistola* de S. Dionysio Episcopo Alexandrino, quod idem cum Nicæna Synodo contra Arianam hæresin senserit, quodque Ariani falsò ac frustra eum calumnientur tanquam hæreseos suæ adstipulatorem. 12) *Ej. Epistola circularis* ad Episcopos Ægypti & Libyæ contra Arianos. 13) *Anonymi collectio miscella* de Theodori Mopsuestiæ in Cilicia Episcopi & Nestoris atque Eutychis hæresibus, ut & de differentia inter essentiam atque naturam & inter Substantiam atque personam. 14) *S. Anastasii Sinaitæ* Patriarchæ Antiocheni, qui A. C. 599. obiit, *definitiones Theologicæ 162.* 15) *Ej. Orationes V.* de orthodoxa fide. 16) *Ej. oratio inedita ad Antiochenos*, cum post 23. annorum exilium, in quod ab Imp. Justino juniore injustè pulsus fuerat, ad thronum Patriarchalem reverteretur, habita d. 25. Martii feria quarta Sanctæ hebdomadis, Indict. XI. Anno Imp. Mauricii XI. à die 14. Aug. anni præcedentis i. e. A. C. 593. 17) *S. Basilii M.* Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi *Homilia de fide.* 18) *S. Anastasii* Archiepiscopi Alexandrini *Confessio* de incarnatione Dei verbi. 19) *S. Basilii M. homilia* contra Sabellianos, Arianos & Anomæos. 20) *Ej. homilia* contra eos, qui nos calumniantur quod tres Deos colamus.

XCI.

XCI.

Nonagesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4 principio mutilus, constatque nunc foliis 45. & ab *Augerio Busbekio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Georgii Gemisti* Plethonis Librorum trium de legibus & optima republ. a Georgio Scholario, qui post adeptionem Patriarchatus Constantinopolitani Gennadius appellatus est publice combustorum *capita X.* residua. 2) Ej. *Collectio Summaria* Zoroastrorum & Platonicorum dogmatum. 3) *Anonymi consolatio* ad Georgium Gemistum Plethonem de supra memoratorum trium Librorum de legibus combustione per Georgium Scholarium s. Gennadium Patriarcham Constantinopolitanum.

XCII.

Nonagesimus secundus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 184. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Georgii Gemisti Plethonis Liber de Virtutibus*, quem primus Gr. & latine edidit Adolphus Occo Medicus Augustanus doctissimus Basileæ 1552. in 8. 2) *Xenophontis Liber de Lacedæmoniorum republica.* 3) *Joh. Grammatici cognomine Philoponi Scholia* in Aristotelis Analyticorum priorum Libr. I. 4) *Leonis Magenteni* vel

Magentini Metropolitæ Mitylenensis *Expositio in Aristotelis* Analyticorum priorum, Libr. 2. 5) *Libanii Sophistæ declamatio* in qua parasitus, cœna fraudatus, seipsum deflet. 6) *Anonymi Calendarium* græcum s. ratio Calendarum Græcorum. 7) *Galeni Commentariorum* Liber I. in Hippocratis Librum de diæta s. victus ratione in morbis acutis.

XCIII.

Nonagesimus tertius Codex MS. Ph. Græc. chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. sed circa finem aqua marina adeo fœdatus, ut nonnullis locis vix amplius sit legibilis, constatque foliis 214. Continetur eo *Nicephori Blemmidæ* Monachi ac philosophi doctissimi, qui circa A. C. 1272. obiit *Epitome Logica* divisa in capita 32, quam *primus* in lucem edidit Joh. Wegelinus Augustanus, Augustæ Vindelicorum 1605. in 8. sed absque versione latina.

XCIV.

Nonagesimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. et nonnullis locis aqua marina adeo fœdatus, ut vix amplius sit legibilis, constatque foliis 109. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Nicephori Blemmidæ* Logica in capita 36. divisa & ab eodem Joh. Wegelino Augustano ex Bibliotheca Augusta edita.

XCV.

XCV.

Nonagesimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 192, & ad Seb. *Tengnagelium* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Nicephori Blemmidæ Logica.* 2) *Georgii Pachymeris Proœmium* in Aristotelis Libros VIII. Physicorum. 3) *Nicephori Blemmidæ* Physica. 4) *Arsenii Monembasiæ* in Peloponneso Archiepiscopo *Synopsis Logicum*, Nicolao Rudolpho Florentino, qui ab avunculo suo Papa Leone X. A. C. 1517. Cal. Jul. Cardinalis creatus est & A. 1550. Cal. Febr. obiit, peculiari præfatione dedicatum, quo continentur Michaëlis Pselli, Nicephori Blemmidæ, & Georgii Pachymeris opuscula varia ad Logicam pertinentia, quæ omnia conjunctim impressa sunt græcè Parisiis 1540. in 8. & similiter ibidem latinè Jacobo Foscareno interprete A. 1541. 5) *Compendium Organi* Philosophiæ Syntagma, quod nonnulli perperam Nicephoro Blemmidæ, ab aliis autem rectè Gregorio cuidam Monacho anonymo tribuitur. 6) S. *Joh. Damasceni* Logica. 7) *Antiquus index* Græcus materiarum hoc Codice comprehensarum, sed imperfectus.

XCVI.

Nonagesimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 60.

&

& ad *Georgium Comitem Corinthium* olim pertinuit. Continetur eo *Nicephori Blemmidæ Logica*, cui in fine subjunctæ sunt variæ tabulæ Synopticæ græcæ similiter ad Logicam pertinentes.

XCVII.

Nonagesimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 86. Continetur eo 1) *Nicephori Blemmidæ* Logica parte posteriori mutila. 2) *Agapeti Diaconi* magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ *Liber ad Imp. Justinianum de Imperio bene administrando.* 3) *Mathæi Camariotæ*, qui Sec. 15. post C. N. floruit, *Epitome Rhetorices* ex scriptis Hermogenis de Arte oratoria, à qua prorsus diversa est Synopsis illa Rhetorices, quam sub ejusdem nomine David Hœschelius Augustæ Vindel. A. 1595. in 4. edidit.

XCVIII.

Nonagesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 8. constatque foliis 83. & continetur Logicæ *Nicephori Blemmidæ* pars aliqua.

XCIX.

Nonagesimus nonus Codex MS. Ph. Græcus chartaceus antiquus in 4. constatque foliis
Continetur eo 1) *Tractatus Dialecticus* ἀπέγραφος. 2) *Fragmenta quædam Logicæ Nicephori Blemmidæ.*

C. Cen-

C.

Centeſimus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus in 8 conſtatque foliis 24. Continentur eo *Anonymi* cujusdam Autoris *Collectanea definitionum philoſophicarum.*

C I.

Centeſimus primus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus pervetuſtus & bonæ notæ in f. ſed principio & fine mutilus, conſtatque foliis 24. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo 1) *Imp. Conſtantini Porphyrogeniti* Geoponica ſ. Commentaria de agricultura ab editionibus impreſſis non parum diverſa. 2) Ex *Fl. Joſephi* Libris VII de bello Judaico & excidio Urbis per Titum Imp. Veſpaſiani filium *fragmenta quædam.*

C II.

Centeſimus ſecundus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque foliis 26. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Michaelis Pſelli Liber quadripartitus de quatuor Mathematicis Scientiis* Arithmetica, Muſica, Geometria & Aſtronomia.

C III.

Centeſimus tertius Codex MS. Ph. Gr. eſt membranaceus antiquisſimus & optimæ notæ in f. conſtatque foliis 292. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli.

Conti-

Continentur eo 1) *Euclidis Elementorum* Geometricorum Libri XV. cum elegantissimis Diagrammatibus & anonymi cujusdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus. 2) Ej. *Optica* in theoremata 7. divisa & necessariis Diagrammatibus atque Anonymi cujusdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus illustrata, quæ edidit quidem Joh. Penna Parisiis 1604. in 4. sed tantum latinè. 3) Ej. *Phænomena* cum Diagrammatibus eo pertinentibus & Anonymi Scholiis græcis marginalibus. 4) Ej. *Lemmata varia.*

CIV.

Centesimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 15. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Procli Lycii* Philosophi Platonici celeberrimi *Commentariorum in primum Elementorum Euclidis Librum* Liber tertius.

CV.

Centesimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 80. Continetur eo 1) *Job. Pediasimi* primæ Justinianeæ & totius Bulgariæ Chartophylacis s. Custodis Sigilli Patriarchalis *Synopsis Geometrica vel potius Geodetica* de dimensione & partitione terræ, siquidem & γεομετρία & σύνοψις περὶ μετρήσεως καὶ μερισμȣ̃

[illegible] γῆς inscribitur; Adeoque à veritate [illegible] & Joh. Jacobus Frisius in Bibliotheca [illegible] aucta & Gerardus Joh. Vossius in Opere eruditissimo atque utilissimo de Sci- [illegible] Mathem. c. 54. dum sibi persvasum habuit *Geometriæ Compendium* & *Librum de Dimensione terræ* hujus Autoris esse duo diversa opuscula. 2) *Heronis Junioris*, qui A. C. [illegible] sub Imp. Heraclio floruit, *Introductio in Geodesiam*, quæ aliquantum abbreviata & interpolata extat in Codice 47. hujus Libri & utroque prorsus diversa est ab ejusdem Heronis Libro de Gæodesia ad usum rei militaris accommodata, quem Franciscus Barocius Patritius Venetus latinitate donavit, & figuris ac scholiis illustratum Venetiis 1572. latine in 4. edidit tanquam Appendicem alterius Libri ejusdem Heronis Jun. de Machinis bellicis qui [illegible] Heronis Alexandrini Belopœeticis [illegible] diversus est.

CVI.

Centesimus Sextus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 203. & ab *Augerio Busbeckio* comparatus fuit Constantinopoli. Continetur eo 1) *Nicomachi Geraseni* Philosophi Pythagorei *Introductio Arithmetica*. 2) *Euclidis elementorum Geometricorum* Libri X. priores.

CVII.

CVII.

Centesimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 69. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Joh. Philoponi Expositio* in Nicomachi Geraseni Libros duos Introductionis Geometricæ.

CVIII.

Centesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & elegans in f. constatque foliis 159. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Anonymi cujusdam Autoris Arithmetica divisa* in capita 242.

CIX.

Centesimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 33. Continetur eo 1) *Anthemii Tralliani* Mechanici celeberrimi, qui sub Imp. Justiniano I. f. M. floruit Liber *de admirabilibus Machinis* per Specula ustoria, hactenus, quod ego sciam, nondum editus. 2) *Claudii Acantheri* Medici versio latina jam memorati *Libri Anthemii* de admirabilibus Machinis, sed imperfecta, quam composuit rogatu *Jacobi Curtii* S. Cæsareæ Maj. Consiliarii intimi, & procancellarii Aulici, cui illam peculiari epistola, Pragæ sine anno ac die data, dedicavit.

CX.

CX.

Centesimus decimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 96. & primum quidem ad *Joh. Alexandrum Brassicanum*, postea autem ad *Seb. Tengnagelium* pertinuit. Continentur eo 1) *Heronis Alexandrini* qui Sec. 2. ante C. N. sub Ptolomæo Evergete 2. floruit *Spiritalium Machinarum* Libri duo cum elegantissimis figuris. 2) Ej. *Dioptrica*. 3) Ej. *Manuballistræ constructio & Symmetria*. 4) Ej. *fragmenta duo de* campestribus & Camario, Machinis bellicis ita dictis. 5) Ej. *Belopæetica* f. Telifactiva, quem Librum Græcè & latinè cum subjunctis scholiis edidit quidem Bernardus Baldus, sed ita ut editio ea beneficio hujus & aliorum Aug. Bibl. Cæs. Codicum MS. valde possit meliorari. 6) *Gemisti Plethonis Methodus Astronomica* cum subjunctis Canonibus eò pertinentibus & introductione in Genethliologiam f. Artem Astrologicam erigendi themata genethliaca. 7) Ej. *Canon Chronologicus* à Nabonassaro usque ad suam ætatem, sed imperfectus, pertingit enim tantum usque ad Michaëlem Palæologum I. qui cœpit imperare A. 1260. & A. 1282. obiit.

CXI.

Centesimus undecimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis

371. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Heronis Alexandrini* tactica cum figuris. 2) *Apollodori Poliorcetica* cum figuris Machinarum obsidionalium. 3) *Philonis Byzantii*, qui Sec. IV. ante C. N. Demetrio Phalereo fuit synchronus, Liber de fabrica turrium, murorum aliarumque munitionum, & de obsidione tum toleranda tum facienda. 4) Ex *Sexti Julii Africani magno* multiplicis argumenti & variæ eruditionis opere in novem Libros diviso, quod ob lectu jucundam diversarum materiarum contexturam, Metaphora à variegato Veneris cingulo desumta, *Cestorum* scripserat *Liber de re militari*. 5) *Imp. Constantini Porphyrogeniti* Liber tacticus, sed mutilus, terra marique pugnantium ordinationem continens, quem Joh. Meursius inter hujus Imp. Opera primus edidit, sed tantum græce & similiter imperfectè, Lugduni Bat. 1617. in 4. 6) *Heronis Junioris*, qui sub Imp. Heraclio floruit, Excerpta instructionum militarium. 7) Ej. *Excerpta de toleranda* & repellenda obsidione. 8) *Nicephori Imp. Constantinopolitani Liber de re militari* in capita 55. divisus, qui sæpissime citatur à Joh. Meursio in glossario Græco-barbaro tanquam hactenus ineditus.

CXII.

Centesimus duodecimus Codex MS. Ph. Gu.

est

chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 59. Continentur eo 1) *Heronis* [illegible] *Belopœtica* cum elegantibus figuris [illegible] 2) *Michaëlis Pselli liber de* [illegible] f. Arte conficiendi auri ad Michaëlem [illegible] Patriarcham Constantinopolitanum.

CXIII.

Centesimus decimus tertius Codex MS. Ph. [illegible] chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. [illegible] que foliis 47. Continentur eo 1) *Heronis Alexandrini* Belopœtica. 2) Ej. *Pneumatica*. 3) *Athenæi Mechanici celeberrimi*, [qui] Archimedi Syracusano fuit Synchronus, [liber] *de Machinis bellicis* ad M. Marcellum [Syracusanæ] urbis expugnatorem cum figuris, [in] principio ac fine mutilus. 4) *Bitonis Liber de Constructione* Instrumentorum Bellicorum [illegible] ariorum cum figuris. 5) *Imp.* [Leonis] *Philosophi* f. Sapientis Tactica f. Liber [de re] militari posteriore parte mutilus.

CXIV.

Centesimus decimus quartus Codex MS. Ph. [Græcus] est chartaceus antiquus & valde elegans in [4.] constatque foliis 329. & ad Bibliothecam [illegible] olim pertinuit. Continetur eo [1)] *Athenæi* Mechanici, qui Archimedi fuit [Sy]nchronus, Liber de Machinis bellicis ad M. Marcellum Syracusarum anno ante C. N. 212.

expugnatorem cum elegantiſſimis figuris co-loratis. 2) *Bitonis Liber de conſtructione in-ſtrumentorum bellicorum* & catapultarum ad Attalum primum ejus nominis Pergamen[illegible] Regem. 3) *Heronis Alexandrini Manu-ba-liſtræ conſtructio & Symmetria* cum [illegible] Appendice de Campeſtribus & Ca[illegible]nario [illegible] Ej. *Belopoëtica.* 5) *Apollodori Arch*[illegible] Poliorcetica ad Imp. Hadrianum. 6) [illegible] *lonis Byzantii Liber de fabrica,* turrium, [illegible] rorum aliarumque munitionum & de obſidio-ne tum toleranda tum facienda. 7) Ex [illegible] *Julii Africani Ceſtorum* Enneabiblo Liber de re militari. 8) *Heronis Junioris* excerpta de toleranda & [illegible]pellenda obſidione. 9) [illegible] *excerpta Inſtructionum militarium.* 10) *Imp. Leonis Philoſophi Tactica* ſ. Liber de re milita-ri. 11) *Imp. Nicephori* Liber de re militari.

CXV.

Centeſimus decimus quintus Codex MS. Ph. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus & opti-mæ notæ in 4. conſtatque foliis 249. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Con-ſtantinopoli. Continetur eo Imp. *Leonis Philo-ſophi Tactica* ſ. Liber de re militari cum antiquis Scholiis græcis marginalibus, nec dubium vi-detur, quin ipſi Imp. Leonis philoſophi ævo præſtantisſimus hic Codex exaratus ſit. Edi-dit hæc tactica primus Græce Joh. Meurſius

Lugdu-

[illegible] Bat. [illegible] in 4. cum adjuncta Joh. [illegible] e codice Anglicano versione latina, sed [illegible] est ut tota illa editio cum hoc [illegible] MS. conferatur.

CXVI.

[illegible] decimus sextus *Codex* MS. Ph. [illegible] chartaceus mediocriter antiquus in 8. [illegible] atque foliis 72. & ad *Sebastianum Eri-*[illegible] olim pertinuit. Continentur eo ex *Imp.* [illegible] *philosophi Tacticis* s. Libro de re mili[illegible] caput 17. & 18.

CXVII.

[illegible] *decimus septimus Codex* MS. [illegible] chartaceus antiquus & bonæ notæ [illegible] constatque foliis 256. & ad *Seb. Ericium* [illegible] Continentur eo 1) *Aristidis* [illegible] Libri III. de Musica ad Eusebium [illegible] amicos suos & familiares. 2) [illegible] *Chalcidensis* ex Cæle-Syria Philoso-[illegible] *Libri quatuor de Secta Pythago-*[illegible] quorum *primo* agitur de vita Pythagorica, *secundo* autem continetur Exhortatio ad Philosophiam, atque hos Joh. Arcerius Frisius A. 1598. primus græcè cum latina versione emi[illegible] in lucem, quanquam mendose satis & imperfectè; *Tertio* agitur de communi Mathema[illegible] Scientia, atque is nec græce nec latine ha[illegible] unquam est editus, *quarto* autem agi[illegible] de Nicomachi Arithmetica introductione

nopolitani Canones Pœnitentiales. 11) *S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini Epistola* de S. Dionysio Episcopo Alexandrino, quod idem cum Nicæna Synodo contra Arianam hæresin senserit, quodque Ariani falsò ac frustra eum calumnientur tanquam hæreseos suæ adstipulatorem. 12) *Ej. Epistola circularis* ad Episcopos Ægypti & Libyæ contra Arianos. 13) *Anonymi collectio miscella* de Theodori Mopsuestiæ in Cilicia Episcopi & Nestoris atque Eutychis hæresibus, ut & de differentia inter essentiam atque naturam & inter Substantiam atque personam. 14) *S. Anastasii Sinaitæ* Patriarchæ Antiocheni qui A. C. 599. obiit, *definitiones Theologicæ* 162. 15) *Ej. Orationes V.* de orthodoxa fide. 16) *Ej. oratio inedita ad Antiochenos*, cum post 33 annorum exilium, in quod ab Imp. Justino Juniore injustè pulsus fuerat, ad thronum Patriarchalem reverteretur, habita d. 25. Martii feria quarta Sanctæ hebdomadis Indict. XI. Anno Imp. Mauricii XI. à die 14. Aug. anni præcedentis i. e. A. C. 593. 17) *S. Basilii M. Homilia de fide.* 18) *S. Anastasii* Archiepiscopi Alexandrini *Confessio* de incarnatione Dei verbi. 19) *S. Basilii M. homilia* contra Sabellianos, Arianos & Anomæos. 20) *Ej. homilia* contra eos, qui nos calumniantur quod tres Deos colamus.

XCI.

XCI.

Nonagesimus primus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4 principio mutilus, conſtatque nunc foliis 45. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo 1) *Georgii Gemiſti* Plethonis Librorum trium de legibus & optima republ. à Georgio Scholario, qui poſt adeptionem Patriarchatus Conſtantinopolitani Gennadius appellatus eſt publice combuſſorum *capita X.* reſidua. 2) Ej. *Collectio Summaria* Zoroaſtrorum & Platonicorum dogmatum. 3) *Anonymi conſolatio* ad Georgium Gemiſtum Plethonem de ſupra memoratorum trium Librorum de legibus combuſtione per Georgium Scholarium ſ. Gennadium Patriarcham Conſtantinopolitanum.

XCII.

Nonageſimus ſecundus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque foliis 134. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Georgii Gemiſti Plethonis Liber de Virtutibus*, quem primus Gr. & latinè edidit Adolphus Occo Medicus Auguſtanus doctiſſimus Baſileæ 1552. in 8. 2) *Xenophontis Liber de Lacedæmoniorum republica.* 3) *Joh. Grammatici cognomine Philoponi Scholia* in Ariſtotelis Analyticorum priorum Libr. I. 4) *Leonis Magenteni* vel

Magentini Metropolitæ Mitylenensis *Expositio in Aristotelis* Analyticorum priorum Libr. 2. 5) *Libanii Sophistæ declamatio* in qua parasitus, cœna fraudatus, seipsum defert. 6) *Anonymi Calendarium* græcum s. ratio Calendarum Græcorum. 7) *Galeni Commentariorum* Liber I. in Hippocratis Librum de diæta s. victus ratione in morbis acutis.

XCIII.

Nonagesimus tertius Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. sed circa finem aqua marina adeo fœdatus, ut in nonnullis locis vix amplius sit legibilis, constatque foliis 214. Continetur eo *Nicephori Blemmidæ* Monachi ac philosophi doctissimi, qui circa A. C. 1272. obiit *Epitome Physica* divisa in capita 32, quam *primus* in lucem edidit Joh. Wegelinus Augustanus Augustæ Vindelicorum 1605. in 8. sed absque versione latina.

XCIV.

Nonagesimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. sed nonnullis locis aqua marina adeo fœdatus, ut vix amplius sit legibilis, constatque foliis [illegible] & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Nicephori Blemmidæ* Logica in capita 36. divisa & ab eodem Joh. Wegelino Augustano ex Bibliotheca Augusta edita.

XCV.

XCV.

Nonagesimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 202. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Nicephori Blemmidæ Logica.* 2) *Georgii Pachymeris Proœmium* in Aristotelis Libros VIII. Physicorum. 3) *Nicephori Blemmidæ* Physica. 4) *Arsenii Monembasiæ* in Peloponneso Archiepiscopo *Syntagma Logicum*, Nicolao Rudolpho Florentino, qui ab avunculo suo Papa Leone X. A. C. 1517. Cal. Jul. Cardinalis creatus est & A. 1550. Cal. Febr. obiit, peculiari præfatione dedicatum, quo continentur Michaëlis Pselli, Nicephori Blemmidæ, & Georgii Pachymeris opuscula varia ad Logicam pertinentia, quæ omnia conjunctim impressa sunt græcè Parisiis 1540. in 12. & similiter ibidem latinè Jacobo Foscareno interprete A. 1541. 5) *Compendiosum Organi* Philosophiæ Syntagma, quod a nonnullis perperam Nicephoro Blemmidæ, ab aliis autem rectè Gregorio cuidam Monacho anonymo tribuitur. 6) S. *Joh. Damasceni* Logica. 7) *Antiquus index* Græcus materiarum hoc Codice comprehensarum, sed imperfectus.

XCVI.

Nonagesimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 60. &

& ad *Georgium Comitem Corinthium* olim pertinuit. Continetur eo *Nicephori Blemmidæ Logica*, cui in fine subjunctæ sunt variæ tabulæ Synopticæ græcæ similiter ad Logicam pertinentes.

XCVII.

Nonagesimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 86. Continetur eo 1) *Nicephori Blemmidæ* Logica parte posteriori mutila. 2) *Agapeti Diaconi* magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ *Liber ad Imp. Justinianum de Imperio bene administrando.* 3) *Matthæi Camariotæ*, qui Sec. 15. post C. N. floruit, *Epitome Rhetorices* ex scriptis Hermogenis de Arte oratoria, à qua prorsus diversa est Synopsis illa Rhetorica, quam sub ejusdem nomine David Hæschelius Augustæ Vindel. A. 1595. in 4. edidit.

XCVIII.

Nonagesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 8. constatque foliis 83. & continetur Logicæ *Nicephori Blemmidæ* pars aliqua.

XCIX.

Nonagesimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis [illegible]. Continetur eo 1) *Tractatus Dialecticus* [illegible] *πίγραφ@.* 2) *Fragmenta quædam* Logicæ *Nicephori Blemmidæ*.

C. Con-

C.

Centesimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquissim & constatque foliis 24. Continetur eo *Anonymi* cujusdam Autoris *Collectio definitionum philosophicarum.*

C I.

Centesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus pervetustus & bonæ notæ in f. sed principio & fine mutilus, constatque foliis 24. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Imp. Constantini Porphyrogeniti* Geoponica s. Commentaria de agricultura ab editionibus impressis non parum diversa. 2) Ex *Fl. Josephi* Libris VII. de bello Judaico & excidio urbis per Titum Imp. Vespasiani filium *fragmenta quædam.*

C II.

Centesimus secundus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 26. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Michaëlis Pselli Liber quadripartitus de quatuor Mathematicis Scientiis* Arithmetica, Musica, Geometria & Astronomia.

C III.

Centesimus tertius Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus antiquissimus & optimæ notæ constatque foliis 292. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli.

Conti-

Continentur eo 1) *Euclidis Elementorum* Geometricorum Libri XV. cum elegantissimis Diagrammatibus & anonymi cujusdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus. 2) Ej. *Optica* in theoremata 7. divisa & necessariis Diagrammatibus atque Anonymi cujusdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus illustrata, quæ edidit quidem Joh. Pena Parisiis 1604. in 4. sed tantum latine. 3) Ej. *Phænomena* cum Diagrammatibus eo pertinentibus & Anonymi Scholiis græcis marginalibus. 4) Ej. *Lemmata varia.*

CIV.

Centesimus quartus Codex MS. Ph. Græc. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 15. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Procli Lycii* Philosophi Platonici celeberrimi *Commentariorum in primum Elementorum Euclidis Librum* Liber tertius.

CV.

Centesimus quintus Codex MS. Ph. Græc. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 80. Continetur eo 1) *Joh. Pediasimi* primæ Justinianeæ & totius Bulgariæ Chartophylacis s. Custodis Sigilli Patriarchalis *Synopsis Geometrica vel potius Geodætica* de dimensione & partitione terræ, siquidem &c. γεομετρία & σύνοψις περὶ μετρήσεως κ, μερισ-

γιο μ8

μετρίας γῆς inscribitur; Adeoque à veritate abest & Joh. Jacobus Frisius in Bibliotheca Gesneriana à se aucta & Gerardus Joh. Vossius in Opere eruditissimo atque utilissimo de Scientiis Mathem. c. 54. dum sibi persvasum habent *Geometriæ Compendium* & *Librum de dimensione terræ* hujus Autoris esse duo diversa opuscula. 2) *Heronis Junioris*, qui A. C. 625. sub Imp. Heraclio floruit, *Introductio in Geodesiam*, quæ aliquantum abbreviata & interpolata extat in Codice 47. hujus Libri & utroque prorsus diversa est ab ejusdem Heronis Libro de Gæodesia ad usum rei militaris accommodata, quem Franciscus Barocius Patritius Venetus latinitate donavit, & figuris ac scholiis illustratum Venetiis 1572. latine in 4. edidit tanquam Appendicem alterius Libri ejusdem Heronis Jun. de Machinis bellicis qui & ab antiquiori Heronis Alexandrini Belopæeticis [illegible] diversus est.

CVI.

Centesimus Sextus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 203. & ab *Augerio Busbeckio* comparatus fuit Constantinopoli. Continentur eo 1) *Nicomachi Geraseni* Philosophi Pythagorei *Introductio Arithmetica.* 2) *Euclidis elementorum Geometricorum* Libri X. priores.

CVII.

CVII.

Centesimus septimus Codex MS. Ph. Græc. chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 69. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Joh. Philoponi Expositio* in Nicomachi Geraseni Libros duos Introductionis Geometricæ.

CVIII.

Centesimus octavus Codex MS. Ph. Græc. chartaceus antiquus & elegans in f. constatque foliis 159. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Anonymi cujusdam Autoris Aritmetica* divisa in capita 242.

CIX.

Centesimus nonus Codex MS. Ph. Græc. chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 33. Continetur eo *Anthemii Tralliani* Mechanici celeberrimi, qui sub Justiniano I. f. M. floruit Liber, *de admirabilibus Machinis* per Specula ustoria, hactenus quod ego sciam, nondum editus. *Claudii Acantheri* Medici versio latina jam memorati *Libri Anthemii de admirabilibus Machinis*, sed imperfecta, quam composuit rogatu *Jacobi Curtii* S. Cæsareæ Maj. Consiliarii intimi & procancellarii Aulici, cui illam peculiari epistola, Pragæ sine anno ac die data, dedicat.

CX.

CX.

Centesimus decimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 96. & primum quidem ad *Joh. Alexandrum Brassicanum*, postea autem ad *Seb. Tengnagelium* pertinuit. Continentur 1) *Heronis Alexandrini* qui Sec. 2. ante C. N. sub Ptolomæo Evergete 2. floruit *Spiritalium Machinarum* Libri duo cum elegantissimis figuris. 2) Ej. *Dioptrica.* 3) Ej. *Manubalistræ constructio & Symmetria.* 4) Ej. *Fragmenta duo de* campestribus & Camario, machinis bellicis ita dictis. 5) Ej. *Belopæcica* s. Telefactiva, quem Librum Græcè & latinè cum subjunctis scholiis edidit quidem Bernardinus Baldus, sed ita ut editio ea beneficio hujus Codicis horum Aug. Bibl. Cæs. Codicum MS. valde possit meliorari. 6) *Gemisti Plethonis Methodus Astronomica* cum subjunctis Canonibus eo pertinentibus & introductione in Genethliologiam s. Artem Astrologicam erigendi themata genethliaca. 7) Ej. *Canon Chronologicus* à Nabonassaro usque ad suam ætatem, sed imperfectus, pertingit enim tantum usque ad Michaëlem Palæologum I. qui cœpit imperare A. 1260. & A. 1282. obiit.

CXI.

Centesimus undecimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis

371. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Heronis Alexandrini* (?) Σtiva cum figuris. 2) *Apollodori Poliorcet.* cum figuris Machinarum obsidionalium. 3) *Philonis Byzantii*, qui Sec. IV. ante C. N. Demetrio Phalereo fuit synchronus, Liber de fabricatione ... rium, murorum aliarumque munitionum, ... de obsidione tum toleranda tum facienda. 4) Ex *Sexti Julii Africani magno* multiplicis argumenti & variæ eruditionis opere in novem Libros diviso, quod ob lectu jucundam diversarum materiarum contextu iam, Metaphora a variegato Veneris cingulo desumta, *Cestos* inscripserat *Liber de re militari*, 5) *Imp. Constantini Porphyrogeniti* Liber tacticus, sed mutilus, terra marique pugnantium ordinationem continens, quem Joh. Meursius inter hujus Imp. Opera primus edidit, sed tantum græce & similiter imperfecte, Lugduni Bat. 1617. ... 6) *Heronis Junioris*, qui sub Imp. Heraclio floruit, Excerpta instructionum militarium. 7) Ej. *Excerpta de toleranda* & repellenda obsidione. 8) *Nicephori Imp. Constantinopolitani Liber de re militari* in capita 55. divisus, qui sæpissime citatur à Joh. Meursio in glossario Græco - barbaro tanquam hactenus ineditus.

CXII.

Centesimus duodecimus Codex MS. Ph. Gr. ...

est

est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 56. Continentur eo 1) *Heronis Alexandrini* Belopœetica cum elegantibus figuris coloratis. 2) *Michaëlis Pselli liber de Chrysopœia* f. Arte conficiendi auri ad Michaëlem Cerularium Patriarcham Constantinopolitanum.

CXIII.

Centesimus decimus tertius Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 47. Continentur eo 1) *Heronis Alexandrini* Belopœetica. 2) Ej. *Pneumatica*. 3) *Athenæi Mechanici celeberrimi*, qui Archimedi Syracusano fuit Synchronus, liber *de Machinis bellicis* ad M. Marcellum Syracusanæ urbis expugnatorem cum figuris, sed principio ac fine mutilus. 4) *Bitonis Liber de constructione* Instrumentorum Bellicorum & catapultariorum cum figuris. 5) *Imp. Leonis Philosophi* f. Sapientis Tactica f. Liber de re militari posteriore parte mutilus.

CXIV.

Centesimus decimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & valde elegans in f. constatque foliis 329. & ad Bibliothecam *Fuggerianam* olim pertinuit. Continetur eo 1) Athenæi Mechanici, qui Archimedi fuit Synchronus, Liber de Machinis, bellicis ad M. Marcellum Syracusarum anno ante C. N. 212.

expugnatorem cum elegantissimis figuris coloratis. 2) *Bitonis Liber de constructione instrumentorum bellicorum* & catapultariorum ad Attalum primum ejus nominis Pergamenum Regem. 3) *Heronis Alexandrini Manubalistræ constructio & Symmetria* cum ejusdem Appendice de Campestribus & Camariorum Ej. *Belopœetica.* 5) *Apollodori Architecti* Poliorcetica ad Imp. Hadrianum. 6) *Philonis Byzantii Liber de fabrica*, turrium, tympanorum aliarumque munitionum & de obsidione tum toleranda tum facienda. 7) Ex *Sexti Julii Africani Cestorum* Enneabiblo Liber de re militari. 8) *Heronis Junioris* excerpta de toleranda & [illegible]pellenda obsidione. 9) *Ej. excerpta Instructionum militarium.* 10) *Imp. Leonis Philosophi Tactica* s. Liber de re militari. 11) *Imp. Nicephori* Liber de re militari.

CXV.

Centesimus decimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 249. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo Imp. *Leonis Philosophi Tactica* s. Liber de re militari cum antiquis Scholiis græcis marginalibus, nec dubium videtur, quin ipsi Imp. Leonis philosophi ævo præstantissimus hic Codex exaratus sit. Edidit hæc tactica primus Græce Joh. Meursius

Lugdu-

[illegible] Bat. 1612. in 4. cum adjuncta Joh. Checi e codice Anglicano versione latina, sed [illegible] est ut tota illa editio cum hoc Codice MS. conferatur.

CXVI.

Centesimus decimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 8. constatque foliis 72. & ad *Sebastianum Ericium* olim pertinuit. Continentur eo ex *Imp. Leonis philosophi Tacticis* s. Libro de re militari caput 17. & 18.

CXVII.

Centesimus decimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 256. & ad *Seb. Ericium* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Aristidis Quintiliani* Libri III de Musica ad Eusebium & Florentium amicos suos & familiares. 2) *Jamblichi Chalcidensis* ex Cœle-Syria Philosophi Platonici *Libri quatuor de Secta Pythagorica*, quorum *primo* agitur de vita Pythagorica, *secundo* autem continetur Exhortatio ad Philosophiam, atque hos Joh. Arcerius Frisius A. 1598. primus græce cum latina versione emisit in lucem, quanquam mendose satis & imperfecte; *Tertio* agitur de communi Mathematica Scientia, atque is nec græce nec latine hactenus unquam est editus, *quarto* autem agitur de Nicomachi Arithmetica introductione

atque eundem primus græcè cum versione latina publicavit Samuel Tennulius Daventriæ 1668. in 4. 3) *Aristotelis Liber* de insecabilibus lineis.

CXVIII.

Centesimus decimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 176. Continetur eo *Porphyrii expositio* in *Harmonicorum Ptolomæi* Librum 1. & 2.

CXIX.

Centesimus decimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 109. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Porphyrii Expositio* in Harmonica Ptolomæi. 2) *Plutarchi Liber de Musica.*

CXX.

Centesimus vigesimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 459. & ad *Bibliothecam Fuggerianam* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Samuelis Bryennii* Harmonicorum Libri 3. 2) *Porphyrii Expositio* in Harmonicorum Ptolomæi Librum 1. & 2.

CXXI.

Centesimus vigesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. Continetur eo 1) *Nicolai Gerasen. Philosophi*

[illegible] Pythagorei *Enchiridion* Harmonices in [illegible] Libros [illegible]. 2) *Gaudentii Philo-[illegible] [illegible]* Harmonica. 3) *Antolyci*, [illegible] Aristoteli Stagiritæ Sec. IV. ante C. N. fuit [illegible], Liber de Sphæra quæ movetur, [illegible] Franciscus Maurolycus Sicu-[illegible] Abbas Messanensis Messanæ A. 1558. in f. [illegible] Auria Neapolitanus Romæ 1587. [illegible] sed [illegible] tantum latine.

CXXII.

[illegible] *vigesimus secundus Codex* MS. [illegible] est chartaceus antiquus in 4. constat-[illegible] foliis [illegible]. Continetur eo *Magistri Jo-[illegible]* Ars Psaltica cum variis Can-[illegible] exemplis & adjunctis notis antiquis [illegible]sicis.

CXXIII.

[illegible] *vigesimus tertius Codex* MS. [illegible] Gr. est chartaceus antiquus in 8 constat-que foliis [illegible]4. & ab *Augerio Busbeckio* olim [illegible] comparatus Constantinopoli. Contine-tur eo eadem *M. Joh. Cucuzelæ* Ars Psaltica cum variis Canticorum exemplis & adjunctis antiquis notis Musicis.

CXXIV.

Centesimus vigesimus quartus Codex MS. [illegible] Gr. est chartaceus antiquus in 4. constat-que foliis 82. & ad *Joh. Sambucum* olim perti-[illegible]. Continetur eo *Cleomedis*, qui sub Imp.

Theodosio Juniore circa A. C. 427. clarui ... creditur *Sphæra* f. Circularis Mercéorum inspectio in duos Libros divisa.

CXXV.

Centesimus vigesimus quintus Codex ... Ph. gr. est chartaceus antiquus & elegans ... constatque nunc foliis 221. & est unus ex ... Joh. Sambuci Libris, quos à reliqua ejus Bibliotheca avulsos *Seb. Tengnagelius* redemit ... Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continentur ... 1) ex *Procli Lycii Diadochi Platonici* Hypotyposi Astronomicarum Hypothesium capita 2. 2) *Michaëlis Pselli Libellus* admirabilium Lectionum Medico-Physicarum ineditus. 3) Ej. ad *Patriarcham Constantinopolitanum* Michaëlem Cerularium Libellus de *Omoplatomantia* f. de divinatione ex ossibus humerariis mactatarum ovium vel agnorum, & de *Oeuoscopia* f. divinatione ex avibus quæ proprie appellatur Auspicium quasi Avispicium. 4) Ej. *ad eundem Patriarcham Libellus de lapidum potentia f. virtutibus.* 5) *Nicephori Blemmydæ oratio* de regno f. Imperio in clariorem stylum translata à Georgio Galesiota Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diacono & Georgio Oenæota. 6) Ex *Photii Patriarchæ* Constantinopol. Bibliotheca Librorum à se lectorum Excerpta Historiæ Memnonis de rebus Heracleæ Ponticæ. 7) Ex *eadem*

Bibliotheca Photiana excerptum ex Diodori Siculi Hist. L. 32. de prodigiosa mutatione cujusdam fœminæ in virum quæ mortem Alexandri M. præcessit. 8) *Nicetæ Choniatæ Fragmentum Historicum.* 9) *Theonis Alexandrini,* qui sub Imp. Theodosio M. s. Seniore Sec. IV. post C. N. floruit, *Expositio in Claudii Ptolomæi* Alexandrini Canones Astronomicos expeditos, quibus adjecta est Appendix Astronomicæ alterius cujusdam recentioris autoris, qui, ut ipse in fine indicat, A. C. 1344. floruit. 10) *Claudii Ptolomæi Explanatio,* Ordinatio & Methodus usualis Canonum Astronomicorum Expeditorum. 11) *Hipparchi Bithyni,* patria Nycæni, qui Seculo II. ante N. C. floruit, & ob commorationem in Insula Rhodo à Cl. Ptolomæo appellatur Rhodius, *expositionum in Arati & Eudoxi Phænomena Libri tres,* quos primus ex Bibliotheca Medicea græcè edidit Petrus Victorius Florentiæ 1567. f. multis autem locis eosdem emendavit & ex Codice MS. Bibl. regiæ Parisiensis græcæ & latinæ edidit R. P. Dionysius Petavius S. I. in Uranologio Lutetiæ Paris. 1630. f. 12) Ex *Claudii Ptolomæi* Alexandrini magnæ Constructionis Libro VII. & VIII. *Expositio Canonica* Asterismorum Hemisphærii Septentrionalis & Meridionalis. 13) *Eutecnii Sophistæ* in Oppiani Cynegetica s. Poëma de Vena-

tione in Libros 4. divisum *Paraphrasis Persaica* hactenus *inedita*.

CXXVI.

Centesimus Vigesimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 165. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Claudii Ptolomæi Liber de hypothesibus errantium* 2) *Procli Lycii Diadochi Platonici Hypotyposis Astronomicarum hypothesium* inedita. 3) *Isaaci Monachi cognomine Argyri*, qui Sec. XIV. post C. N. claruit, *tractatus Astronomicus* hactenus ineditus. 4) *Theonis Alexandrini* in Manuales s. Expeditos Canones Astronomicos expositio, cum antiquis Scholiis græcis marginalibus, & cum amplissima Appendice, evetias Canones Astronomicos continente, quisdem antiquis Scholiis Græcis marginalibus illustrati sunt.

CXXVII.

Centesimus vigesimus septimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 8. constatque foliis 48. Continentur eo 1) *Arati Solensis Phænomena & Diosemeja* cum Anonymi Scholiis græcis, quæ à Theonis Alexandrini Commentario diversa sunt. 2) *Anonymi Collectio miscella variarum sententiarum Ethico-politicarum* ex diversis antiquis græcis Scriptoribus.

CXXVIII.

Centesimus vigesimus octavus Codex MS. hist. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 256 & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Arati Solensis* (Soli autem est urbs Ciliciæ) *Phænomena & Diosemeia* s. Poëma Bipartitum de Siderum natura & motu & de tempestatum præsignificationibus cum Theonis Alexandrini Commentario prout illud à Joh. Valdero s. Waldero Basileæ 1536. in 4. est editum. 2) *Joh. Diaconi* cognomine Pediasimi Principis Philosophorum in Hesiodi *Poëma*, cujus titulus Scutum Herculis, *Scholia paraphrastica*, quæ extant quidem in Syntagmate Poëmatum Hesiodi cum variorum Scholiis Græcis a Dan. Heinsio Lugduni Batav. 1603. in 4. edito, sed ita ut beneficio hujus Codicis emendari possint atque suppleri. 3) *Anonymi Expositio* in Hesiodi Scutum Herculis. 4) *Scholia antiqua Græca in Hesiodi Theogoniam*, quæ extant in dicta Hesiodi editione Heinsiana. 5) *Joh. Diaconi* cognomine τοῦ γαλήνου s. tranquilli, qui alias etiam fuit cognominatus Pediasimus, *Allegoria Anagogica* in quatuor Libri quarti Iliados Homeri primos versus. 6) *Ej. Triplex modus Allegoriæ fabularum Poëticarum* nempe Physicus, Ethicus, & Theologicus cum adjunctis Exemplis. 7) *Michaelis Pselli allegoria*

goriæ variarum fabularum Poeticarum. 8) *Scholia antiqua in Hesiodi Theogoniam*, inter quæ etiam nonulla Demetrii Triclinii sunt. 9) *Joh. Diaconi* cognomine tranquilli & Pediasimi s. Æquanimi *Allegoriæ in Hesiodi Theogoniam* quæ extant in supra dicta Hesiodi editione Heinsiana. 10) *Joh. Protospatharii Expositio Physica in Hesiodi Poëma inscriptum ἡμέρας s. Dies.* 11) *Manuelis Moschopuli Expositio in Hesiodi ἡμέρας*, quæ cum præcedente extat in editione Hesiodi Heinsiana. 12) *Anonymi Historica annotatio de Vita & Obitu Arsenii* Monembasiæ in Peloponneso Metropolitæ s. Archi-Episcopi, qui orthodoxam religionem Catholicam contra græcos Schismaticos strenue defendit, ideoque a S. Sede Apostolica ope Venetorum, ad quos Monembasia tunc pertinebat, ad eam dignitatem promoveri meruit, contra autem eandem, ob causam à Pachomio XVII. Urbis Constantin. per Turcas expugnationem Patriarcha Constantin. injustissime excommunicatus est.

CXXIX.

Centesimus vigesimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 307. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Anonymi Schema Sphæricum* totius Mundi visibilis. 2) *Anonymi observatio exemplo*

Item de Nubibus, aqua & Oceano. 3) *Anonymi opuscula quædam Chronologica* de Paschate. 4) *Michaelis Pselli opus Chronologicum* de Motu temporis, cyclorum Solis & Lunæ, Eclipsibus, & inventione Paschatos per interrogationes & responsiones. 5) *Anonymi* [illegible] *Medico physicus* de homine & corporis humani partibus atque Accidentiis per interrogationes & responsiones. 6) *Anonymi Annotamentum de re Nummaria & de Mensuris.* 7) *Nonni Panopolitæ narratio historica de morte Homeri* à S. Gregorio Nazianzeno in scriptis suis memorata. 8) *Anonymi collectio physica miscella* de terræ motu, nubibus, grandine, nive, tonitru & fulgure. 9) *Anonymi collectio miscella* Astronomica & Astrologica; item de missione Sanguinis, nec non tabula dierum fortunatorum cujusque mensis, quos Deus revelavit Esdræ Sacerdoti. 10) *Melampodis Astrologi* Methodus Prædictionum Lunarium. 11) *Georgii Chrysococcæ* s. potius Chrysococciæ Medici *expositio in Syntaxin Astronomicam Persarum* ad fratrem suum Joh. Charsanitem cum subjunctis tabulis Astronomicis Geographicis & Chronologicis. 12) *Ej. editio vel Expositio Syntagmatis Canonum* Astronomicorum Judaicorum, quod Ἑξαπτέρυγον s. Sexalare inscribitur, qui ipsi illi Canones πτέρα s. alæ appellantur.

CXXX.

CXXX.

Centesimus trigesimus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ, sed principio & fine mutilus totusque rimosus & aqua marina valde inquinatus, constatque nunc foliis 407. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Georgii Chrysococcæ tabulæ Astronomicæ Geographicæ & Chronologicæ.*

CXXXI.

Centesimus trigesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque nunc foliis 48. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Georgii Chrysococcæ Editio atque Expositio Syntagmatis canonum Astronomicorum Judaicorum.*

CXXXII.

Centesimus trigesimus secundus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque nunc foliis 54. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Miscellanea quædam Astronomica*, quæ præcipue ad solennitatem paschalem pertinent & A. C. 1273. scripta sunt. 2) *Michaelis Pselli opus Chronologicum* de motu temporis cyclorum Solis & Lunæ, Eclipsibus & inventione Paschatis per interrogationes & responsiones.

CXXXIII.

CXXXIII.

Centesimus trigesimus tertius Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 348. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Miscellanea quædam Astronomica*, inter quæ præcipuum locum obtinet Joh. Calcidæ Canon Paschalis ab A. C. 1190 usque ad A. 1492. 2) *S. Joh. Chrysostomi Oratio* in Annunciationem B. M. V. 3) *Maximi Planudis Monachi Constantinopolitani Epistola.* 4) *Herodiani Grammatici*, qui Apollonii Dyscoli fuit filius & Sec. 2. post C. N. sub Imp. Commodo claruit, *observatio de vetustissimis numerorum notis apud Græcos usitatis.* 5) *Nomina XII. Mensium* apud Athenienses, Ægyptios, Macedones, Cappadoces & Romanos f. Bithynos olim usitata, ut & duodecim versus Heroici de totidem mensibus Ægyptiacis. 6) Ex *Pauli Æginetæ Opere de re Medica* caput ultimum Libri ultimi de ponderibus & Mensuris. 7) Ex *Galeni Opp. excerptum* de Urinis. 8) *Carmen Alphabeticum de extremo Judicio* versibus politicis. 9) *Anonymi observationes quædam* Chronologicæ. 10) *S. Tryphonis Martyris Exorcismus Suppositius* insectorum aliorumque animalium, quæ hortis, vineis, & agris noxam inferunt. 11) *Precatio quædam superstitiosa s. potius Ma-*

Magica cujusdam Mariæ. 12) *Alia precatio ejusdem Mariæ* contra infirmitates corporis aliaque varia mala. 13) *Asclepiadis & Dioscoridis præcepta salutaria Medica.* 14) *Anonymi Annotamentum* de origine Alphabethi Græcorum, quod extat in Varini Phavorini Camertis Episcopi Nucerini Lexico Græco p. 345. 15) *Anonymi Poëma paræneticum,* item Sententiæ septem Sap. Pythagoræ Symbola &c. 16) *Georgii Codini Curopalatæ* Catalogus officiorum magnæ Ecclesiæ Constantinop. S. Sophiæ. 17) *Septem Græciæ Sapientum præcepta.* 18) *Lexicon Græcum Anonymi.* 19) *Anonymi Lexicon Biblicum Græcum* continens interpretationem succinctam obscurorum vocabulorum V. & N. T. 20) *Anonymi Interpretatio* Hebraicorum nominum & vocabulorum in S S. occurrentium ordine Alphabethico. 21) *Alphabethum Hebræorum cum Explicatione Græca.* 22) *S. Epiphanii Constantiæ* s. Salaminii in Cypro Insula Archiepiscopi, qui A. C. 403. valde Senex obiit, *Libellus de Mensuris & ponderibus SS.* 23) *Nomina XII. Apostolorum* & quatuor Archangelorum cum Explicatione. 24) *Inscriptio Græca qua Job. Caloides indicat se scripsisse* hunc Codicem A. C. 1431. 25) *S. Joh. Chrysostomi epistola XIV.* ad diversos, & ejusdem Oratio in proditio-

ditionem Christi & lotionem pedum. 26) *Annotamenta quædam Miscellanea* inter quæ est prædictio Iatro-mathematica de vita & morte ægroti. 27) *Catonis Dysticha* parænetica à Maximo Planude Monacho Constantinop. in græcam Linguam translata & ab Anonymo quodam Scholiaste Annotationibus græcis marginalibus & interlinearibus illustrata. 28) *Anonymi Collectio Proverbiorum ordine alphabethico.* 29) *Anonymi Annotamentum* de XXII. Libris V. T. 30) *Anonymi observationes quædam prognosticæ*, quarum prima est Methodus sciendi, uter duorum conjugum prior moriturus sit. 31) *Antisthenis Atheniensis*, qui discipulus fuit Socratis & Autor Sectæ Cynicæ, *Dialogus* in quo ipse cum Polycrate disserit de variis selectis quæstionibus physicis, qui videtur illud ipsum Antisthenis Syngramma esse, quod Diogenes Laërtius in vita ipsius appellat Ἐρώτημα περὶ τῆς Φύσεως. 32) *Diogeniani Heracleotæ* Pontici, qui sub Imp. Hadriano floruit, *Proverbia aliquot.* 33) *Æsopi fabulæ* ordine Alphabetico cum præfixa ejusdem Vita, quæ ab editione Isaaci Nicolai Neveleti græco latina, omnium editionum impressarum optima, valde discrepant. 34) *Ignatii Magistri tetrasticha jambica ex fabulis Æsopicis.* 35) *Hippocratis Coi Epistola* ad Ptolomæum regem de sanitate tuen-

 da.

da. 36) *Noa Patriarcha* Methodus Geomantica prædicendi futura ab angelo ipsi revelata, quæ tota est suppositiia & superstitiosa.

CXXXIV.

Centesimut trigesimus quartus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus pervetustus principio & fine mutilus constatque nunc foliis 226. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Anonymi Syntagma Astrologicum* divisum in capita 17. cui inserta sunt fragmenta quædam Astrologica Hephæstionis Thebani, Juliani Laodicensis, & Pseudo Hermetis Trismegisti. 2) *Heliodori Commentarius* in Pauli Alexandrini Doctrinam Astrologicam divisus in capita 53.

CXXXV.

Centesimus trigesimus quintus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus principio mutilus, constatque nunc foliis 216. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Miscellanea quædam Astrologica* absque nominibus autorum & Collectoris. 2) *Heliodori Commentarius* in Pauli Alexandrini Doctrinam Apotelesmaticam. 3) *Theophili Philosophi opus Astrologicum* de eventibus bellicis Deucalioni cuidam inscriptum, Accedunt alia quædam miscel-

lanea

lanea Aſtrologica atque inter ea Serapionis Alexandrini opuſculum Aſtrologicum.

CXXXVI.

Centeſimus trigeſimus ſextus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque foliis 368. Continentur eo 1.) Ex *Imp. Conſtantini* Porphyrogeniti Geoponicorum ſ. Commentariorum de Agricultura Libro 1. & 2. *Excerpta* quædam Aſtrologica 2.) *Neophyti Epitome* in quinque voces & in Ariſtotelis Organon ſ. Libros pertinentes ad Logicam.

CXXXVII.

Centeſimus trigeſimus ſeptimus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in f. conſtatque foliis 212. atque unus eſt ex illis *Joh. Sambuci* Libris quos a reliqua ipſius Bibliotheca avulſos *Seb. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibl. Cæſ. legavit. Continentur eo 1) *Rhetorii Excerpta ex Antiochi Theſauris Apoteleſmatum.* 2) *Joh. Itali Expoſitio* Libri 2. 3. & 4. Topicorum Ariſtotelis. 3) Syntagma Expoſitionum variorum Autorum in Hermogenis Artem oratoriam, nempe Longini, Jamblichi, Sycani & Simplicii, qui fuerunt gentiles, & Joh. Siculi, Joh. Geometræ, Gregorii Metropolitæ Corinthi, Joh. Doxopatræ, & Georgii Diæretæ, qui fuerunt Chriſtiani. 4) Ex *Scriptis Herodiani Grammatici*, qui

Sec. 2. post C. N. sub Imp. Commodo clarus, *Excerpta de verbo*, quæ primus in lucem edidit Aldus Manutius in Syntagmate Græco veterum Grammaticorum Græcorum Venetiis 1496. f. 5) *Anonymi differtatio contra Plotinum* de præexistentia & transmigratione animarum.

CXXXVIII.

Centesimus trigesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 24. Continentur eo *Canones Astronomici Judaici* Ἑξαπτέρυγοι dicti, de quibus vide supra Codicem 129.

CXXXIX.

Centesimus trigesimus nonus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. sed principio & fine mutilus constatque nunc foliis 41. Continetur eo *Procli Lycii Diadochi Platonici Hypotyposis Astronomicarum Hypothesium.*

CXL.

Centesimus quadragesimus octavus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 215. & ab *Augerio Busbekio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Zanatæ Philosophi Persæ Geomantia* ex Persica lingua in græcam versibus politicis translata ab Arsenio Monacho Anno 1266. 2) *Anonymi Hieracosophium* s. Liber

ber de accipitrum curatione in capita XV. divisus.

CXLI.

Centesimus quadragesimus primus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 371. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Zanatæ Philosophi Persæ Geomantia* ab Arsenio Monacho ex Persica in Gr. linguam versibus politicis translata. 2) *Anonymi Syntagma Astrologicum* continens varias variorum Institutiones & observationes Astrologicas 3) *Miscellanea quædam Cabbalistica & Magica* cum eo pertinentibus characteribus & figuris.

CXLII.

Centesimus quadragesimus secundus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 85. Continetur eo 1) *Synesii Philosophi* & sophistæ Alexandrini, qui A. C. 410. sub Imp. Theodosio Juniore à Theophilo Patriarcha Alexandrino, qui A. C. 410. sub Imp. Theodosio Juniore à Theophilo Patriarcha Alexandrino Episcopus Cyrenæus ordinatus est *Liber de insomniis*, cum Nicephori Gregoræ præfatione ad magnum Logothetam Theodorum Metochitam & expositione partim marginali partim interlineari, quæ omnia edidit Dionysius Petavius inter Opera Synesii

Lutetiæ Paris. Gr. & latine. 2) *Logaræ*, qui in aula Constantinopolitana Magister Memoriæ fuit, *Oratio deprecatoria* ad Imp. pro quibusdam fontibus. 3) Ex *Niceta Paphlagone*, qui alias etiam *David Philosophus* appellatur, Orationibus VII. *Excerpta*. 4) *Dissertatio de Numero* Senario & Septenario.

CXLIII.

Centesimus quadragesimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est membranaceus perveruste s. constatque foliis 42. Continentur in eo *Achmetis filii Sereim*, qui Sec. IX. post C. sub Mamunii vel Mammunii Caliphæ Babylonii Oneirocrites f. Somniorum interpres fuit, *Oneirocriticon* f. Opus de interpretatione Somniorum secundum Indorum, Persarum & Ægyptiorum doctrinam in capita 304. divisum, quod ex Joh. Sambuci antiquo Codice MS. Græco *primus* latine vertit & latine tantum edidit *Joh. Leunclavius* Francofurti 1577. in 8. sed adeo imperfecte & mutile ut statim in principio integra fere quatuor, & ibidem alias plura desint capita, nec sub vero Achmetis nomine, sed sub falso Apomasaris. Publicavit deinceps vice altera sub Achmetis filii Seirim nomine græce & latine V. Cl. *Nicolaus Rigaltius* cum Artemidori Oneirocritico Lutetiæ Paris. 1603 in 4. & quidem ex duobus antiquis Bibliothecæ regiæ Parisinæ MS. sed principio

cipio mutilis: Ideoque etiam in ea editione non ſolum inſcriptio Operis ſed & totum caput 1. ſ. proëmium deeſt.

CXLIV.

Centeſimus quadrageſimus quartus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus pervetuſtus conſtatque nunc foliis 187. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *Achmetis filii Sereim*, qui Sec. IX. poſt C. N. floruit *Oneirocriticum*, de quo Codice præced. 2) *Anonymi prophetia* principio mutila. 3) *Anonymi Expoſitio* verborum S. Pauli Ap. Epiſt. 1. ad Timoth. c. 2. v. 12. 4) *Thomæ Iſraelitæ Liber de infantia Chriſti* mutilus atque lacerus.

CXLV.

Centeſimus quadrageſimus quintus Codex MS. Ph. Gr. eſt chartaceus antiquus mutilus atque lacerus conſtatque nunc foliis 191. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *Achmetis filii Sereim Oneirocriticum*, de quo vide Codice 143. 2) *Anonymi Syntagma Aſtrologicum* principio mutilum. 3) *Anonymi Liber de differentia & virtutibus lapidum.*

CXLVI.

Centesimus quadragesimus sextus Codex MS. Ph. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque nunc foliis 78. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Achmetis filii Sereim Oneirocriticum*, sed principio & pluribus aliis locis mutilum & sub falso nomine Apomasaris. Et hoc est illud ipsum exemplar ex quo *Job. Leunclavius* hoc opus *primus* latinè in lucem edidit.



PETRI LAMBECII
HAMBVRGENSIS
LIBER OCTAVVS
DE
AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI.

continens

Catalogum LIX. Codicum MSctorum Historicorum Ecclesiasticorum Græcorum,

& quidem

1) *Historicorum strictè sic dictorum à N. 1 ad 9.*

2) *Menologiorum N. 10. 11. 12. 14. 16. 18. 19.*

3) *Bio-*

5) *Biographicarum*, *Martyrologiorum*, *Apophthegmatum* N. 13. 15. 17. 20 *usque ad* 43.

Actorum Conciliorum N. 44. *usque ad* 66.

Epistolarum & diplomatum N. 67. 68. 69.

I.

Primus Codex MSctus Hist. Gr. Eccles. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 194. & primum quidem *Georgium Comitem Corinthium*, deinde autem ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continentur in eo 1) *Philonis Judæi* patria Alexandrini de ... qui legatus à suis Romam ... ad Imp. Cajum Caligulam A. C. 40. ... ad successorem ipsius ac patruum Imp. Claudium *Libri 3. de vita Mosis*. 2) *Ej. Liber de Vita viri Civilis s. Josephi Patriarchæ* in principio mutilus. 3) *Ej. Liber de vita Abrahami* tanquam Viri per doctrinam perfecti s. de legibus non scriptis. 4) *Anonymi ad hosce libros Philonis Annotationes* ... *Græca marginales*.

II.

Secundus Codex MS. Hist. Gr. Eccles. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ ... constatque foliis 336. & est unus ex illis ... *Sambuci*. Libris quos à reliqua ipsius Bi-

 blio-

bliotheca avulsos *Seb. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continentur eo *Flavii Josephi* Judæi Hierosolymitani Sacerdotis secta Pharisæi, (qui anno primo Imp. Caji Caligulæ f. A. C. 37. vel 38. natus, & A. C. 68. à Romanis in bello Judaico in castro Jotapata captus, cumque Vespasiano mortem Imp. Neronis atque Imperium prædixisset, Romam ductus, ibique perbenigne & perhonorificè habitus est) *Antiquitatum Judaicarum* XX. Libris comprehensarum, quas anno 13. Imp. Domitiani f. A. C. 93. vel 94. absolvit, *Libri decem priores* cum periochis capitum cujusque Libri & accurata supputatione temporis. Constat autem Liber primus 19. capitibus, atque ita Proëmium non habetur pro primo capite æque ac in Editione Basileensi de anno 1548. Atque hoc insuper notatu dignum est indicem capitum in hoc quidem Codice cuique Libro præmitti, in ipso autem contextu nullum divisionis Librorum in capita extare indicium, adeoque hinc elucere divisionis istius autorem non esse ipsum Flavium Josephum; sed Singulos Libros continenti Scriptura initio comprehensos fuisse.

III.

Tertius Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. in principio mutilus & in fine partim à blattis ac tineis erosus, par-

[illegible] aqua marina adeo perfusus, ut minus [illegible]legibilis, constatque nunc foliis 317. & ab [illegible] *Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo Fl. Josephi Antiquitatum Judaicarum Libri XX. ob magnam variantium Lectionum diversitatem [illegible] & consideratu dignissimi, in cujus [illegible] extat celeberrimum illud & omnibus [illegible] vel mediocriter versatis notissimum [illegible] *testimonium*, cujus genuitatem demonstrant omnes Codices MS. Græci incor[illegible] qui ubique terrarum etiamnunc extant, [illegible] dubio successiva descriptione pro[illegible] ex vetustissimis illis Codicibus MSS. [illegible] Eusebius Pamphili, S. Hieronymus, [illegible] Pelusiota, Hermias Sozomenus, Anonymus antiquus Antiquitatum Judaicarum interpres Latinus, Suidas & Photius usi [illegible] quamvis illud maligna & malitiosa [illegible]atione Judaica scriptum sit, summo tamen jure in Josephi Opp. pro pretiosissima & [illegible] æstimabili gemma habendum est, quia per illud S. Bibliorum N. T. veritas ac genuinitas [illegible] hostili attestatione confirmatur.

IV.

Quartus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. principio & fine [illegible]tilus, constatque nunc foliis 126. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constan-

ſtantinopoli. Continetur eo *Fl. Joſephi Hiſtoria Belli Judaici* à c. 13. l. 1. usque ad c. 7. l. 7.

V.

Quintus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque nunc foliis 125. & ad *Stephanum Nigrum Mediolanenſem* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Anonymi Autoris Græco-Barbari* Epitome H. E. V. T. à creatione Mundi usque ad regnum Davidis. 2) *Diſputatio* inter Judæum & Chriſtianum. 3) *Expoſitio quorundam Parabolarum Chriſti.* 4) *S. Joh. Ap. & Evang. Apocalypſis ſuppoſititia* in qua etiam agitur de Antichriſto. 5) *Anonymi Carmen græco-barbarum* de ſecundo Chriſti adventu.

VI.

Sextus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. conſtatque foliis 154. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Sibyllinorum Oraculorum Libri VIII.* cum præfatione græca Marci Antonii Antimachi, quæ edidit accurate & eleganter Lutetiæ Pariſ. A. 1599. in 8. Joh. Opſopæus Bretannus cum eruditis notis ſuis & verſione latina Seb. Caſtalionis, nec non cum imaginibus Sibyllarum æri inciſis, & veterum Autorum Græcorum atque Latinorum de iis teſtimoniis.

2) *S.*

(2 *S. Jacobi* Ap. cognomine Minoris & fratris Domini *Prot-Evangelium* f. Narratio supposititia de nativitate B. M. V. 3) *S. Germani* Archiepiscopi Constantinop. qui circa A. C. 740. obiit, *Oratio Encomiastica* in B. M. V. præsentationem in templo Hierosolymitano, quam Franciscus Combefisius Monachus Dominicanus Parisiensis Tom I. Auctarii Bibl. Patrum Græco-latinæ p. 1411. seq. edidit. 4) *S. Joh. Chrysostomi* oratio in circumcisionem Christi & in S. Symeonem. 5) *Ej. Oratio* in Annunciationem B. M. V. 6) *S. Germani Arch. Constant. Oratio Encomiastica* in obdormitionem B. M. V. quæ extat in Auctario Bibl. Patrum l. c. p. 1445. 7) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in decollationem S. Joh. Baptistæ & in Herodiadem. 8) *Ej. oratio* in transfigurationem Christi. 9) *S. Gregorii Nazianzeni Oratio* in nativitatem Christi. 10) *Officium festi B. M. V.* cognomine τῆ Ακαθίςου cum subjuncto Canone.

VII.

Septimus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus antiquus perelegans & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 498. & primo quidem pertinuit ad Bibliothecam Budensem regis Hungariæ *Matthæi Corvini.* Ex qua cum furtive subreptus esset, latuit aliquamdiu apud

apud privatum quendam hominem, donec A. 1526. in miserabili Hungariæ per milites Turcicos direptione inter reliquam prædam Constantinopolin deportatus est, cum porro Constantinopoli in foro scrutario venalis expositus à Christiano quodam, eoque quidem erudito emtus esset, postliminio in Hungariam rediit, nec multo post Dominum nactus est *Georgium Logum* natione Silesium, JCtum & Ecclesiarum S. Crucis & S. Joh. apud Vratislavienses præpositum atque Canonicum, atque insuper Regis Rom. Hungariæ & Bohemiæ Ferdinandi I. Consiliarium, qua occasione post tam longas ambages tandem pervenit in Aug. Bibl. Cæsaream. Continentur eo *Nicephori Callisti* filii cognomine *Xanthopuli Hist. Eccles.* Imp. Andronico Palæologo f. Seniori dedicatæ *Libri XVIII.* à N. C. usque ad interitum Phocæ & initium Imp. Heraclii f. A. C. 610. & XXIII. Libris, quibus olim integrum opus constitit, nostra hac ætate superstites. Et hic est ille ipse authenticus, & forsan in toto terrarum orbe unicus H. E. Nicephori Codex, ex quo A. 1553. Joh. Langi versio latina, & A. 1630. R. P. Frontonis Ducæi editio Græco-latina prodiit, ut Libr. I. Commentar. jam diximus.

VIII.

Octavus Codex MS. Hist. Gr. est antiquus & bonæ notæ in 4. principio & fine mutilus constatque nunc foliis 144. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Nicephori Callisti* alias cognomine Xanthopuli *Acoluthia s. officium festi dedicationis templi* B. M. V. cognomine fontis s. ad fontem, uno circiter stadio ab occidentalibus urbis Constantinop. mœnibus distantis. Cui insertum etiam est ejusdem Nicephori *Synaxarium* s. Narratio succincta de origine incremento & miraculis istius templi, diversa ab ea quam Nicephorus de hoc templo lib. 15. c. 25. Hist. inseruit. 2) *Ej. Liber de origine, structura & miraculis jam memorati templi* B. M. V. ad fontem in fine paucis aliquot foliis mutilus, sed hactenus nondum editus. Et licet in errore versatus sit R. P. Jacobus Gretserus S. J. dum in observat. suis ad Georgii Codini caput 22. de Constantinop. magnæ Ecclesiæ & aulæ officiis p. 264. Edit. Paris. in Corpore Hist. Byzantinæ persuasum sibi habuit hoc esse UNICUM totius Europæ exemplar, quod in Aug. Bibl. Cæsarea extet: cum et Romæ in Bibliotheca Vaticana exemplar quoddam ejusdem Libri asservetur, certum tamen est hunc Codicem esse rarissimum & luce publica dignissimum.

IX.

IX.

Nonus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque nunc foliis 50. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) Ex *Hippolyti Thebani*, qui circa finem Sec. X. post C. N. claruit, Syntagmate Chronologico Libellus de Genealogia B. M. V. quem primus ex hoc Codice latine vertit & latine tantum in lucem edidit Jo. Sambucus Patavii 1556. in 8. Postea autem & latine eundem Tom. 3. Antiqu. Lect. inseruit Henricus Canisius A. 1603. in 4. 2) *Imp. M. Antonini Philosophi Epistola* ad Euxinianum Pomplionem Præsidem Phrygiæ Minoris, qua illi injungit, ut Abercium Hierapoleos Episcopum, Sanctitate vitæ & miraculis celeberrimum, filiæ suæ Lucillæ à Cacodæmone liberandæ caussa, cum omni reverentia & honore quam primum ad se mittat. 3) *Aesopicæ quædam fabulæ.*

X.

Decimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus, elegans & bonæ notæ in 4. constatque foliis 116. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Nicephori Gregoræ*, qui Historiam suam Byzantinam usque ad A. C. 1341. perduxit, *Oratio* B. M. V. nativitate, præsentatione in templo & educatione. 2) *Ej. Oratio* in annunciationem B. M. V.

3) *Ej.*

3) *Ej. Oratio Encomiastica* prolixa & perelegans in Imp. Constantinum M. 4) *Maximi Planudis* Monachi Constantinopolitani, qui circa A. C. 1353. claruit, *oratio in sepulturam Christi* & in B. M. V. planctum funebrem, quam *primus* edidit Græcè Andreas Wechelus Lutetiæ Paris. 1557. latine autem versa est à Joachimo Axonio Graviano Tom. 1. Auctarii Bibl. Patrum. 5) *Ej. oratio* in SS. Ap. Petrum & Paulum, quam Jacobus Gretserus perperam edidit sub nomine S. Gregorii Nysseni. 6) *Gregorii Cyprii* Patriarchæ Constantinop. qui ante Patriarchalem dignitatem Georgius fuit appellatus, *Oratio* in S. magnum Martyrem Georgium. 7) *Ej. oratio* in S. Martyrem Marinam.

XI.

Undecimus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus, elegans & optimæ notæ in f ut vocant, super regali, constatque foliis 390. paginatim in binas columnas divisis, & primum quidem ad *Marcum Mammunam Cretensem*, postea autem ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continentur eo Magni Menologii Græcorum Mensis Februarius hoc ordine. Scilicet 1) *Vita S. Tryphonii* Martyris in Phrygiæ vico Campsado, Civitati Apameæ vicino, nati, & Niceæ in Bithynia A. C. 250. sub Imperatore quidem Decio, præfecto

autem Orientis Aquilino, passi, à Symeone Metaphraste Græce conscripta. 2) *Tryphonis vita* ab Anonymo conscripta & à præcedente longe diversa. 3) *S. Tryphonis Exorcismus suppositius* insectorum aliorumque animalium, quæ vineis, agris & hortis noxam ac perniciem inferunt. 4) *S. Johannis Chrysostomi Oratio* in festum τῆς ὑπαπαντῆς f. Occursus Christi, & purificationis B. V. M. & in Symeonem justum. 5) *S. Gregorii Nysseni in Cappadocia Episcopi Oratio* in festum Occursus Christi & purificationis B. M. V. & in Symeonem Justum. 6) *Amphilochii Iconii in Lycaonia Episcopi oratio* in occursum Christi, & B. M. V. & in Symeonem Justum. 7) *S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani Oratio* in Occursum Christi & purificationem B. M. V. & Symeonem Justum. 8) *Timothei Presbyteri Hierosolymitani Oratio* in prophetam Symeonem Dei Susceptorem & in illud Nunc dimittis servum &c. 9) *Historia pœnitentiæ & conversionis S. Theophili* Oeconomi f. Vicedomini Ecclesiæ Episcopalis Adanensis in Cilicia Trachea f. Secunda conscripta ab Eutychiano ipsius perpetuo famulo, & comite & Ecclesiæ Adanensis Clerico. 10) *Martyrium S. Isidori* Alexandrini Martyris, quod apud Laurentium Surium, Tom. I. de probatis Sanctorum Historiis Symeoni Meta-
phra-

...tribuitur. 11) *Martyrium S. Agathæ Virginis* & Martyris Autore Symeone Metaphraste. 12) *Martyrium SS. Martyrum Faustæ, Evelasii, & Maximini* autore Symeone Metaphraste. 13) *Martyrium S. Theodori* ... s. Ducis Exercitus, Heraclea ... Imp. Licinio post multa tormenta ... capite truncati, conscriptum jussu ... Theodori ab Augaro s. potius Abgaro ... tachygrapho s. notario, qui rebus gestis interfuit. 14) *Vita S. Parthenii* Episcopi Urbis Lampsaci in Asia ad Hellespontum, qui sub ... Constantino M. floruit, conscripta à Crispino Lampsaceno ipsius discipulo. 15) *Vita B. Eugenii & Mariæ ejus filiæ*, quæ cum patre suo in virili cœnobio sub habitu virili & sub nomine Marini sanctissime vixit, nec nisi post obitum fœmina deprehensa est. 16) *Martyrium S. Nicephori* Martyris Antiochiæ in Syria à Symeone Metaphraste conscriptum, quod continet notabile exemplum vindictæ divinæ ob nimiam memoriæ illati mali tenacitatem. 17) *Martyrium S. Charalampii* Presbyteri, qui A. C. 202. sub Imp. Septimio Severo Antiochiæ in Pisidia passus est ab Anonymo conscriptum. 18) *Vita & Martyrium S. Martyris Blasii* Episcopi Sebastiæ in Cappadocia & Sociorum ejus Autore Symeone Metaphraste. 19) *S. Joh. Chrysostomi Oratio* in

Pp 2 lau-

laudem S. Meletis Archiepiscopi Antiochen. qui A. C. 381. obiit. 20) *Nicephori Philosophi & Rhetoris oratio funebris* s. Narratio Encomiastica vitæ S. Antonii cognomento Cauleæ Patriarchæ Constantinopol. qui A. C. 890. sub Imp. Leone Philosopho s. Sapiente obiit. 21) *Vita S. Martiniani Eremitæ* in Palæstina, qui Sec. IV. post C. N. sub Imp. Theodosio M. ejusque filiis Arcadio & Honorio floruit, ab Autore Synchrono conscripta. 22) *Vita & Miracula S. Auxentii Presbyteri & Archimandritæ* s. abbatis in Bithynia qui sub Imp. Leone Thrace circa A. C. 470. obiit, ab Autore Synchrono conscripta. 23) *Martyrium S. Onesimi* Episcopi Ephesini S. Ap. Pauli discipuli, qui A. C. 109. Romæ lapidatus est. 24) *Martyrium SS. Martyrum Pamphyli Valentis, Pauli Seleuci, Porphyrii, Theoduli, Juliani & Sociorum* initio quidem ab Eusebio ipsius S. Pamphili amico intimo & Cæsareæ in Palæstina Episcopo conscriptum, multis autem post Seculis à Symeone Metaphraste interpolatum & Syntagmati suo de Vitis Sanctorum insertum. 25) *Martyrium S. Theodori* cognomine Tironis vel Teronis, qui sub Impp. Maximiniano & Maximino passus est, conscriptum ab Anonymo, qui, ut ipse testatur, rei gestæ αὐτόπτης interfuit. 26) *S. Gregorii Nysseni Episcopi Encomium* in S. Martyrem Theodorum

tium. 27) *Nectarii Archi-Episcopi Constantinop. Narratio* quam ob causam in primo Sabbatho S. jejuniorum celebremus memoriam S. Theodori Martyris, cum annexa admonitione de conjungendis jejunio & Eleemosyna. 28) *Martyrium SS. Martyrum* Leonis & Paregorii Pataris in Lycia. 29) *Vita S. Auxibii* Episcopi Soliorum in Cypro. 30) *Martyrium S. Sadoth* Episcopi & 128. ejus sociorum in Perside sub rege Persarum Sapore A. C. 344. 31) *Martyrium S. Mauritii* & 70. cum eo militum ac discipulorum Apameæ in Syria. 32) *Martyrium SS. Martyrum Eugenii & Macarii* fratrum germanorum. 33) *Smyrnensis in Asia Ecclesiæ Epistola Encyclica* de Martyrio S. Polycarpi Episcopi Smyrnensis A. C. 167. cujus finis ab editionibus latinis hactenus impressis differt. 34) *Narratio translationis & inventione* capitis S. Joh. Baptistæ præcursoris Domini Hierosolymis ejusque revelatione in Emesena Phæniciæ urbe, quæ A. C. 453. contigit. 35) *Vita & miracula S. Tarasii* Patriarchæ Constantinopolitani, qui A. C. 806. d. 25. Febr. obiit, conscripta ab ejus discipulo Ignatio primum quidem Monacho deinde autem Diacono & Sceuophylace magnæ Ecclesiæ Constantinop. & tandem Metropolita Nicææ, qui ut ipse ibi indicat, morienti adfuit. 36) *Vita S. Porphyrii* Episcopi

Gazæ in Palæstina, qui A. C. 421. obiit, conscripta ab ipsius discipulo & familiari Marco Diacono. 37) *Vita SS. Andronici* & uxoris ejus Athanasiæ conscripta à Symeone Metaphraste. 38) *Historia supposititia vitæ & Martyrii S. Pancratii* discipuli S. Petri Apostoli & ab eodem ordinati Episcopi Tauromenii in Sicilia, conscripta sub nomine Evagrii tanquam ipsius S. Pancratii discipuli & Comitis, qui ibi passim de se ipso loquens introducitur.

XII.

Duodecimus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus, elegans & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 201. atque ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Canones f. Cantica Sacra in Sanctos totius Mensis Aprilis*, quorum Autorem vel Collectorem *Theoctistum* illum ex miniata subscriptione fuisse auguror, qui S. Euthymii Archimandritæ f. Abbatis in Palæstina socius fuit familiarissimus & sic Sec. V. post C. N. vixit.

XIII.

Decimus tertius Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus quidem, sed valde mendosus in f. constatque nunc foliis 102. paginatim in binas columnas divisis & ad *Jo. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo

1) *Leon-*

1) *Leontii Neapoleos*, s. ut in hoc Codice MS. legitur *Hagiopuleos in Insula Cypro Episcopi*, qui circa A. C. 620. vel potius 630. obiit, *Historia vitæ S. Symeonis* Abbatis, cognomine Sali h. e. stulti, qui ut in Martyrologio Romano die 1. Julii de eo legitur stultus propter Christum factus est, sed altam ejus Sapientiam Deus magnis miraculis declaravit. 2) *Historia Martyrii trium puerorum* ac fratrum Alphii, Philadelphi & Quirini, qui primo martyrium sustinuerunt Romæ deinde autem Puteolis, ac tandem ad Tertullum missi in Siciliam Leontii illud consummarunt sub Imp. Valeriano.

XIV.

Decimusquartus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. sed injuria temporis in fine aliquot foliis mutilus, constatque nunc foliis 313. paginatim in binas columnas divisis, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Magni Menologii* Græcorum Mensis *Augustus* hoc ordine, Scilicet 1) *S. Chrysostomi* Patriarchæ Constantinopolitani *Encomium* in SS. Machabæos. 2) *Ej. Encomium secundum* in eosdem. 3) *Ej. Encomium tertium* in eosdem. 4) *Fl. Josephi Liber de Machabæis* s. Imperio rationis. 5) *S. Gregorii Nazianzeni Encomium* in

 eos-

eosdem Machabæos. 6) *Oratio Encomiastica simul & Historica* de translatione venerandi corporis S. Protomartyris Stephani in urbem Constantinopolitanam, quam Leo Allatius in Diatriba de Symeonum scriptis Michaeli Psello attribuit. 7) *Vita S. Dalmati, s. potius Dalmatii* Archimandritæ s. Abbatis Constantinopolitani. 8) *Martyrium S. D... sæ Presbyteri & S. Jæ virginis in Perside* ... rege Sapore. 9) *Martyrium S. Eleut...* sub Imp. Maximiano. 10) *Historia ... titia Martyris S. Eusignii Antiocheni*, qui cum sub Imp. Constantino Chloro ejusque filio Imp. Constantino M. ac porro sub hujus quoque filio Imp. Constantio integros 60. annos cum singulari laude militasset & A. C. 36... centesimum decimum jam agens annum Imp. Julianum tanquam pietatis Imp. Constantini M. desertorem, coram toto exercitu liberrime redarguisset, ipsius jussu Cæsareæ in Cappadocia decollatus est; conscripta sub nomine Eustochii, Diaconi Ecclesiæ Antiochenæ, quasi ipsius S. Eusignii cognati & comitis, qui toti rei gestæ ubique interfuerit. 11) S. *Joh. Chrysostomi oratio* in transfigurationem Christi in monte Tabor ex illius expositione in Evangelium S. Matthæi desumta. 12) *An... dreæ Archiepiscopi Cretensis* Patria quidem *Damasceni*, cognomine autem *Hierosolymita...*

...ni

[illegible] monasticam vitam Hierosolymis ini-
[illegible] qui circa A. C. 720. vel 723. obiit, *oratio* in Christi transfigurationem. 13) *S. Basilii Seleuciæ* in Isauria Episcopi, qui A. C. 451. Concilio generali Chalcedonensi interfuit, *Oratio* in transfigurationem Christi. 14) *Anonymi oratio* in transfigurationem Christi. [illegible] *Anastasii Sinaitæ* Patriarchæ Antiocheni, [illegible] A. C. 599. obiit, *Oratio* in transfiguratio- [illegible] Christi, quæ in Auctario magnæ Bibl. [illegible] Combefisiano extat quidem p. 865. sed in fine mutila. 16) *Certamen SS. decem Martyrum* Gregorii, Juliani, Marciani, Joh. Jacobi, Alexii, Demetrii, Leontii, Photii, Petri & beatæ atque venerandæ Mariæ Patriciæ sub Imp. Leone Isauro, propter imaginem Domini nostri J. C. Constantinopoli in porta ænea. 17) *Epitome Historiæ obsidionis urbis Constantinopolitanæ* per Persas & Abares s. Abaros atque liberationis ejusdem auxilio B. M. V. quæ diversa est cum ab oratione Antonii Monachi Studitæ cognomine Tripsychi, ob eandem Constantinopoleos liberationem habita in Blachernis in laudem B. M. V. tum & ab Anonymi cujusdam narratione ejusdem obsidionis & liberationis, cujus L. III. Codice 65. n. 10. facta est mentio. 18) *Martyrium S. Marini Senis* Anazarbo in Cilicia oriundi. 19) *Epitome Martyrii SS. martyrum Xysti* s. Sixti secundi

ejus nominis Papæ Romani, *Laurentii Diaconi, & Hippolyti tribuni.* 20) *Vita S. Myronis* Episcopi Rhauci f. Rhauciæ urbis in Insula Creta. 21) *Oratio Encomiastica* in S. Apostolum Mathiam. 22) *Certamen SS. Hieromartyrum Xysti* f. Sixti secundi ejus nominis Papæ Romani & *Laurentii Diaconi*, nec non socii eorum Martyris *Hippoliti.* 23) *Epitome Martyrii S. Martyris Eupli.* 24) *Epitome Martyrii SS. Martyrum Anceti & Bla*[illegible] 26) *Epitome Certaminis* S. Maximi Confessoris. 27) *Vita & S. Martyrium S. Marcelli, Episcopi Apameæ in Syria.* 28) *Theodoreti Cyri* urbis in provincia Syriæ, Augusta Euphratesia dicta, Episcopi, qui A. C. 431. S. Concilio Generali Ephesino interfuit, nec multo post S. Concilium generale Chalcedonense A. 4[illegible] celebratum obiit, *expositio in S. Michæam prophetam.* 29) *Orationis alicujus de B. Mariæ dormitione f. Assumtione*, quæ d. 15. Aug. tam à Græcis quam à Latinis celebratur ex pluribus deperditis foliis folium residuum. 30) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis*, cognomento Hierosolymitani *Oratio prima in dormitionem f. Assumtionem B. M. V.* 31) *Ej. oratio secunda* in eandem. 32) *Ej. oratio tertia* in eandem. 33) *S. Germani* Archiepiscopi Constantinopolitani *Oratio prima* in dormitionem f. Assumtionem B. M. V. 34) *Ej. oratio secunda*

cunda in eandem. 35) *Ej. oratio tertia* in eandem. 36) *S. Joh. Damasceni Oratio prima* in dormitionem s. Assumtionem B. M. V. quæ in editione Billiana Damasceni extat tantum latine. 37) *Ej. Oratio secunda* in eandem, quæ itidem l. c. tantum latine extat. 38) *Ej. Oratio tertia* in eandem, quæ nec græcè nec latine hactenus est edita. 39) *Imp. Constantini Porphyrogeniti*, qui A. C. 912. cœpit imperare & A. C. 959. obiit, *oratio Historica* narrationem continens de non manu facta imagine Domini nostri J. C. per quem, & quando & qua de causa fuerit missa ad Agbarum s. Abgarum & quomodo divina providentia translata sit in reginam urbium Constantinopolin A. C. 944. d. 16. Aug. quæ extat apud Laurentium Surium Tom. 4. de probatis SS. Historiis tantum latine. 40) *Anonymi* cujusdam Autoris, qui sub Imp. Constantino Porphyrogenito vixit, *Supplementum ad illius Orationem* de S. non manufactæ imaginis Edessenæ translatione in urbem Constantinopolitanam, quo narratur, quibus ceremoniis jam memorata S. imago Christi, priusquam ea Constantinopolin transferretur, ab incolis urbis Edessæ quotanis publice culta fuerit. 41) *Oratio Encomiastica in S. Martyrem Diomedem* professione Medicum, qui in persecutione Imp. Diocletiani Nicææ in Bithynia pro Christi fide gladio cæsus est.

est. 42) *Anonymi Narratio de [illegible] Constantinopoleos obsidione* per Agarenos [illegible] cenos sub Imperio Leonis Isauri cognomin[illegible] Cononis & Iconomachi. 43) *Epitome Martyrii S. Martyris Diomedis.* 44) *Epitome vitæ & miraculorum S. Myronis Episcopi Rhauci* s. Rhanciæ urbis in Insula Cr[illegible] 45) *Epitome Martyrii S. Martyris M[illegible] presbyteri Achæi.* 46) *Martyrium SS. [illegible] & Lauri.* 47) *Martyrium SS. Se[illegible] Philippi, & Eutychiani.* 48) *Epitome Martyrii S. Martyris Andreæ.* 49) *Epitome Martyrii SS. Martyrum Hermiæ, Se[illegible] & Polyani.* 50) *Certamen S. & gloriosi Magni Martyris Andreæ Ducis exercitus &* [illegible] cum eo pro Christi fide peremtorum. 51) *Narratio Vitæ & miraculorum Magni prophetæ & Sacerdotis Samuelis.* 52) *Acta [illegible] obitus S. Apostoli Thaddæi* unius ex 70. Chr[illegible] discipulis. 53) *Martyrium S. Martyris [illegible] fæ* & filiorum ejus Theognidis, Agapii & Pi[illegible] s. fidelis. 54) *Epitome Martyrii S. Martyris* Agathonici & sociorum. 55) *Oratio Encomiastica in S. Magnum Martyrem* Agathonicum. 56) *Martyrium S. Martyris Luci[illegible]* 57) *Martyrium S. Martyris Irenæi Episcopi Sirmii in Pannonia inferiori.* 58) *Epitome Martyrii SS. duorum Martyrum Irenæorum* Sirmiensis in Pannonia & Lugdunensis in

Gal-

Gallia, &c. 59) *Martyrium S. Martyris Anthu-[illegible] aliorum servorum ejus Neophyti & Cha-[illegible]*, ut & S. Athanasii, Episcopi Tarsensis in [illegible], qui eos baptizaverat. 60) *Martyrium [illegible] Martyrum Severini & Memnonis in urbe* [illegible] aliorum quorundam SS. Mar-[illegible] Philippopoli. 61) *Commemoratio [illegible] Patriarchæ Constantinopolitani*, qui [illegible] electus & A. 703. ab Imp. Justinia-[illegible] Rhinotmeto, cum is Constantinopo-[illegible] recuperasset, effossis oculis Romam in exi-[illegible] missus est, ubi in aliquo muro inclusus [illegible]. 63) *Martyrium S. Martyris [illegible] Claudiopoli.* 63) *Martyrium S. Martyris Georgii Limniotæ* ab Autore Syn-chrono conscriptum. 64) *Vita S. Titi, [illegible] Pauli Apostoli*, cujus ad eum extat Epistola, [illegible] & comitis & ab eodem Episcopi urbis [illegible] in insula Creta constituti, conscripta [illegible] a Zena [illegible] *νομικῷ* f. Legisperito cujus [illegible] in jam memorata ad S. Titum Episto-[illegible] 3. v. 13. meminit, postea autem ab anony-mo quodam longe recentiori interpolatore re-dacta in compendium. 65) *Andreæ Archi-Episcopi Cretensis Oratio Encomiastica* in S. Apostolum Titum. 66) *Martyrium S. Ar-[illegible]* ab uxore sua Natalia plusquam viriliter ad passionem corroborati, ut & aliorum [illegible] SS. Martyrum, qui omnes sub Imp. Ma-

xi-

ximiniano Nicomediæ passi sunt. 67) *Martyrium S. Adriani* filii Imp. probi sub Licinio passi. 68) *Vita S. Menæ s. Mennæ* Patriarchæ Constantinopolitani sub Imp. Justiniano II. s. Magno. 69) *Commemoratio S. Hosii Episcopi Cordubæ* in Hispania. 70) *Vita S. Pæmenis Anachoretæ* & Abbatis in Thebaide. 71) *Vita S. Moysis Æthiopis*, qui circa A. C. 340. claruit & ex insigni latrone insignis evasit Anachoreta, multosque latrones conversos secum duxit ad Monasterium, desumta ex Historia Lausiaca Palladii Episcopi Helenopoleos. 72) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis oratio in decollationem S. Joh. Baptistæ.* 73) *Michaelis Pselli oratio in decollationem S. Joh. Baptistæ.* 74) *S. Basilii Seleuciæ in Isauria Episcopi Oratio in decollationem S. Joh. Baptistæ.* 75) *Vita & obitus S. Joh. Baptistæ* & præcursoris Christi. 76) *Martyrium S. Stephani* primi ejus nominis Pontificis Romani, qui A. C. 257. Impp. Valeriano IV. & Gallieno III. Consulibus d. 2. Aug. dum Sacrum Missæ perageret, supervenientibus militibus ante altare intrepidus & immobilis cœpta Mysteria perficiens in sede sua decollatus, martyrium gloriosissime consummavit. Est autem hoc martyrium propter defectum aliquot foliorum in fine mutilum.

XV.

nus quintus Codex MS. Hist. Gr. est
aceus pervetustus in f. constatque
iis 252. paginatim in binas columnas
& ad *Job. Sambucum* olim pertinuit.
tur eo 1) *Commemoratio S. Symeo-*
Senioris. 2) *Martyrium S. Mar-*
rmantis. 3) *Martyrium S. Martyris*
ilii Imp. Maximiniani. 4) *Marty-*
ctæ Martyris Euphemiæ. 5) *Grego-*
oris qui idem est, ac Georgius Charto-
Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ,
Metropolita s. Archiepiscopus Nico-
Oratio in conceptionem S. Johannis
& in S. Zachariam atque Elisabetham
ente. 6) *Martyrium S. Martyris*
Areopagitæ conscriptum à Symeone
raste. 7) *Martyrium S. Virginis ac*
s Charitines conscriptum à Symeone
raste. 8) *Vita & pœnitentia S. Pe-*
ntiochena conscripta à Symeone Meta-
9) *Martyrium SS. Martyrum Eu-*
& Eulampiæ conscriptum à Symeone
raste. 10) *Martyrium S. Longini*
onis conscriptum à Symeone Meta-
11) *Symeonis Metaphrastæ Com-*
ius in S. Apost. & Evangelistam Lu-
12) *Martyrium S. Martyris Demetrii*
tum à Symeone Metaphraste. 13) *Vi-*
ta

ta S. Luciani Martyris conscripta à Symeone Metaphraste. 14) *Vita & Martyrium S. Stephani Junioris*, Abbatis Montis S. Auxentii e regione Byzantii circa Bithyniam, qui A. C. 767. sub sceleratissimo Imp. Iconomacho Constantino Copronymo fi Sterc... rio ob SS. Imaginum cultum crudelissime occisus est, & veritatem Catholicam sanguine suo invictissime atque gloriosissime obsignavit, quæ extat in editione S. Joh. Damasceni ...na, sed tantum latine. Atque hinc factum ... Joh. Damascenus pro autore hujus narrationis fit habitus, quod tamen oppido falsum. 15) *Martyrium S. Catharinæ Virginis & Martyris* conscriptum à Symeone Metaphraste. 16) *Vita S. Ambrosii Episcopi Mediolanensis* conscripta à Symeone Metaphraste. 17) *Martyrium SS. Martyrum* Menæ, Hermogenis & Eugraphi conscriptum à Symeone Metaphraste. 18) *Martyrium SS. Martyrum Eustratii, Auxentii, Eugenii Mardarii & Orestis* conscriptum à Symeone Metaphraste. 19) *S. Joh. Chrysostomi* Archiepiscopi Constantinopol. *Oratio Panegyrica* in S. Philogonium ex Causidico Episcopum Antiochenum & acerrimum Arii hæresiarchæ antagonistam. 20) *Vita S. Joh. cognomine Calybitæ* s. potius Calybetæ h. e. sub tugurio habitantis ab Anonymo quodam Autore Synchrono conscripta.

21) ...

21) *Martyrium S. Blasii* Episcopi Sebastiæ in Cappadocia. 22) *S. Joh. Chrysostomi Oratio in Zachæum.* 23) *Ej. oratio in Pharisæum* & publicanum. 24) *Ej. oratio in vanitatem* vitæ & mortuos. 25) *Ej. Oratio* de consummatione Seculi. 26) *S. Basilii M. Cæsarea* in Cappadocia Archiepiscopi Oratio in ingressum jejuniorum. 27) *Nectarii Archiepiscopi Constantinopolitani Narratio* quam ob caussam primo Sabbatho Sanctorum jejuniorum celebremus memoriam S. Martyris Theodori cognomine τȣ̃ ϛρατηλάτȣ s. Ducis Exercitus, cum annexa admonitione de conjungendis jejunio & Eleemosyna. 28) *Vita S. Mariæ* Ægyptiacæ. 29) *Narratio S. Johannis cognomine* Ἐλεήμονος *s. Misericordis* Archiepiscopi Alexandrini de Petro quodam divite & avaro publicano, qui â summa inhumanitate & truculentia ad summam erga pauperes misericordiam & sanctitatem vitæ divinitus conversus est, desumta ex Vita hujus Joh. Eleemosynarii quam conscripsit Græcè Leontius Neapoleos Cypri Episcopus. 30) *S. Joh. Chrysostomi Oratio* in divitem & Lazarum. 31) *Ej. Oratio* in S. crucem. 32) *Ej. Oratio* de pœnitentia & compunctione.

XVI.

Decimus sextus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constat-

que foliis 401. paginatim in binas columnas divisis, & olim quidem pertinuit ad *Georgium Rhaulem*, postea autem ab *Augerio Busbeckio* comparatus fuit Constantinopoli. Continentur eo *Magni Menologii Græcorum Menses duo, September & October* hoc ordine, Scilicet 1) *Index antiquus græcus* totius Mensis Septembris, cum principiis cujusque vitæ vel Martyrii vel Encomii. 2) *Vita S. Symeonis Stylitæ primi s. Senioris*, qui A.460. currente anno Imperii Leonis M. quarto, centenario major obiit, quamque primi omnium in lucem ediderunt Joh. Bollandus & Godefridus Henschenius S. I. ex Codice MS. Græco Bibl. Parisinæ Tom 1. de Actis SS. Mens. Jan. die 5. p. 274. seq. sed tantum latine interprete Gvilielmo Gratio Brugensi S. T. 3) *Certamen S. Martyris Mamantis*, conscriptum à Symeone Metaphraste, quod diversum est ab eo cujus codice præcedenti n. 2. facta est mentio. 4) *Certamen S. Martyris Anthimi Episcopi Nicomediæ*, qui A. C. 302. passus est, conscriptum à Symeone Metaphraste. 5) *Martyrium S. Babylæ* Episcopi Antiocheni conscriptum, ut Leo Allatius in Diatriba de Symeonum scriptis p. 127. affirmat, à Symeone Metaphraste. 6) *Oratio Encomiastica in magnum prophetam Zachariam* patrem S. Joh. Baptistæ. 7) *Narratio Miraculi*

culi à S. Michaële Archangelo Chonis f. Colossis in Phrygia editi, conſcripta à Symeone Metaphraſte. 8) *Encomium SS. Angelorum & Archangelorum.* 9) *Commentarius alius in SS. Angelos.* 10) *Martyrium SS. Eudoxii, Romuli, Zenonis & Macarii* conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 11) *Martyrium S. Sozontis* conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 12) *Martyrium S. Severiani* conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 13) *Martyrium Sanctarum Martyrum Menodoræ, Metrodoræ, Nymphodoræ* conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 14) *Vita S. Theodoræ Alexandrinæ* conſcripta à Symeone Metaphraſte. 15) *Martyrium S. Antonomi* Epiſcopi & Martyris conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 16) *Res geſtæ S. Cornelii Centurionis* conſcriptæ à Symeone Metaphraſte. 17) *Martyrium S. Nicetæ Gothi*, qui ab Athanarico Rege ob catholicam fidem igne combuſtus eſt, conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 18) *Martyrium S. Euphemiæ* conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 19) *Martyrium S. Sophiæ & filiarum ejus*, Piſteos, Elpidii & Agapes h. e. fide, ſpei & charitatis, conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 20) *Martyrium SS. Martyrum Trophimi, Sabbatis & Dorymedontis* conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 21) *Martyrium S. Euſtathii & uxoris ejus*

Theopistes & duorum filiorum Agapii & Theopisti conscriptum à Symeone Metaphraste. 22) *S. Asterii Episcopi Amaseni Oratio Encomiastica* in S. Martyrem Phocam. 23) *Martyrium S. Theclæ Virginis & Martyris* conscriptum à Symeone Metaphraste. 24) *Vita S. Euphrosinæ Virginis Alexandrinæ* conscripta à Symeone Metaphraste. 25) *Symeonis Metaphrastæ Commentarius* in S. Joh. Apostolum & Evangelistam. 26) *Martyrium Callistrati & Sociorum* à Symeone Metaphraste conscriptum. 27) *Vita S. Charitonis Confessoris* conscripta à Symeone Metaphraste. 28) *Vita S. Cyriaci Anachoretæ* conscripta à Symeone Metaphraste. 29) *Vita & Martyrium S. Gregorii* Episcopi Magnæ Armeniæ conscriptum à Symeone Metaphraste. 30) *Martyrium S. Apostoli & Martyris Ananiæ* conscriptum à Symeone Metaphraste. 31) *Vita & Martyrium SS. Martyrum Cypriani & Justinæ Virginis* conscriptum à Symeone Metaphraste. 32) *Symeonis Metaphrastæ Martyrium* S. Dionysii Areopagitæ. 33) *Symeonis Metaphrastæ Martyrium S. Charitines* Virginis & Martyris. 34) *Ej. Commentarius* in S. Apostolum Thomam. 35) *Martyrium SS. Martyrum Sergii & Bachi* conscriptum a Symeone Metaphraste. 36) *Ej. Vita S. Pelagiæ* Antiochenæ. 37) *Ej Martyrium*

rium Eulampii & Eulampiæ. 38) *Ej. Martyrium SS. Martyrum Probi, Tarachi & Andronici.* 39) *Ej. Martyrium SS. Martyrum Carpi Episcopi Thyatirensis Papyli* Diaconi & Sociorum. 40) *Ej. Vita & certamen SS. Martyrum Nazarii, Gervasii, Protasii & Celsi.* 41) *Ej. Vita & Martyrium S. Luciani.* 42) *Ej. Martyrium Longini Centurionis.* 43) *Ej. Martyrium S. Andreæ in Crisi.* 44) *Ej. Commentarius in S. Apostolum & Evangelistam Lucam.* 45) *Ej. Martyrium S. Vari & Sociorum.* 46) *Ej. Martyrium S. Artemii.* 47) *Ej. Vita & conversatio S. Hilarionis.* 48) *Ej. Vita S. Abercii Episcopi Hierapoleos in Phrygia.* 49) *Ej. Commentarius in S. Ap. Jacobum cognominatum fratrem Domini.* 50) *Ej. Martyrium S. Arethæ & sociorum.* 51) *Ej. Martyrium SS. Marciani & Martyrii* Notariorum. 52) *Ej. Historia Martyrii S. Martyris* Demetrii. 53) *Ej. Vita & Martyrium S. Martyris Anastasiæ* Romanæ. 54) *Ej. Vita S. Abramii Eremitæ & S. Mariæ neptis ejus.* 55) *Ej. Martyrium SS. Zenobii & sororis ejus Zenobiæ.* 56) *Ej. Martyrium S. Epimachi.* 57) *Subscriptio Græca*, qua indicatur huncCodicem scriptum esse per Georgium Tachygraphum f. notarium & Sacerdotem Mense Octobr. A. 6907. Indict. 7. Mensis Junii die 10. 58) *Index græcus* Vitarum,

Martyriorum & Encomiorum totius mensis Octobris.

XVII.

Decimus septimus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. sed in fine uno aut duobus foliis mutilus, constatque nunc foliis 257. paginatim in binas columnas divisis, & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo Magni Menologii Græcorum Mensis October hoc ordine, Scilicet 1) *Symeonis Metaphrastæ Martyrium S. Apostoli Ananiæ* die 1. Octobr. 2) *Ej. Martyrium SS. Cypriani & Justinæ* d. 2. Octobr. 3) *Ej. S. Dionysii Areopagitæ Martyrium* d. 3. Octobr. 4) *Ej. Martyrium S. Charitines* d. 5. Octobr. 5) *Ej. Commentarius in S. Apostolum Thomam* d. 6. Octobr. 6) *Ej. Martyrium SS. Sergii & Bachi* d. 7. Octobr. 7) *Ej. Vita S. Pelagiæ Antiochenæ* d. 8. Octobr. 8) *Ej. Martyrium SS. Eulampii & Eulampiæ* d. 10. Octobr. 9) *Ej. Martyrium SSS. Probi, Tarachi & Andronici* d. 12. Octobr. 10) *Ej Martyrium SS. Carpi, Papyli & Sociorum* d. 13. Octobr. 11) *Ej. Martyrium SS. Nazarii, Gervasii, Protasii & Celsi* d. 14. Octobr. 12) *Ej. Martyrium S. Luciani* d. 15. Octobr. 13) *Ej. Martyrium S. Longini Centurionis* d. 16. Octobr. 14) *Ej. Commentarius in S. Ap. & Evangelistam Lucam* d. 18. Octobr.

Octobr. 15) *Ej. Martyrium S. Vari & So-ciorum* d. 19. Octobr. 16) *Ej. Martyrium S. ... in Gr...* d. 19. Octobr. 17) *Ej. Martyrium S. Artemii* d. 20. Octobr. 18) *Ej. Vita ... Hilarionis* d. 21. Octobr. 19) *Ej. Vita ... Abercii Hierapoleos in Phrygia Episcopi* ... Octobr. 20) *Ej. Commentarius in ... Jacobum* cognominatum frater Domini ... Octobr. 21) *Ej. Martyrium S. Arethæ ... orum* d. 24. Octobr. 22) *Ej. Martyrium SS. Marciani & Martyrii notariorum* d. 25. Octobr. 23) *Ej. Martyrium S. Demetrii* d. 26. Octobr. 24) *Ej. Martyrium S. Anastasiæ* Romanæ, Senioris d. 28. Octobr. 25) *Ej. Vita S. Abramii Eremitæ* d. 29. Octobr. 26) *Ej. Martyrium SS. Zenobii & Zenobiæ* d. 30. Octobr. 27) *Fragmentum Martyrii SS. Epimachi* a Symeone Metaphraste conscri-... & principio atque fine mutili.

XVIII.

Decimus octavus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus, pervetustus & optimæ notæ in f. & magna ex parte aureis literis magnificentissime & elegantissime exaratus, constat-que foliis 341. paginatim in binas columnas divisis, & olim quidem ad *Bibliothecam Imperatoriam Constantinopolitanam* pertinuit, postea autem ab *Augerio Busbeckio* comparatus est Constantinopoli. Continetur eo

Magni Menologii Græcorum Menſis October hoc ordine. Scilicet 1) *Index Antiquus Græcus* totius Menſis Octobris cum principiis cujusque vitæ, Martyrii, & Encomii. 2) *Tabula elegantisſima exhibens imagines pictas inauratas omnium SS. totius Menſis Octobris*. 3) *Symeonis Metaphraſtæ Martyria & vitæ SS.* eo ordine quo in Codice præcedenti ſe exceperunt.

XIX.

Decimus nonus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus, elegans & optimæ notæ in f. ſed in principio & fine mutilus, conſtatque nunc foliis 324. paginatim in binas columnas diviſis, & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Magni Menologii Græcorum Menſis November* hoc ordine, Scilicet 1) *Vitæ rerumque geſtarum a c Miraculorum Sanctorum Confeſſorum, Aſianorum, Anargyrorum Coſmæ & Damiani filiorum Theodotes*, quorum memoria in Menæis Græcorum celebratur d. 1. Nov. particula extrema perexigua, 18. tantum verſibus ſ. lineis conſtans. 2) *Anonymi Narratio 4. miraculorum à SS. Anargyris Coſma & Damiano Aſianis editis*, quorum memoria die 1. Nov. colitur. 3) *Anonymi Autoris Synchroni Martyrium SS. Acyndini, Pegaſii, Anempodiſti,*

ſi, Aphthonii, Elpidephori. 4) *Anonymi Autoris Synchroni Martyrium SS. Martyrum Perſarum Acepſimæ Epiſcopi Joſephi Presbyteri & Aeithalæ Diaconi.* 5) *Sabæ Monachi Synchroni Hiſtoria vitæ, rerum geſtarum & miraculorum S. Joannicii Anachoretæ* & Abbatis ex Bithyniæ pago Marycato, ad borealem partem Paludis Apolloniadis ſito, oriundi. 6) *Finis Martyrii S. Severiani* die 9. Nov. poſt magnum defectum foliorum neſcio quot. 7) *Martyrium S. Oreſtis Tyanæ in Cappadocia ſub. Imp. Diocletiano.* 8) *Vita, converſatio & miracula S. Martini Epiſcopi Turonenſis in Gallia* ab Anonymo quodam Autore incerto conſcripta. 9) *Martyrium S. Martyris Menæ ſ. Mennæ*, qui Martyrium ſubiit in urbe Phrygiæ Regionis Aſiæ Minoris, Cotyæio, ab Anonymo Autore incerto conſcriptum. 10) *Martyrium S. Victoris & S. Stephanidis.* 11) *Martyrium S Martyris Vincentii Archidiaconi* Cæſarauguſtani. 12) *Leontii Neapoleos in Inſula Cypro Epiſcopi Vita S. Joh. Eleemoſynarii* Patriarchæ Alexandrini in Ægypto. 13) *Georgii Archiepiſcopi Alexandrini* qui S. Joh. Eleemoſynario A. C. 623. d. 23. Jan. defuncto in Archiepiſcopatu ſ. Patriarchatu ſucceſſit, *Vita S. Job. Chryſoſtomi* Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, ex S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini, Palladii Epiſco-

pi Helenopolitani, Socratis Scholastici, Hermiæ Sozomeni, & Theodoreti Episcopi Cyri scriptis collecta. 14) *Acta & Martyrium S. Ap. Philippi* ab autore incerto conscripta. 15) *Vita, Martyrium & res gestæ S. Hypatii Episcopi Gangrensis in Paphlagonia.* 16) *Martyrium SS. Martyrum Guria & Samona.* 17) *Martyrium S. Abibi* conscriptum a Theophilo quodam Synchrono & præsente. 18) *Anonymi Oratio* de magno quodam miraculo paulo ante à SS. Martyribus Guria, Samona & Abibo Edessæ edito, & à presbytero quodam Synchrono & præsente, Eulogii Episcopi Edesseni jussu, literis mandato. 19) *Martyrium S. Barlaami Cæsareæ in Cappadocia.* 20) *S. Basilii M. Cæsareæ in Cappadocia Archiepiscopi Oratio Encomiastica* in *S. Martyrem Barlaamum.* 21) *Acta & Martyrium S. Apostoli & Evangelistæ Matthæi* die 16. Novemb. 22) *S. Gregorii Nysseni Episcopi de Vita, rebus gestis & miraculis S. Gregorii Neocæsareæ in Ponto Episcopi* cognomine Thaumaturgi. 23) *Martyrium S. Martyris Platonis* conscriptum a Symeone Metaphraste, sed hic in fine mutilum.

XX.

Vigesimus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in fol. sed in principio & fine injuria temporis ...

lus, conſtatque nunc foliis 192. paginatim in duas columnas diviſis, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *Pars poſterior Anonymi* de magno quodam miraculo paulo ante à SS. martyribus Guria, Samona & Abibo Edeſſæ edito, 2) *S. Joh. Chryſoſtomi Commentarius in S. Ap. & Evangeliſtam Mathæum.* 3) *S. Gregorii Nyſſeni Oratio de vita & miraculis S. Gregorii Thaumaturgi.* 4) *Martyrium S. Martyris Platonis* conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 5) *Vita & res geſtæ S. Gregorii Epiſcopi Agrigentini in Sicilia.* 6) *S. Clementis primi* ejus nominis Pontificis Romani, qui A. C. 100. Martyr obiit, *Epitome ſuppoſititia de geſtis & peregrinationibus S. Petri* Apoſtolorum Principis ad S. Jacobum Epiſcopum Hieroſolymitanum, qua ſimul etiam ipſius S Clementis vita comprehenditur. 8) *Vita S. Alypii Stylitæ* conſcripta à Symeone Metaphraſte. 9) *Martyrium S. Jacobi Perſæ* conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 10) *Vita & Martyrium S. Stephani Junioris* conſcriptum à Symeone Metaphraſte. 11) *Simeonis Metaphraſtæ Commentarius in S. Apoſtolum Andream.*

XXI.

Vigeſimus primus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus & bonæ notæ in f. con-

constatque nunc foliis 240. & ad *Joan. Sambu-cum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Cle-mentina Epitome de gestis S. Petri* Apostolo-rum Principis cum inserta Vita ipsius S. Cle-mentis, & subjuncta ejusdem vitæ continuatio-ne. 2) *Martyrium S. Irenæ.* 3) *Martyrium S. Freboniæ Virginis & Martyris* conscriptum à Thomaide virgine Sanctimoniale Symbolo & præsente. 4) *Symeonis Metaphrastæ nar-ratio miraculi à S. Michaele Archangelo Co-nis s. Colossis in Phrygia edici.* 5) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis Oratio in nativitatem B. M. V.* 6) *Ej. oratio in exaltationem S. crucis.* 7) *Symeonis Metaphrastæ narra-tio* Vitæ, rerum gestarum & miraculorum S. Nicolai Myrensis in Lycia Episcopi. 8) *Ej. Martyrium S. Nicetæ Gothi.* 9) *Ej. Marty-rium S. Euphemiæ Virginis.* 10) *Historia de SS. Barlaamo eremita & Joasapho rege Indiæ* qui vulgò perperam Josaphat appellatur, con-scripta & Hierosolymam allata à Joh. Da-masceno Monacho Lauræ s. Monasterii S. Sa-bæ, quod à S. urbe Hierosolymitana meridiem versus stadiis 80. s. duobus milliaribus Ger-manicis communibus cum dimidio dis-tum est.

XXII.

Vigesimus secundus Codex MS. Hist. Græc. chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. con-stat

ſtatque foliis 153. & olim pertinuit ad *Arſenium Archiepiſcopum Monembaſiæ* in Peloponneſo atque *Georgium Comitem Corinthium*, poſtea autem a *Job. Sambuco* in Italia ęmtus eſt. Continetur eo *S. Job. Damaſceni Hiſtoria de SS. Barlaamo & Joaſapho.*

XXIII.

Vigeſimus tertius Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in f. conſtatque foliis 150. Continetur eo *S. Job. Damaſceni Hiſtoria de SS. Barlaamo & Joaſapho.*

XXIV.

Vigeſimus quartus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. ſed in principio & fine paucis aliquot foliis mutilus, conſtatque nunc foliis 124. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo *S. Job. Damaſceni Hiſtoria de SS. Barlaamo & Joaſapho.*

XXV.

Vigeſimus quintus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt membranaceus antiquus & bonæ notæ in f. ſed injuria temporis in principio & fine aliquot foliis mutilus, conſtatque nunc foliis 226. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo 1) *S. Job. Damaſceni Hiſtoria de SS. Barlaamo & Joaſapho,* ſcripta A. C. 1146. 2) *S. Theodori He-*

Hegumeni i. præpositi Monasterii Studitarum Constantinopoli, qui A. C. 826. d. 11. Novembr. obiit *Sermones Catechetici breves* 134. 3) *Naucratii Studitæ*, qui S. Theodori præpositi C Abbatis fuit Oeconomus, & postea ejusdem in præpositura Monasterii Studitarum Successor, *Epistola Encyclica* i. Circularis ad fratres Patresque Spirituales ab Iconomachis persecutionem sustinentes, & ubique dispersos, *de obitu S. Theodori Abbatis*, cum subjuncto ejusdem testamento.

XXVI.

Vigesimus sextus Codex MS. Hist. Græcus membranaceus in f. sed diversis locis prava foliorum transpositione laborans, & in fine atque alibi passim mutilus, constatque nunc foliis 33. & ad *Joh. Sambucum* quondam pertinuit. Continetur eo *Vita Jo. Chrysostomi* Archiepiscopi Constantinopolitani a Symeone Metaphraste conscripta.

XXVII.

Vigesimus septimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus mediocriter quidem antiquus, sed optimæ notæ in f. constans 78. foliis, & totus propria ipsius *Joh. Sambuci* manu scriptus, ut ipse folii 1. pag. 1. testatur his verbis: *Ex Michaelis Sophiani Codice vetustissimo descriptum Patavii* A. 1557. *per Joh. Sambucum*. Deinde pervenit hic Codex in potestatem ...

Augerio, & post illius obitum in August. Bibl. Cæsaream. Continetur eo Anonymi cujusdam antiqui Autoris *Vita S. Joh. Chrysostomi*, cui index 20. vetustiorum Autorum græcorum, ex quibus ipse narrationem suam excerpsit, præfixus est.

XXVIII.

Vigesimus octavus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 174. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Anonymi cujusdam Autoris Synchroni Vita S. Antonii cognomine Junioris* primum quidem Monachi Monasterii S. Sabæ, postea autem Eremitæ. 2) *Anonymi cujusdam incerti Autoris Martyrium S. Barbaræ Virginis & Martyris.* 3) *Vita S. Sabæ celeberrimi* in Palæstina Abbatis, qui A. C. 531. d. 5. Dec. obiit *a Cyrillo Monacho*, qui adhuc puer uno circiter anno ante S. Sabæ mortem, ipsius cœpit esse discipulus, studiosissime conscripta, divisaque in capita 90. & Georgio Abbati Lauræ novæ dedicata. 4) *Anonymi cujusdam Autoris narratio Narratio à S. Nicolao Myrensi in Lycia Episcopo editi*, quo Imp. Constantini M. tres innocentes Stratopedarchæ Nepotianus, Ursus & Erpylio s. Erpedio ab injusto supplicio liberati sunt. 5) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis encomium in S. Ni-*

co-

colaum Myrensem in Lycia Episcopum. 6) *Narratio vitæ conversationis & Miraculorum S. Nicolai Myrensis* in Lycia Episcopi. 7) *Vita S. Ambrosii Episcopi Mediolanensis* à Symeone Metaphraste conscripta. 8) *Martyrium SS. Martyrum Menæ s. potius Mennæ, Hermogenis & Eugraphi*, diversum ab eo, cujus Codice 15. n. 17. facta est mentio. 9) *Anonymi cujusdam Autoris Synchroni vita S. Danielis Stylitæ.* 10) *Vita S. Spyridonis Episcopi urbis Trimithuntis in Insula Cypro* conscripta à Theodoro Episcopo urbis Paphi. 11) *Symeonis Metaphrastæ Martyrium SS. Martyrum, Eustratii, Auxentii, Eugenii, Orestis & Mardarii.*

XXIX.

Vigesimus nonus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus, elegans & optimæ notæ in 4. constatque foliis 124. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Palladii* natione Galatæ Helenopolitani in Cappadocia Episcopi, *Historia de vitis SS. Patrum* ad Lausum, præpositum S. cubiculi Imp. Theodosii Junioris, quam primus ex Græco in Latinum sermonem translatam edidit Gentianus Hervetus Aurelianensis Parisiis 1555. in 4. Græcè autem Joh. Meursius Lugduni A. 1616. in 4. Græcè & latinè extat in Magna Bibl. Vet. Patrum Parisina Tom. XIII. p. 893. Ab omni-

omnibus autem impressis exemplaribus hic Codex MS. discrepat.

XXX.

Trigesimus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 172. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Theodoreti* Cyri urbis in provincia Syriæ Augusta Euphratesia dicta Episcopi; qui A. C. 431. concilio generali Ephesino interfuit, nec multo post Concilium generale Chalcedonense A. C. 45[illegible] celebratum obiit, *Historia* Φιλόθεος *s. religiosa* de vita & conversatione SS. Dei-amantium Patrum Ascetarum, quam *primus* in lucem edidit Gentianus Hervetus Aurelianensis Parisiis A. 1555. in 4. sed tantum latinè, Græcè autem & latine extat in Opp. Theodoreti Gr. lat. Parisiis 1642. in f. à Jacobo Sirmondo editis licet & ista ab hoc Codice MS. non parum discrepet. 2) *Ej. oratio de divina charitate*, quæ quasi Appendix est Historiæ Asceticæ jam dictæ.

XXXI.

Trigesimus primus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus, antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 445. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Symeonis Metaphrastæ Vita S. Theodoræ Alexandrinæ* pertinens ad d. 11. Sept. 2) *Vita S. Sylvestri*

primi ejus nominis Papæ Romani, qui d. 1. Febr. A. C. 314. electus est & die ult. Decembr. A. 335. obiit, ab Anonymo quodam incerto autore conscripta. 3) *S. Basilii M. Cæsareæ in Cappadocia Archiepiscopi Oratio Encomiastica in S. Gordium* Martyrem. 4) *Ej. oratio exhortatoria ad Baptismum.* 5) *S. Joh. Chrysostomi homilia 4.* in Lazarum & divitem. 6) *Ej. Oratio 5.* in Lazarum & divitem. 7) *Ej. expositio orationis Dominicæ.* 8) *Oratio in inscriptionem* Psalmi 50. 9) *Ej. oratio* de pœnitentia. 10) *Oratio 2.* in Psalmum 50. 11) *Ej. oratio* in vanitatem vitæ & in mortuos. 12) *Historia miraculi Berytiensis*, quæ & hic S. Athanasio Archiepiscopo Alexandrino attribuitur, cum revera Athanasium quendam Autorem agnoscat, qui integris ferè quadringentis annis est recentior. 13) *Anonymi alicujus incerti autoris Commentarius Historicus de imagine B. M. V.* quam S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in S. suo itinere Hierosolymitano ex ejusdem Sanctiss. Virginis Archetypa imagine non manufacta, columnæ templi à SS. Apostolis Petro & Johanne Lyddæ s. Diospoli in Palæstina in honorem ipsius adhuc superstitis extructi, vivis coloribus divinitus impressa curavit in tabula quadam depingi, quæque circa finem Imperii Leonis Isaurici cum à supra laudato S. Germa-

no jam morti vicino, ob persecutionem Iconomachicam alto mari imposita esset, miraculo prorsus stupendo Constantinopoli Romam transnatans, pervenit ad Papam Gregorium III. & similiter post integros 100. annos, cum supra memorata persecutio cessasset, sub Imperatrice Theodora Imp. Theophili vidua, eodem miraculoso transnatationis modo ultro ac sponte sua remigravit Constantinopolim, ideoque ibi celeberrimo B. M. V. templo chalcopatriano collocata, & ΡΩΜΑΪΑ s. Romana cognominata summam venerationem & solennem memoriæ reditus sui celebrationem quotannis d. 8. Sept. promeruit. 14) *S. Joh. Chrysostomi Homilia Catechetica* in illud Matth. 20. Simile est regnum cœlorum homini Patrifamilias. 15) *Vita S. Joh. Eleemosynarii* Patriarchæ Alexandrini in Ægypto à Symeone Metaphraste conscripta. 16) *Symeonis Metaphrastæ Historia Martyrii S. Polyeucti*, qui A. C. 254. in Armenia passus est. 17) *Martyrium S. Neophyti sub Imp. Diocletiano & Maximiano Nicææ in Bithynia*, qui, ut in Martyrologio Romano legitur, 15. annum ætatis agens, flagris cæsus, in fornacem immissus, feris objectus cum permaneret illæsus, & Christi fidem constanter profiteretur, gladio tandem occisus est. 18) *S. Anastasii Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni Homilia* in

Psalmum 6. & in ingressum jejuniorum. 19) *Joh. Monachi & presbyteri Damasceni Oratio* de in fide Mortuis, quomodo juventur missis & Eleemosynis vivorum. 20) *Vita S. Athanasii M. Archiepiscopi Alexandrini* ab Autore incerto conscripta. 21) *Martyrium S. Catharinæ Virginis & Martyris* conscriptum à Symeone Metaphraste. 22) *Vita & conversatio S. Pauli Thebæi primi Eremitæ* in Ægypto. 23) *S. Ephram s. Ephraim*, cognomine Syri, Nisibi in Mesopotamia nati, Edessæ autem, quæ ejusdem regionis urbs est, Diaconi, qui A. C. 378. obiit, *Opuscula varia 34.*

XXXII.

Trigesimus secundus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus in quarto majori, sed vitiosissimè scriptus, & in medio mutilus, constatque nunc foliis 165. Continetur eo: 1) *Anonymi Historia Martyrii SS. XL. Martyrum Sebastenorum.* 2) *Martyrium S. Georgii* à Symeone Metaphraste conscriptum. 3) *Vita & conversio S. Taisiæ meretricis* ab Anonymo conscripta. 4) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis* cognomento Hierosolymi *oratio in dormitionem* s. Assumtionem B. M. V. 5) *S. Joh. Chrysostomi oratio in publicanum & pharisæum.* 6) *Ej. oratio in Parabolam de filio prodigo.* 7) *Ej. oratio in principium S. Quadragesimæ & in expulsionem Adami ex*

Pa-

Paradiso, & de bonis atque malis mulieribus. 8) *Ej. Oratio de jejunio.* 9) *Nectarii Archiepiscopi Constantinopolitani Narratio quam ob causam primo Sabbato jejuniorum celebremus memoriam S. Martyris Theodori.* 10) *Narratio de SS & venerandis imaginibus* & cur prima Dominica Quadragesimæ annua earum celebretur memoria. 11) *Historia miraculi imaginis Christi* à Judæis in urbe Beryto A. C. 765. per ludibrium crucifixæ ab Athanasio quodam Synchrono conscripta. 12) *Anonymi oratio historica* habita in memoriam ingentis miraculi, quod Constantinopoli contigit per imaginem quandam Salvatoris nostri J. C. in puteo magnæ Ecclesiæ S. Sophiæ collocatam, quæ à Judæo gladio icta, copiosum effudit sanguinem. 13) *S. Joh. Chrysostomi oratio de charitate.* 14) *Vita S. Petri* principis Apostolorum. 15) *S. Joh. Chrysostomi oratio de patientia* & de mortuis non amarè deflendis. 16) *S. Ephræmi Syri oratio* de patientia & de judicio extremo. 17) *Ej. oratio de pœnitentia* & judicio & de separatione animæ & corporis. 18) *Danielis Abbatis narratio à Joh. Diacono* quodam accepta, de puero aliquo Hebræo, à pueris Christianis per lusum babtizato. 19) *Narratio quædam ex opere de vitis SS. Patrum.* 20) *Hesychii Presbyteri Hierosolymitani oratio*

in Lazarum quatriduanum hactenus inedita. 21) *S. Joh. Chrysostomi Oratio in festum Palmarum.* 22) *Ej. oratio in proditionem Judæ & in traditionem Mysteriorum.* 23) *Ej. oratio in beatum & justum Job.* 24) *S. Epiphanii Constantiæ* s. Salaminis in Cypro Insula Episcopi *Oratio in sepulturam Christi*, & in Josephum ab Arimathæa. 25) *Amphilochii* Iconiensis in Lycaonia Episcopi, qui S. Basilio M. Synchronus circa A. C. 393. obiit, *oratio hactenus inedita de virtute, & de malis hominibus atque Diabolis.*

XXXIII.

Trigesimus tertius Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus antiquus in 4. sed vitiosissimè scriptus & nonnullis locis mutilus, ac perperam compactus, constatque nunc foliis 114. atque olim ad quendam *Joh. Corinthium* pertinuit. Continetur eo 1) *Vita S. Alexii ab Anonymo conscripta.* 2) *Anonymi narratio Apocrypha & fabulosa de vita & conversatione Adami & Evæ*, quæ falso tribuitur Moysi, ac si ea jussu Dei per Michaëlem Archangelum tempore legislationis divinæ in monte Sinai illi fuerit revelata. 3) *Anonymi narratio miraculi editi* tempore Imp. Theodosii M. à S. Georgio Martyre quomodo is Theopisto agricolæ ejusque uxori Eusebiæ non solum restituerit perditos boves, verum etiam eosdem

tan-

tanquam conviva invisere dignatus sit, & ex pauperrimis reddiderit valde divites. 4) *Variorum Autorum quæstiones, responsiones & definitiones miscellaneæ* de fide. 5) *Sententiæ variæ Politicæ, Ethicæ & Asceticæ* ex variorum Autorum scriptis collectæ, præcipuè autem ex Opp. Philonis Judæi. 6) *Anonymi Autoris græci dissertatio contra Latinos de Azymis*, jejunio Sabbati, conjugio Sacerdotum, oblatione Eucharistiæ & quadragesima. 7) *S. Joh. Chrysostomi oratio de jejunio.* 8) *Ex ejusdem oratione in S. Pascha & ex alia oratione* fragmenta de Jejunio. 9) *S. Basilii M. & S. Athanasii M. fragmenta duo de jejunio.* 10) *S. Ephræmi Syri oratio de continentia.* 11) *Ej. oratio de correctione virtutis.* 12) *S. Nili discipuli S. Joh. Chrysostomi* & ex præfecto urbis Constantinopolitanæ Monachi s. Ascetæ, qui circa A. C. 400. obiit, sententiæ de temperantia. 13) Ex *S. Athanasii Junioris quæstionibus ad Antiochum quæstiones & responsiones V. de Adulterio & Scortatione.* 14) *S. Eusebii Archiepiscopi Alexandrini* responsum ad cujusdam Alexandrini interrogationem de causa colendi Diem Dominicum abstinentia à laboribus eo die prohibitis. 15) *S. Anastasii Monachi S. Montis Sinai Homilia in Psalmum 6. de pœnitentia.* 16) Ex *S. Ephræmi Syri doctrina oratio* de pœniten-

tia & futuro judicio & abſtinentia à voluptaria vita.

XXXIV.

Trigeſimus quartus Codex MS. Hiſt. Gr. chartaceus antiquus in 4. ſed vitioſiſſimè ſcriptus conſtatque nunc foliis 134. Continetur eo 1) *Vita & converſatio S. Onuphrii* Anachoretæ celeberrimi, qui A. C. 370. obiit, & aliorum quorundam Patrum eodem tempore eandem vaſtam Ægypti eremum ſolitarie incolentium, conſcripta à S. Paphnutio Anachoreta Synchrono, qui ipſum S. Onuphrium ſepelivit. 2) *Vita & converſatio S. Baſilii Junioris Aſcetæ*, conſcripta à Gregorio ipſius diſcipulo. 3) *S. Ephræmi Syri oratio de pœnitentia & compunctione.* 4) *S. Euſebii Archiepiſcopi Alexandrini Encomium diei Dominicæ.* 5) *S. Joh. Chryſoſtomi oratio de Eleemoſyna.* 6) *Anonymi deſcriptio qualitatum boni Sacerdotis.* 7) *Anonymi narratio de exaltatione S. crucis* ſub Imp. Conſtantino M. per matrem ipſius S. Helenam. 8) *Anonymi narratio fabuloſa græco-barbara* de Actis & viſionibus quibusdam admirandis, quas vidit S. Joh. Apoſtolus & Evangeliſta, cum primum Chriſtus Petro & Jacobo apparuit. 9) *Anonymi Autoris Synchroni narratio admiranda Miraculi* à S. Magno Martyre Georgio editi in puerum Paphlagonem captivum nomine

Geor-

Georgium, qui beneficio illius præter omnem ſpem ſervatus, & à captivitate Bulgarica liberatus eſt. 10) *Anonymi Narratio de quodam principe Judæorum nomine Theodoſio*, qui tempore Juſtiniani M. Argentario cuidam Chriſtiano, nomine Philippo, patefecit vetuſtisſimum & à Judæis ſummo ſtudio occultatum templi Hieroſolymitani teſtimonium publicum, de Servatore noſtro J. C. quod is fuerit filius Dei viventis & Mariæ, ante & poſt partum Virginis. 11) *Anonymi Narratio de Melchiſedecho & Loto.* 12) *Martyrium S. Paraſceves* Virginis & Martyris ab Anonymo conſcriptum. 13) *Anonymi autoris Synchroni Hiſtoria vitæ & Martyris S. Euſtathii*, alias Placidi vel Placidæ dicti, & filiorum ejus Agapii & Theopiſti, atque uxoris ejus Theopiſtes. 14) *S. Joh. Chryſoſtomi Oratio de pſeudo-prophetis* & falſis doctoribus & Atheis hæreticis, & de ſignis conſummationis paulo ante mortem habita. 15) *Ej. Oratio in ſecundum adventum Chriſti.* 16) *Ej. oratio de pœnitentia.* 17) *Ej. oratio in vanitatem vitæ hujus mundi.* 18) *Chriſtophori Archiepiſcopi Alexandrini paræneſis aſcetica & Parabolica* de vita humana. 19) *Vita & converſatio S. Euphroſynæ* Virginis & ſub ficto Smaragdi nomine Monachi, ac patris ejus Paph-

 nutii

nutii. 10) *S. Joh. Chrysostomi oratio in S. Pascha.*

XXXV.

Trigesimus quintus Codex MS.Hist. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 196. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Amphilochii Iconiensis in Lycaonia Episcopi Narratio de vita & Miraculis S. Basilii M.* Cæsareæ in Cappadocia Archiepiscopi, quæ ab impressa editione non solum varietate lectionum discrepat, verum etiam magnitudine. Siquidem hæc nostra est plenior atque prolixior. Neque tamen est ipsius Amphilochii hic fœtus; Quin potius est alterius cujusdam Autoris recentioris, qui ex S. Gregorii Nazianzeni, S. Gregorii Nysseni, Hellodii Cæsareensis in Cappadocia Archiepiscopi & aliorum diversorum scriptis vitam S. Basilii collegit, & sub specioso Amphilochii nomine edidit, quoniam is S. Basilio M. fuit familiarissimus. 2) *Magni Logothetæ Constantinopolitani Constantini Acropolitæ oratio* in S. Martyrem Theodosiam, patria Constantinopolitanam, quæ sub Imp. Leone Isauro pro cultu SS. Imaginum Constantinopoli passa est. 3) *S. Georgii Cyprii Patriarchæ Constantinopolitani Oratio in S. Magnum Martyrem Georgium.* 4) *Asterii Amasea in Ponto* Episcopi orthodoxi, qui post Imperium

perium Juliani Apoſtatæ circa A. C. quo præcipuè floruit, *Encomium in SS. Martyres.*

XXXVI.

Trigeſimus ſextus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. ſed in principio & fine mutilus conſtatque nunc foliis 137. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Fragmentum Martyrii S. Barbaræ.* 2) *Martyrium S. Nicetæ Gothi, qui ſub Athanarico rege* ob catholicam fidem igne combuſtus eſt, cujusque memoria celebratur die 15. Sept. 3) *Anonymi narratio fabuloſa de Morte Abrahami Patriarchæ* & de corporali ejusdem translatione in cœlum per Michaëlem Archangelum. 4) *Anonymi narratio de S. Joh. Apoſtolo & Evangeliſta.* 5) *Anonymi narratio de Martyrio & manifeſtatione reſurrectionis SS. Septem puerorum Epheſi dormientium.* 6) *Anonymi narratio de captivitate urbis Hieroſolymitanæ* ſub rege Chaldæorum Nebuçadnezare. 7) *Martyrium S. Theodori τȣ̃ ϛρατηλάτȣ* ſ. Ducis exercitus, conſcriptum ab Abgaro Notario, qui rebus geſtis interfuit. 8) *Anonymi narratio alicujus miraculi S. Theodori Tyronis.* 9) *Anonymi Vita & converſatio S. Nicolai Myrenſis in Lycia Epiſcopi.* 10) *Anonymi Narratio à S. Nicolao, Myrenſi in Lycia Epiſcopo editi,* quo Imp. Conſtantini M. tres in-

nocen-

nocentes Stratopedarchæ ab injusto supplicio liberati sunt. 11) *S. Jacobi Apostoli, cognominis minoris s. fratris Domini, Protevangelium* s. Narratio supposititia de nativitate B. M. V. 12) *Acta & miracula SS. Ap. Petri & Pauli*, quomodo Romæ sub Imp. Nerone passi sunt, ab anonymo conscripta, sed in fine mutila. 13) *Martyrium S. Susannæ filiæ Artemii Sacerdotis Idolorum*, ab Anonymo conscriptum. 14) *Martyrium S. Hypatii Gangrensis* in Paphlagonia Episcopi.

XXXVII.

Trigesimus septimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 123. & ad *Job Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Vita & conversatio S. Andreæ* cognomine διὰ χριστὸν σαλοῦ h. e. propter Christum stulti s. potius stultum se simulantis, qui Sec. V. post C. N. sub Imp. Thrace & Zenone Isaurico claruit, amplissimè conscripta ab Autore Synchrono, Nicephoro Magnæ Ecclesiæ Constantinop. S. Sophiæ Presbytero. 2) *Barlaami Monachi Calabri demonstratio* contra legatos Pontificis Romani de processione Spiritus S. ex solo patre in capita 12. divisa.

XXXVIII.

Trigesimus octavus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 153.

Continetur eo 1) *Archippi Prosmonarii s. Custodis* templi S. Michaelis Archangeli Chonis *s. Collossis in Phrygia Narratio miraculi* ab eodem S. Archangelo ibi editi. 2) *S. Jacobi Apostoli, cognomine Minoris* & fratris Domini, *Protevangelium s. narratio* suppofititia de nativitate B. M. V. 3) *S. Joh. Chrysostomi oratio* in B. Susannam. 4) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis oratio* in nativitatem B. M. V. 5) *Ej. oratio in exaltationem* S. crucis. 6) *Ej. oratio* in obitum & assumtionem B. M. V. 7) *Martyrium S. Nicephori Martyris* Antiochiæ in Syria à Symeone Metaphraste conscriptum. 8) *Symeonis Metaphrastæ Martyrium S. Blasii* Episcopi Sebastiæ in Cappadocia. 9) *Ej. Martyrium S. Nicetæ Gothi.* 10) *Anonymi Vita S. Alexii.* 11) *Symeonis Metaphrastæ Martyrium* S. Ananiæ. 12) *Ej. Commentarius in S. Apostolum Thomam.* 13) *Anonymi narratio inventionis S. Crucis* per S. Helenam Imp. Constantini M. matrem. 14) *Symeonis Metaphrastæ* Martyrium S. Demetrii. 15) *Anonymi Acta SS. Confessorum Asianorum* Anargyrorum Cosmæ & Damiani filiorum Theodotes, quorum memoria in Menæis Græcorum celebratur d. 1. Nov. 16) *Anonymi Martyrium* S. Barbaræ. 17) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis Encomium in S. Nicolaum Myrensem*

ſem in Lycia Epiſcopum. 18) *S. Ephræmi Syri oratio* in Patriarchas Abrahamum, Iſaacum & Jacobum. 19) *S. Gregorii Naz. oratio in nativitatem Chriſti.* 20) Ex *vita S. Baſilii M.* quæ vulgò perperam Amphilochio Iconienſi Epiſcopo attribuitur, *narrationes quorundam miraculorum.* 21) *S. Joh. Chryſoſtomi oratio* in S. Chriſti Baptiſma. 22) *Amphilochii Epiſcopi Iconii Oratio* in occurſum Chriſti. 23) *S. Ephræmi Syri Oratio de charitate & pœnitentia.* 24) Ex *S. Joh. Moſchi Limonario ſ. prato Spirituali* caput 78. continens narrationem ſtupendi miraculi puellæ mortuæ, quæ exſpoliatorem ſuum detinuit, nec relaxare voluit, donec is promitteret ſe monachum futurum. 25) *S. Joh. Chryſoſtomi oratio* in Annunciationem B.M.V. contra impium Arium. 26) *Ej. oratio in Annuciationem B.M.V.* 27) *Ej. oratio de jejunio & Eleemoſyna.* 28) *Anonymi*, qui rebus geſtis interfuit *Martyrium S. Theodori*, cognomine Tyronis vel Teronis. 29) *Symeonis Metaphraſtæ vita S. Symeonis Stilitæ*, primi ſ. Senioris ab initio mutila. 30) Ex *opere de vitis patrum oratio de charitate.*

XXXIX.

Trigeſimus nonus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus antiquus in 8. in principio & fine mutilus, conſtatque nunc foliis 120. & ab *Augerio*

gerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Excerpta miscellanea ex diversis variorum Autorum Scriptis*, nempe ex Sophronio Archiepisc. Hierosol. Andrea Archiepisc. Cretensi, S. Joh. Damasceno &c.

XL.

Quadragesimus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus in 4. principio & fine ac nonnullis aliis locis mutilus, constatque nunc foliis 223. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Joh. Monachi* & presbyteri Eubææ, qui circa A. C. 744. claruit, *Oratio Historica* in Annunciationem S. Joachimi & S. Annæ & in nativitatem B.M.V. 2) *S. Jacobi* Apostoli, cognomine minoris & fratris Domini, *Protevangelium.* 3) *Pantaleonis Presbyteri* Monasterii Byzantinorum *Oratio in exaltationem S. crucis.* 4) *Martyrium S. Arethæ* & Sociorum ejus ab Anonymo conscriptum. 5) *S. Germani* Archiepiscopi Constantinopolitani, qui circa A.C. 740. obiit, *oratio* in Sanctissimæ Virginis Deiparæ præsentationem in Templo Hierosolymitano. 6) *Martyrium S. Catharinæ Reginæ* & Rhetoris ab Athanasio ipsius servo conscriptum. 7) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis Encomium in S. Nicolaum Myrensem* in Lycia Episcopum. 8) *S. Gregorii Naz. oratio*

in

in nativitatem Christi. 9) *S. Basilii Magni oratio adhortatoria* ad Baptismum. 10) *S. Joh. Chrysostomi* oratio in psalmum 50. 11) *S. Joh. Chrysostomi oratio in incarnationem Christi* & quod unicuique climati præsunt S. Angeli. 12) *Ej. oratio in mulieres* ad sepulchrum Christi unguenta afferentes & quod nulla inter Evangelistas sit discrepantia circa resurrectionem Christi. 13) Ex *S. Epiphanii Constantiæ* s. Salaminis in Cypro Insula Episcopi, *Panario* s. opere adversus hæreses fragmentum *de genealogia* S. Josephi sponsi B. M. V. 14) Ex *Severi Episcopi Antiocheni* Monophysitæ Opp. *fragmentum de triduana Christi sepultura*, quomodo ea intelligenda & supputanda sit. 15) Ex *S. Joh. Chrysostomi Opp. fragmentum de blasphemia* in Spiritum S. 16) *Anonymi Annotatio Historica de origine nominis Samaritarum.* 17) *Anonymi Expositio in illud Proverb. c. 9. v. 1.* 18) Ex *Hippolyti Episcopi Portuensis* & Martyris expositione in Canticum Canticorum fragmentum *de Scriptis Salomonis* regis Hebræorum. 19) *Anonymi Oratio de inventione S. Crucis* & clavorum Christi per S. Helenam Imp. Constantini M. Matrem. 20) *S. Joh. Chrysostomi Oratio in Mesopentecosten.* 21) *Ej. oratio in Ascensionem Christi.* 22) *Ej. oratio in S. Pentecosten.* 23) *Symeonis Metaphrastæ Martyrium*

tyrium S. Eustratii & sociorum. 24) *Anonymi vita, conversatio & miracula SS. Anargyrorum Asianorum* Cosmæ & Damiani filiorum Theodotes. 25) *Prophetia Danielis* à c. 3. 26) *Vita S. Alexii.* 27) *Vita S. Joh. Calybetæ* ab anonymo Autore Synchrono conscriptum. 28) *S. Joh Chrysostomi Oratio in nativitatem* S. Joh. Baptistæ.

XLI.

Quadragesimus primus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus in f. constatque nunc foliis 158. Continentur eo 1) *Apophthegmata & Acta SS. Patrum ordine Alphabetico* secundum ipsorum nomina ab A usque ad Ω, ita videlicet ut primum agatur de Abbate Antonio, ultimò de Abbate Or. Quæ edidit quidem Joh. Bapt. Cotelerius S. J. in Tom. I. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ Lutetiæ Paris. 1677. in 4. Gr. & lat. sed in hoc Codice MS. & in proxime sequenti sunt multæ lectiones variantes & additiones, quibus editio Coteleriana potest augeri. 2) *Appendix supra memorati Alphabeti Apophthegmatum* & Actorum SS. Patrum.

XLII.

Quadragesimus secundus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus in f. in principio & fine mutilus constatque nunc foliis 232. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continen-

tur eo 1) *Eadem Apophthegmata & acta* SS. Patrum, quæ sunt in præcedenti Codice MS. 2) *Appendix jam dicti Alphabethi Apophthegmatum* absque ordine Alphabetico. 3) *Palladii Historia Lausiaca.* 4) *Anonymi Oratio Ascetica.*

XLIII.

Quadragesimus tertius Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in f. sed in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 152. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Syntagma collatitium de vitis & Apophthegmatibus SS. Patrum* Ascetarum à variis collectum & secundum diversitatem materiarum in capita f. Locos communes divisum. 2) *Joh. Moschi presbyteri & Monachi,* qui circa A.C. 630. floruit, *Opus de Vitis & Apophthegmatibus SS. Patrum*, quod novus Paradisus nec non Limonarium f. Pratum Spirituale appellatur.

XLIV.

Quadragesimus quartus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. constatque foliis 208. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Acta & Canones variorum Conciliorum generalium & provincialium cum subjunctis nonnullis diverso-*

rum

rum SS. Patrum ſcriptis Canonicis, hoc ordine, ſcilicet 1) *Index antiquus græcus totius Syntagmatis.* 2) *Canones SS. Apoſtolorum Anonymi cujusdam antiqui Scholiaſtæ græci* annotationibus, marginalibus & interlinearibus illuſtrati. 3) *Concilii Nicæni Oecumenici* ſ. generalis primi, quod A. C. 325. Nicææ in Bithynia præſente ipſo Imp. Conſtantino M. à 318. Patribus, præcipuè adverſus Arium hæreſiarcham presbyterum Alexandrinum, divinitatem Chriſti impugnantem celebratum eſt, *Canones XX.* ab Anonymo quodam Scholiaſte antiquo Græco annotationibus, marginalibus & interlinearibus illuſtrati. 4) *Concilii Ancyrani* A. C. 314. Ancyra in Galatia Aſiæ regione ab XVIII. Epiſcopis in cauſa lapſorum celebrati, *Canones XXV.* ab Anonymo quodam Scholiaſte antiquo Græco annotationibus, marginalibus & interlinearibus illuſtrati. 5) *Concilii Neocæſareenſis* A. C. 314. vel proximo ſequente Neocæſareæ in Cappadocia a XIII. Epiſcopis celebrati, *Canones XIV.* anonymi cujusdam Scholiaſtæ græci annotationibus, marginalibus & interlinearibus illuſtrati. 6) *Concilii Gangranſis* poſt Concilium Nicænum, vel A. C. 326. vel non multo poſt Gangræ in Paphlagonia à XV. Patribus adverſus Euſtathium Sebaſtianenſem in Armenia Epiſcopum, vel ut Baronius & Binius arbitrantur, contra Euta-

ctum Monachum Armenum nuptias damnantem, celebrati, *Canones XX.* 7) *Concilii Antiocheni* A. C. 341. Antiochiæ in Syria à XXX. Episcopis celebrati, *Canones XXV.* anonymi antiqui Scholiastæ græci annotationibus, marginalibus & interlinearibus illustrati. 8) *Concilii Laodicæni Sec. IV. post C. N.* anno incerto Laodicææ in Phrygia Pacatiana à Nunechio Phrygiæ Metropolitano & XXXII. Episcopis ad collapsam Ecclesiæ disciplinam restaurandam celebrati *Canones LIX.* ab anonymo quodam antiquo Scholiaste Græco annotationibus, marginalibus & interlinearibus illustrati. 9) *Concilii Constantinop. I.* Oecumenici autem II. A. C. 381. Constantinopoli in Thracia sub Imp. Theodosio M. à CL. Patribus præcipue adversus Macedonium Patriarcham Constantin. divinitatem Spiritus S. impugnantem celebrati, *Canones VII.* ab Anonymo quodam antiquo Scholiaste græco annotationibus, marginalibus & interlinearibus illustrati. 10) *Concilii Ephesini* Oecumenici III. A. C. 431. Ephesi in Jonia Asiæ minoris regione ab Episcopis plusquam CC. adversus Nestorium Patriarcham Constantinopolitanum celebrati, *Canones IX.* 11) *Concilii Chalcedonensis* Oecumenici IV. A. C. 451. sub Imp. Marciano in Ecclesia S. Euphemiæ Chalcedone in Bithynia à DCXXX. Episcopis ad-

adversus Eutychen Archimandritam f. Abbatem Constantinopol. & Dioscorum Patriarcham Alexandrinum duas in Christo naturas confundentes celebrati, *Canones XXX.* ab anonymo quodam antiquo Scholiaste græco annotationibus, marginalibus & interlinearibus illustrati. 12) *Concilii Sardicensis* A. C. 347. Sardicæ in Thracia à CCCLXXVI. Episcopis in causa præcipue Athanasii Archiepiscopi Alexandrini celebrati, *Canones XXI.* ab anonymo quodam Scholiaste Græco annotationibus, marginalibus & interlinearibus illustrati. 13) *Concilii Carthaginensis* A. C. 418. 419. & 423. sub Pontificibus Romanis Zosimo, Bonifacio I. & S. Cœlestino I. Præside Aurelio Episcopo Carthaginensi celebrati, & CCXVII. Episcoporum subscriptionibus confirmati *Canones X.* 14) Ex *Actis Concilii Constantinopolitani* A. C. 394. in causa Agapii & Bagadii eundem Episcopatum Bostrensem sibi vendicantium, celebrati, *excerpta nonnulla.* 15) *Pseudo-Concilii Constantinopolitani Oecumenici VI.* quod A. C. 692. vel secundum alios 707. sub Imp. Justiniano 2. Rhinotmeto Constantinopoli in Trullo Imperatorii Palatii celebratum fuit, & vulgo Synodus πενθέκτη s. Synodus Quinti-Sexta appellatur *Canones CII.* ab Anonymo quodam antiquo Scholiaste Græco annotationibus,

marginalibus & interlinearibus illuſtrati. 16) *Concilii Nicæni II.* Oecumenici VII. A. C. 787. ſub Imp. Conſtantino VI. & matre ejus Irene Nicææ in Bithynia à CCCL. Epiſcopis adverſus Iconomachorum hæreſin celebrati *Canones XXII.* ab Anonymo quodam antiquo Scholiaſte Græco annotationibus, marginalibus & interlinearibus illuſtrati. 17) *Pſeudo-Concilii Conſtantinopolitani* in duas Actiones diviſi ideoque vulgò primi & ſecundi appellati, in quo machinatione ſceleſtiſſimi Photii, qui Eunuchus & laicus exiſtens Patriarchatum Conſtantinopolitanum per fraudem & vim invaſerat, CCCXVIII. Epiſcopi A.C. 861. Conſtantinopoli in templo SS. Apoſtolorum S. Ignatii veri & legitimi Patriarchæ Conſtantinopolitani, injuſtiſſimam depoſitionem ſimul, & Photii illegitimam intruſionem irritè confirmarunt, *Canones XVII.* 18) *Pſeudoconcilii Photiani Oecumenici quaſi VIII.* A. C. 879. à 383. Epiſcopis in magna Eccleſia S. Sophiæ celebrati, in quo tempore Joh. VIII. poſt obitum S. Ignatii veri & legitimi Patriarchæ Conſtantinopolitani, reſtitutio Photii confirmata, verum & genuinum Concilium Oecumenicum VIII. abrogatum, Autoritas ſedis Apoſtolicæ ſuppreſſa, & è Symbolo fidei particula illa *filioque* ſublata eſt *Canones III.* 19) *S. Dionyſii Archiepiſcopi Alexandrini*, qui

A. C.

A. C. 265. obiit, *Epistola responsoria* ad Basilidem de diversis Capitibus Canonicis. 20) *S. Petri Archiepiscopi Alexandrini & Martyris, qui A. C. 310. passus est, Canones XV.* quorum quatuordecim priores desumti sunt ex Sermone ipsius de pœnitentia, decimus quintus autem ex Sermone ejus in S. Pascha. 21) *S. Gregorii Episcopi Neocæsariensis*, cognomine Thaumaturgi, *Epistola Canonica* de iis, qui in Barbarorum incursione idolothyta comederant & alia quædam peccata commiserant. 22) *S. Athanasii M.* Archiepiscopi Alexandrini Epistola Canonica ad Ammum Monachum, & ex ejusdem Epistola festali 39. fragmentum Canonicum. 23) *S. Basilii M. Cæsareæ* in Cappadocia Archiepiscopi, ad Amphilochium Iconiensem in Lycaonia Episcopum *Epistolæ tres Canonicæ*, ab Anonymo quodam antiquo Scholiaste græco annotationibus, marginalibus & interlinearibus illustratæ. 24) *Ex ejusdem ad eundem Epistola*, quæ est inter Epistolas miscellaneas Tom. 2. Opp. 391. *fragmentum Canonicum* de differentia ciborum contra Encratitas. 25) *Ej. Epistola ad Diodorum* Episcopum Tarsensem adversus eos, qui duas sorores ducunt in matrimonium, & adversus eas, quæ duobus nubunt fratribus. 26) *Ej. Epistola ad Gregorium* presbyterum, ut mulierem cohabitantem a se dimittat.

 27) *Ej.*

27) *Ej. admonitio* ad Chorepiscopos, ne simoniaci ipso fiant ministri præter Canones. 28) *Ej. Epistola* ad Episcopos sibi subjectos, ne pecunia ordinent. 29) *Ex ejusdem cap. 27. & 29. Operis de Spiritu S.* ad Amphilochium fragmenta duo. 30) *Theophili Archiepiscopi Alexandrini edictum* cum Theophania die Dominico instarent. 31) *Responsa Canonica Timothei Archiepiscopi* Alexandrini, qui unus fuit CCCL. SS. Patrum Concilii Constantinop. I. Oecumenici II. ad varias interrogationes à quibusdam Episcopis & Clericis ipsi propositas. 32) *S. Athanasii M.* Archiepiscopi Alexandrini *Epistola Canonica* ad Ammonium Monachum. 33) *Ej. Epistola* ad Rufinianum Episcopum. 34) *S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini* Epistolæ IV. Canonicæ. 35) *Gennadii* Patriarchæ Constantinopolitani, qui A. C. 471. obiit, & Concilii Constantinopolitani LXXIII. Episcoporum A. C. 459. cum ipso contra Simoniacas corruptelas celebrati *Epistola Encyclica* ad omnes Metropolitanos. 36) *Epistola Constantinopolitana* ad Martyrium Episcopum Antiochenum, quo modo recipiendi sint hæretici ad Catholicam Ecclesiam se convertentes. 37) *S. Gregorii Nysseni* in Cappadocia Episcopi *Epistola Canonica* ad Letojum Episcopum Melitenæ in Cappadocia. 38) Ex *ejusdem Carminibus* fragmentum

mentum de Libris Canonicis SS. V. & N. T. 39) Ex *Amphilochii Iconiensis* in Lycaonia Episcopi Epistola Jambica ad Seleucum *fragmentum* de Libris Canonicis SS. V. & N. T. 40) *S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini* capita f. *Anathematismi XII.* contra Nestorium hæresiarcham. 41) *S. Anastasii Sinaitæ* Patriarchæ Antiocheni *demonstratio Historica*, magnam & Angelicam esse Summi Sacerdotis dignitatem, nec Sacerdotem judicari posse a laico, sed tantum ab alio majore Sacerdote. 42) *Ej. narratio Sacra de S. Gregorio M.* primo ejus Nominis Papa Romano, qui ob quatuor Libros dialogorum, quos de vita & miraculis Patrum Italicorum & de æternitate animarum composuit, vulgo cognominatur Dialogus. 43) *S. Joh. Damasceni Epitome* Panarii f. Operis S. Epiphanii, Constantiæ in Cypro Episcopi adversus 80. hæreses cum continuatione usque ad suam ætatem. 44) *Timothei* magnæ Ecclesiæ Constantinop. presbyteri *Liber de differentia hæreticorum* ad orthodoxam fidem Catholicam se convertentium. 45) Ex *S. Gregorii Nysseni* in Cappadocia Episcopi Opp. *fragmentum* contra Manichæos.

XLV.

Quadragesimus quintus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus, elegans &

Ss 5 opti-

optimæ notæ in f. constatque foliis 23... & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo Acta seu Canones variorum Conciliorum generalium & provincialium cum adjunctis aliis variorum Autorum diversis scriptis ad eandem materiam pertinentibus, hoc ordine, scilicet 1) *Constitutionum Apostolicarum S. Clementis* primi ejus Nominis Papæ Romani *Liber VIII.* f. ultimus. 2) *Constitutiones SS. Apostolorum per* ... *lytum.* 3) *Constitutiones & Canones SS. Apostolorum per S. Clementem.* 4) *Simonis* ... *nanæ Canones Ecclesiastici.* 5) *Constitutiones quædam SS. Apostolorum* Petri & Pauli. 6) *S. Pauli Apostoli constitutio Ecclesiastica* in Canones XVII. divisa. 7) *Definitio Canonica SS.* Apostolorum in Canones XVIII. divisa. 8) *Excerpta 31. ex capitulis Constitutionis de Episcopis.* 9) *Excerptum ex Constitutionibus Apostolicis.* 10) *Photii Patriarchæ Constantinopolitani præfatio in Syntagma Canonum* A. C. 883. à se compositum, quod licet opus sit à Nomocanone diversum, eandem tamen præfixam habet præfationem. 11) *Principium Syntagmatis Canonum à Photio compositi* f. Index materiarum, quæ continentur 85. Canonibus illis, qui dicuntur SS. Apostolorum. 12) *Canones Concilii Nicæni Oecumenici I.* 13) *Argumenta Canonum Concilii*

Ancyr-

Ancyrani. 14) *Argumenta Canonum Concilii Neocæsareensis.* 15) *Argumenta Canonum Concilii Sardicensis.* 16) *Argumenta Canonum Concilii Gangrensis.* 17) *Argumenta Canonum Concilii Antiocheni I.* 18) *Argumenta Canonum Concilii Laodiceni.* 19) *Argumenta Canonum Concilii Constantinopolitani I. f. Oecumenici II.* 20) *Argumenta Canonum Concilii Ephesini Oecumenici III.* 21) *Argumenta Canonum Concilii Chalcedonensis* Oecumenici IV. & alia varia Excerpta ex Actis ejusdem Concilii. 22) *Theophili* Archiepiscopi Alexandrini *diversa scripta Canonica*, nempe de Theophaniis ad Ammonem, ad Aphyngium, ad Agathum & ad Mænam. 23) *S. Dionysii Archiepiscopi Alexandrini* Epistola ad Basilidem de diversis Capitibus Canonicis & S. Petri Archiepiscopi Alexandrini Canones XV. 24) *S. Gregorii Episcopi Neocæsareensis, cognomine Thaumaturgi, Epistola Canonica.* 25) *S. Athanasii M.* Archiepiscopi Alexandrini *Epistola Canonica* ad Ammum Monachum, & ex ejusdem Epistola festali 39. *fragmentum.* 26) *S. Basilii M. Cæsareæ in Cappadocia Archiepiscopi diversa Scripta Canonica.* 27) *S. Gregorii Nysseni in Cappadocia Episcopi* Epistola Canonica ad Letojum. 28) *Ej. & S. Amphilochii Iconiensis* fragmenta metrica de Libris Canonicis V. & N. T.

29) *S.*

29) *S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini* Epistolæ duæ Canonicæ ad Dominum & ad Episcopos in Lybia & Pentapoli. 30) *Gennadii Patriarchæ Constantinopolitani* & Synodi cum ipso congregatæ *Epistola circularis* ad omnes Metropolitanos. 31) *Epistola Constantinopoli scripta* ad Martyrium Episcopum Antiochenum. 32) *Timothei Archiepiscopi Alexandrini* responsa Canonica. 33) *Concilii Constantinopolitani II.* Oecumenici autem V. A. C. 553. sub Imp. Justiniano I. f. M. Constantinopoli à CLX. patribus contra Origenem, Theodorum Episcopum Mopsuestenum. Ibam Episcopum Edessenum, & Theodoretum Episcopum Cyrensem celebrati, *Canones XV.* adversus Origenis & sectatorum ejus hæretica dogmata, qui cum ab Origenistis summa industria malitiose suppressi fuerint, ideoque in omnibus Actorum istius Concilii editionibus, ne ultima quidem illa Parisina Labbeana excepta, etiam nunc desiderentur, dignissimi profectò sunt, ut ex hoc Codice MS. in lucem proferantur. 34) *S. Leonis I. Papæ Epistola dogmatica* ad Flavianum Archiepiscopum Constantinopolitanum contra Eutychen hæresiarcham ejusque sectatores. 35) *Concilii Carthaginensis CCXVII. Patrum Canones 137.* 36) *Concilii Carthaginensis III.* A. C. 256. à S. Cypriano Episcopo Carthaginensi & Mar-

Martyre cum Episcopis 84. in urbe Carthaginensi contra baptismum ab hæreticis collatum celebrati, sed ab Ecclesia Catholica reprobati, *Acta cum adjunctis Canonibus 84.* 37) Ex *Actis Concilii Constantinopolitani* A. C. 394. in causa Agapii & Bagadii eundem Episcopatum Bostrensem sibi vendicantium celebrati, *excerpta nonnulla.* 38) *Pseudo-Concilii Constantinopolitani Oecumenici VI. quod A. C. 692.* vel secundum alios 707. sub Imp. Justiniano II. s. Rhinotmeto, Constantinopoli in Trullo Imperatorii Palatii celebratum fuit, & vulgo Synodus quinisexta appellatur *Canones CII.* 39) *Concilii Nicæni II.* Oecumenici autem VII. A. C. 787. sub Imp. Constantino VI. & matre ejus Irene Nicææ in Bithynia à 350. Episcopis adversus Iconomachorum hæresin celebrati *Canones XXII.* 40) *Tarasii Patriarchæ Constantinopolitani* Epistola ad S. Hadrianum I. Papam. 41) *Pseudo-Concilii Constantinopolitani* Photiani A. C. 861. in templo SS. Apostolorum celebrati, & in duas actiones divisi, ideoque vulgo primi & secundi appellati, *Canones XVII.* 42) *Pseudo-Concilii Constantinop. Photiani* A. C. 879. in templo Dei Sapientiæ celebrati *Canones III.* 43) *Anonymi notitia VII. Conciliorum Oecumenicorum ex variis Scriptis collecta.* 44) *Anastasii cujusdam Sinaitæ*, qui circa A.C.

A. C. 685. vixit, *narratio compendiaria de hæresibus* ab initio religionis Christianæ & de Conciliis adversus eos celebratis. 46) *Anonymi recensio compendiaria Conciliorum ab orthodoxis* & hæreticis celebratorum, in duas classes distincta, & circa A. C. 652. quo ipse vixit, desinens. 47) *Alia anonymi alicujus notitia SS. Conciliorum generalium & provincialium* usque ad Concilium Oecumenicum V. inclusive. 48) *Epitome Doctrinæ hæreticæ Nestorii.* 49) *S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Anathematismi XII. contra hæresin Nestorii.* 50) *S. Maximi Abbatis & confessoris Liber de duabus Christi naturis* in capita X. divisus. 51) *S. Damasi I. Papæ Professio fidei catholicæ*, & Anathematismi XII. adversus Apollinaris, Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii, & Photini hæreses ab ipso missi ad Paulinum Episcopum Antiochenum. 52) *Expositio s. commemoratio Concilii Constantinopolitani* in causa unitionis Ecclesiæ circa quartas aliasque illicitas nuptias celebrati sub Imp. Constantino Porphyrogenito ejusque socero Romano, Lecapeno, dignitate & titulo Βασιλεοπάτυρος s. Patris Imperatoris prædito, A. C. 920. 53) *Metrophanis Archiepiscopi Constantinopolitani Sanctio quædam matrimonialis.* 54) *Joh. Monachi S. Montis Sinai Quæstiones Ecclesiasticæ 21.*

ad

ad Nicolaum Patriarcham Constantinopolitanum cum ejusdem responsis. 55) *Nicolai Patriarchæ Constantinopolitani Sanctio quædam Ecclesiastica* de oblationibus liturgicis. 56) Ex *Niceta* cognomine Stethati f. Pectorati Monachi & Presbyteri Monasterii Constantinop. Studitarum, qui circa A.C. 1054. claruit, Centuria 3. *Epistolarum Epistolæ tres* de Canonibus Ecclesiasticis. 57) *S. Nili Asceta*, discipuli S. Joh. Chrysostomi, *Epistola* ad Characletum presbyterum, peccantes nimis severe tractantem, & confessionem ad pœnitentiam non satis esse asserentem. 58) *Cosmæ* cujusdam *sermo paraneticus* f. admonitorius ad peccatorem quendam contumacem. 59) *Anonymi Epistola ad Lucam* nescio quem, qua demonstrare annititur Nomocanonem illum, qui Johanni cognomine Nesteutæ f. Jejunatori, Patriarchæ Constantinop. attribuitur, non esse ipsius, sed cujusdam alterius. 60) Ex *opere de vitis Patrum notabile excerptum* de VII. hebdomadibus Pentecostes. 61) *Anastasii* EpiscopiCæsaræ Palæstinæ *fragmentum* de VII. hebdomadibus jejuniorum. 62) *Anonymi responsum Epistolare* de jejunio in honorem B. M. V. ab initio Mensis Augusti usque ad festum Assumtionis ipsius in cœlum, legitimè servando. 63) *S. Athanasii M.* Archiepiscopi Alexandrini *fragmentum de*

absti-

abstinendo à concubitu cum propria uxore ante S. communionem. 64) Ex *S. Anastasii Sinaitæ* quæstionibus & responsionibus S. 115. 65) Ex *definitionibus S. Theodori Studitæ Excerptum* de hebdomade, quæ à latinis quinquagesima, à græcis autem ob esum casei ἡ τυρoφάγος appellatur. 66) *S. Nicephori* Patriarchæ Constantinopolitani *Canon V.* de eadem hac hebdomade. 67) Ex *S. Anastasii Sinaitæ* quæstionibus & responsionibus S. 84. 100. 123. 124. 140. & 141. 68) Ex *S. Joh. Chrysostomi oratione* in vitam humanam, & de mortuis non nimium deflendis, Excerptum de ritibus funebribus, ipsius ætate in sepeliendis mortuis observari solitis. 69) Ex *S. Dionysii Areopagitæ c. 7.* de ceremoniis funeralibus in exequiis pie defunctorum *usitatis Excerptum.* 70) *Novellarum Institutionum* Imp. Justiniani I. C. M. *Epitome Canonica* à Theodoro Balsamone composita & in capita 87. divisa. 71) *Imp. Justiniani I. C. M. Novella* Constitutio 77. 72) *Formula sponsionis publicæ*, quam præstare debet is, qui ordinandus est Episcopus. 73) *Symbolum fidei compositum* à Photio Patriarcha Constantinop. pro iis, qui ordinandi sunt Episcopi. 74) *Fragmenta quædam* nonnullorum Canticorum Ecclesiasticorum græcorum cum antiquis notis Musicis.

XLVI.

XLVI.

Quadrageſimus ſextus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus & optimæ notæ in 4. conſtatque foliis 195. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo 1) *Conſtitutionum Apoſtolicarum*, quæ vulgò S. Clementi primo ejus nominis Papæ Romano & S. Petri diſcipulo attribuuntur, *Libri VIII.* 2) *Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ gratiarum actio annua* ob catholicæ fidei reſtitutionem & everſionem hæreſeos Iconomachicæ. 3) *S. Theodori Studitæ Ordo* Aſceticus de quantitate & qualitate ciborum. 4) *Precationes octo.*

XLVII.

Quadrageſimus ſeptimus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4. ſed principio mutilus, conſtatque nunc foliis 153. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Conſtitutiones Apoſtolicæ* per S. Clementem principio & fine mutilæ. 2) *Nicolai Notarii* Patriarchalis magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ & Protoproëdri Syncellorum, ſimul etiam Nomophylacis Imperatoris Romanorum, cognomine Doxopatri, *Expoſitio in S. Gregorii Naz. tetraſticha Jambica* & alia nonnulla ejusdem carmina, quæ deeſt in editione S. Gregorii Morelliana.

XLVIII.

Quadragesimus octavus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus pervetustus in 4. sed injuria temporis ruinosus, mutilus, ac propter evanidam nimiumque abbreviatam Scripturam lectu difficillimus, constatque nunc foliis 316. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Theodori Balsamonis* Patriarchæ Antiocheni *Epitome Canonica* s. Ecclesiastica novellarum Constitutionum Imp. Justiniani I. 2) *Index antiquus Græcus* in Photii Patriarchæ Constantinop. Nomocanonem & Syntagma canonicum. 3) In *margine annotatio notabilis* de titulo & dignitate chartophylacis. 4) *Index officiorum magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ* cum Anonymi annotationibus marginalibus. 5) *Photii* Patriarchæ Constantinop. *Annotatio Historica* de Patriarchis, sede sua injuste pulsis. 6) *Joh. Scholastici*, Ecclesiæ Antiochenæ presbyteri & postea ab A.C. 564. usque ad A. 578. Patriarchæ Constantinopolitani *Collectio Canonum Ecclesiasticorum* in 50. titulos divisa. 7) *Constantini Harmenopuli*, Nomophylacis & Judicis Thessalonicensis, qui circa A. C. 1345. floruit, *Leges Georgicæ s. rusticæ* ex Jure Justinianeo excerptæ & anonymi Scholiastæ græci annotationibus marginalibus illustratæ. 8) Ex *Impp. Basilii* Macedonis, Leonis philosophi

ſophi & Alexandri *delectu legum compendiario excerpta quædam.* 9) *Anonymi Epitome Hiſtoriæ Conciliorum.* 10) *Expoſitio Concilii,* Conſtantinopoli in cauſa unitionis Eccleſiæ circa quartas aliasque illicitas nuptias celebrati A. C. 920. ſub Imp. Conſtantino Porphyrogenito & ſocero ejus Romano Lacapeno. 11) *Excerpta quædam ex Actis Concilii Epheſini* Oecumenici III. A.C. 431. conta Neſtorium celebrati. 12) *Manuelis Patriarchæ Conſtantinop. literæ datæ* tribus Monachis, Marco, Nectario & Iſaacio, qui ad ipſum ex Calabria venerant petituri, ut ſibi liceret, Sacerdotale officium, quod per triennium interdictum fuerat, iterum exercere. 13) *Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanon*, in titulos 14. diviſus, & Theodori Balſamonis Scholiis, ut & alterius cujusdam Anonymi Autoris *Annotationibus* marginalibus illuſtratus. 14) *Lucæ Chryſobergæ* Patriarchæ Conſtantinopolitani ab A. C. 1148. usque ad A. 1166. *Poëma verſibus politicis* de diæta moderata reſpectu feſtorum & jejuniorum totius anni. 15) *Annotationes quædam miſcellaneæ Hiſtoricæ & Canonicæ.* 16) *Joh. Zonaræ*, ex aulæ Imp. Conſtantin. Magno Drungario Vigiliæ & Proto-Secretario Aſcetæ ſ. Monachi, qui circa A.C. 1120. claruit, Syntagma S. Canonum cum expoſitione ſua græca.

XLIX.

Quadragesimus nonus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus pervetustus & optimæ notæ in f. sed injuria temporis ruinosus & in principio ac fine mutilus, constatque nunc foliis 282. & ad *Job Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Photii Patriarchæ Constantinop. Nomocanon*, sed absque Scholiis Theodori Balsamonis. 2) *Syntagma Sacrorum Canonum cum expositione Græca* Joh. Zonaræ.

L.

Quinquagesimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 253. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Syntagma SS. Canonum* cum expositione græca Joh. Zonaræ. 2) *Anonymi narratio* de structura maximi templi Constantinop. S. Sophiæ. 3) *Job. Philæ tetrasticha duo* in B. M. V. & in S. Joh. Chrysostomum. 4) *Fragmenta quædam Evangelii S. Matthæi & alia nonnulla miscellanea*, inter quæ est etiam fragmentum aliquod Canonicum de gradibus nuptiarum.

LI.

Quinquagesimus primus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 758. Continetur eo 1) *Expositio nova* quomodo Patriarcha Constanti-

no-

nopolitanus scribat ad Papam & reliquos Patriarchas, Archiepiscopos & Metropolitas, nec non ad reges & alios secularibus dignitatibus præditos, & quomodo ii vicissim scribant ad Patriarcham Constantinop. & alios, simul etiam quem ordinem s. locum teneant Metropoles, quæ Patriarchali throno Constantinopolitano subjectæ sunt, conscripta A. C. 1387. die 1. Sept. ineunte Indict. 10. 2) *Expositio* Imp. Andronici Palæologi Senioris, quem ordinem & locum tunc tenuerint Metropoles Patriarchali throno Constantinopolitano subjectæ. 3) *Recensio Chronologica regum Hebræorum* simul & prophetarum, qui sub iis floruerunt. 4) *Ecloge legis* à Deo per Moysen Israelitis datæ divisa in capita 50. 5) *Anonymi recensio Chronologica* regum Assyriorum, Persarum & Ægyptiorum, simul etiam Impp. Romanorum, Ethnicorum & Christianorum, usque ad Imp. Constantinop. Joh. Palæologum vulgo dictum Calo-Johannem, qui A. C. 1391. obiit, Item Patriarcharum Constantinop. Summorum Pontificum, Patriarcharum Alexandrinorum, Antiochenorum & Hierosolymitanorum. 6) *Matthæi Hieromonachi Carmina duo* versibus politicis de officiis magnæ Ecclesiæ & aulæ Constantinopol. 7) Ex *Anonymi Chronographi* opere Historico Excerpta à creatione Mundi usque ad mortem Josuæ.

8) *Joh. Zonaræ Monachi*, qui antea Magnus Drungarius vigiliæ & Proto-Secretarius fuerat, *Oratio ad eos*, qui naturalem ſeminis fluxum immunditiem eſſe exiſtimant, & eos qui id patiuntur non ſolum SS. divinorum participatione frui prohibent, verum etiam ob eandem cauſam ne Sacras quidem imagines attingere permittunt. 9) *Anaſtaſii* Patriarchæ Antiocheni & *Cyrilli* Patriarchæ Alexandrini expoſitio fidei orthodoxæ. 10) *Matthæi Hieromonachi Syntagma juris Canonici* ſ. omnium argumentorum ſ. materiarum ſacris Canonibus comprehenſarum ordine Alphabethico. 11) *Ej. Synopſis nomocanonis* S. Joh. Neſteutæ ſ. Jejunatoris Patriarchæ Conſtantini. 12) *Nicetæ* Metropolitæ Heracleæ *reſponſiones ad Interrogationes* cujusdam Epiſcopi Conſtantini. 13) *S. Nicephori Patriarchæ Conſtantinop. Canones 36.* ex Eccleſiaſticis ipſius Conſtitutionibus deſumti. 14) Ex *Joh. Epiſcopi* Citri reſponſis Canonicis ad Epiſcopum Dyrrachii Conſtantinum Cabaſilam *capita* 32. collecta & diſpoſita à Matthæo Hieromonacho. 15) *Interrogationes quorundam Monachorum* extra urbem ſpiritualiter ſe exercentium & reſponſiones iis datæ à S. Conſtantinopolitana Synodo tempore S. Patriarchæ Nicolai ſub Imp. Alexio Comneno. 16) *Marci Patriarchæ Alexandrini*

Qua-

Quæstiones Canonicæ 66. cum responsis Patriarchæ Antiocheni Theodori Balsamonis. 17) *Theodori Balsamonis* Patriarchæ Antiocheni *Meditatum s. Commentatio* de convocatione ad S. Monasteriorum ædes per tria signa & de usu campanarum. 18) *S. Nicephori Patriarchæ Constantin. observationes & Constitutiones Canonicæ* de variis argumentis. 19) *S. Cyrilli* Archiep. Alexandrini Anathematismi 12. contra Nestorium hæresiarcham. 20) Ex *Libro III. Instit. Justin. Excerptum de gradibus cognationis.* 21) *Observationes & Sanctiones Matrimoniales decem.* 22) *Imp. Leonis Sapientis rescriptum de iis, qui Sacerdotio male funguntur.* 23) *Canones quidam miscellanei cum expositione græca* Joh. Zonaræ. 24) *Constantini Harmenopuli Epitome SS. & divinorum Canonum.* 25) *Ej. Expositio fidei orthodoxæ.* 26) *Ej. liber de Sectis.* 27) *Imp. Leonis Sapientis Ordo thronorum Ecclesiasticorum* Patriarchæ Constantinopolitano subjectorum. 28) *Constantini Harmenopuli Catalogi duo officiorum* Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. 29) *Timothei Archiepiscopi Alexandrini responsa Canonica.* 30) *Theophili Archiepiscopi Alexandrini scripta quædam Canonica.* 31) *Anonymi glossæ juridicæ latino-græcæ.* 32) *Constitutiones & Sanctiones quædam Canonica*

Tt 4

cæ miscellaneæ. 33) *Anonymi tractatus Matrimonialis* de cognatione autoritate Hieremiæ Patriarchæ Constantinopolitani compositus, editus, atque diagrammatibus variis illustratus. 34) *Joh. Zonaræ Syntagma SS. Canonum* cum expositione ipsius Græca.

LII.

Quinquagesimus secundus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 316. & ab *Augerio Bosbeckio* olim comparatus fuit Constantinopoli. Continetur eo 1) *Mathæi Hieromonachi Syntagma Juris Canonici.* 2) *Catalogus officiorum magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ.* 3) *Mathæi Hieromonachi Synopsis Nomocanonis* S. Joh. Nesteutæ f. Jejunatoris Patriarchæ Constantinopolitani. 4) *Nicetæ Metropolitæ Heracleæ responsiones ad interrogationes cujusdam Episcopi Constantini.* 5) *S. Nicephori Patriarchæ Constant. nop. Canones Ecclesiastici 36.* 6) Ex *Joh. Episcopi Citri* responsis Canonicis ad Episcopum Dyrrachii Constantinum Cabasilam *capita* 24. collecta & disposita à Mathæo Hieromonacho. 7) *Imp. Leonis Sapientis* ordo thronorum Eccles. Patriarchæ Constantinop. subjectorum. 8) *Glossæ Juridicæ Latino-græcæ.* 9) *S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Anathematismi XII.* contra Nestorium hæresiarcham. 10) *Ex-*

cerptum

cerptum ex S. Basilii M. Epistola ad S. Cæsarium & de S. Communione. 11) *Nomina & ordo duodecim Mensium* apud Athenienses, Græcos, Hebræos, Ægyptios & Romanos. 12) *Imp. Andronici Palæologi Senioris expositio ordinis Metropolium*, Patriarchali throno Constantinopolitano subjectarum, simul & thronorum Episcopalium, qui unicuique subjecti sunt. 13) *Anonymi præpositi Monastici Epistola* ad perfectum quendam & sapientem Senem Asceticum de quæstionibus variis monasticis, ad jejuniorum præcipue & festorum annuorum observationem pertinentibus, simul & ejusdem Senis responsio, cui integrum Calendarium Ecclesiasticum in fine insertum est.

LIII.

Quinquagesimus tertius Codex MS. Hist. Gr. est antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 392. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Matthæi Hieromonachi Syntagma juris Canonici*. 2) *Catalogus officiorum magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ*. 3) *Matthæi Hieromonachi Synopsis Nomocanonis S. Joh. Nesteutæ*. 4) *Nicetæ Metropolitæ responsiones ad interrogationes* cujusdam Episcopi Constantini. 5) *S. Nicephori Patriarchæ Constantinop.* Canones Ecclesiastici 36. 6) Ex

Joh. Episcopi Citri responsis Canonicis ad Episcopum Dyrrachii Constantinum capita 24. collecta & disposita à Mathæo Hieromonacho. 7) *Imp. Leonis Sap.* ordo thronorum Eccles. Patr. Constant. subjectorum. 8) *Glossæ juridicæ Latino-græcæ.* 9) *Mathæi Hieromonachi Explicatio officiorum magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ.* 10) *Annotatio quadam Canonica* quod ipsi Imperatori non liceat mutare thronos Ecclesiasticos. 11) *Observationes quadam Canonica* de privilegiis Imp. in rebus Ecclesiasticis & de solutione matrimonii. 12) *Constantini Harmenopuli Prochiron legum.* 13) *Ej. Epitome decretorum* Impp. Constantini Porphyrogeniti, Manuelis Comneni, & Michaëlis Palæologi contra deficientes, & affectatatâ tyrannide insidias vel mortem Imperatoribus molientes. 14) *Philothei Patriarchæ Constantinop. Commonitio de Anathematismis* ad Constantinum Harmenopulum, qua probat, decuta illa de Tyrannis & insidias Impp. struentibus excommunicandis, esse abolita. 15) *Imp. Constantini Porphyrogeniti* Argumentum Tomi unitionis Ecclesiæ in causa quartarum nuptiarum, simul & narratio quomodo Imp. Leo Sapiens quartas nuptias contrahere ausus fuerit, & qua ratione per Tomum unitionis eæ sint abolitæ. 16) *Imp. Andronici Palæologi* Senioris Expo-

sitio

strio ordinis Metropolium &c. 17) *Catalogi diocoffidorum* magnæ Ecclesiæ & aulæ Constantinop. 18) *Anonymi glossæ juridicæ latino-græcæ.* 19) *Anonymi recensio virtutum iis, qui aliis præsunt convenientium.* 20) *Constantini Harmenopuli Epitome SS. & divinorum Canonum.* 21) *Petro Chartophylacis* & Diaconi Magnæ Ecclesiæ Constantinop. Solutiones diversarum Quæstionum Canonicarum. 22) *Sisinnii secundi* ejus nominis Patriarchæ Constantinopolitani, qui A. C. 995. electus fuit & A. 999. obiit, *Tomus Synodalis* A. C. 997. promulgatus, quo sancitur, ne duo fratres ducant duas consobrinas. 23) *Theodori Balsamonis explicatio Canonis XVI. Synodi Antiochenæ* de Episcopis & Ecclesiis vacantibus. 24) *Nicetæ Metropolitæ Heracleæ Solutiones* quæstionum quarundam Canonicarum. 25) *Expositio nova* quomodo Patriarcha Constantinopolitanus scribat ad Papam & reliquos Patriarchas &c. 26) *S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini Epistola ad Rufinianum.* 27) Ex *Photii Patriarchæ Constantinop.* Quæstionibus Ecclesiasticis necessariis *Interrogatio & responsio*, quibus Antistitibus propter hæresin damnatis, illi, qui ab illis ordinati fuerant, nullum damnum passi sunt. 28) *Epistolæ S. Theodori Studitæ ad Stephanum Lectorem fragmentum de ordinatione.* 29) *Imp.*

29) *Imp. Juliani Apostatæ Epistola ad S. Basilium M.* 30) *Anonymi narratio brevis de VII. Conciliis Oecumenicis*, simul cum & Pseudo-Concilio Oecumenico VIII. Constantinopoli sub Imp. Basilio Macedone & Photio Patriarcha habito, & de Pseudo-Concilio Constantinopolitano contra Barlaamum & Acyndinum sub Impp. Andronico & Joh. Palæologo A. C. 1341. celebrato. 31) *Canones s. Cantica duo Sacra* in S. Theophania cum paraphrasi græca prosaica marginali; quibus accedit *Canticum III.* in S. Pentecosten itidem paraphrastice explanatum. 32) *Anonymi Canon Paschalis s. Calendarium Ecclesiasticum græcum* ab A. C. 1430. usque ad A. 1472. 33) *Imp. Constantini M. donatio facta S. Silvestro Papæ.* 34) *Joh. Phurnæ Ascetæ & Monachi* ad Monachum Gregorium Antigonitam Epistola, cur neque in quadragesima, neque à Paschate usque ad Pentecosten, exceptis certis Sabbatis defunctorum & Sanctorum memoriæ celebrentur. 35) *Expositio ordinis thronorum Metropolitanorum*, throno patriarchali Constantinopolitano subjectorum sub Imp. Andronico Palæologo Seniore. 36) *Nicolai Cabasilæ Thessalonicensis* Explicatio duplex Sacrarum vestium in divina Liturgia usitatarum & eorum, quæ in S. Liturgia aguntur. 37) *Eclogæ Novellarum Constitu-*

tionum

ctorum Imp. Leonis Sapientis divisa in capita 55. 38) *Observationes quædam Astronomicæ de Planetis.* 39) *Anonymi Oratio ad Deum pro salute & prosperitate Impp. Constantinopolitanorum.* 40) *Anonymi diploma Sacrum* datum A. C. 1429. 41) *Excerptum ex Jure Justinianeo de his, qui ad Ecclesias confugiunt.*

LIV.

Quinquagesimus quartus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 417. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Mathæi Hieromonachi Syntagma Juris Canonici Alphabeticum.* 2) *Ejusdem Syntagmatis appendix*, qua continetur Synopsis Nomocanonis S. Joh. Nesteutæ, Nicetæ Metropolitæ Heraclææ responsiones ad interrogationes Episcopi Constantini Nicephori Canones Ecclesiastici, Joh. Episcopi Citri responsa Canonica, Catalogus officiorum magnæ Ecclesiæ Constantinop. Imp. Leonis Sapientis, ordo thronorum, Glossarium Juridicum latino-græcum, S. Cyrilli Anathematismi contra Nestorium, Mathæi Hieromonachi Catalogi duo officiorum Ecclesiæ & aulæ Constantinop. 3) *Tabula Synoptica VII. Conciliorum Oecumenicorum*, & excerptum de gradi-

bus

bus cognationis ex Instit. Just. sed absque Schemate. 4) *Canones variorum Conciliorum* aliaque varia scripta Canonica.

LV.

Quinquagesimus quintus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 321. & ab Augerio Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Mathæi Hieromonachi Syntagma Juris Canonici Alphabeticum cum Appendice.* 2) *Athanasii cujusdam Junioris*, qui vulgo creditur esse Magnus ille Athanasius Archiepiscopus Alexandrinus, Quæstiones & responsiones quædam Sacræ ad Antiochum. 3) *S. Basilii M. præceptum de divina Liturgia.* 4) *Timothei Archiepiscopi Alexandrini fragmentum Canonicum.* 5) *Patriarchæ Antiocheni*, & quidem, ut videtur, *Theodori Balsamonis* rescriptio f. *Epistola responsoria* ad Archiepiscopum Gradensem, qua demonstrat eum non esse appellandum Patriarcham, simul etiam agit de Azymis.

LVI.

Quinquagesimus sextus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. sed tribus foliis in principio mutilus, constatque nunc foliis 152. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Index antiquus græcus* eorum, quæ continentur hoc

Co-

Codice. 2) Ex *Gelasii Cyziceni* Cæsareæ Palæstinæ Episcopi, qui sub Imp. Zenone Isaurico A. C. 476. vixit, Libro II. Hist. Actorum S. Concilii Nicæni I. *fragmentum valde notabile* à capite 12. usque ad c. 23. 3) Ex *Actis Concilii Ephesini I.* Oecumenici autem III. *Epistola* S. Cœlestini I. Papæ ad Clerum & populum Constantinopolitanum. 4) Ex *actis Concilii Chalcedonensis Epistola* S. Leonis I. Papæ ad S. Flavianum Patriarcham Constantinop. contra Eutychen hæresiarcham ejusque hæresin, columna orthodoxiæ dicta. 5) *Exemplar Epistolæ S. Leonis I.* Papæ ad Imp. Leonem Thracem, cognomine M. Seniorem & Macellarium. 6) *Exemplar Epistolæ Quintiani Episcopi Arculianorum* ad Petrum Cnapheum f. Fullonem Episcopum Antiochenum. 7) Ex *Actis Concilii Constantinopolitani III.* Oecumenici autem VI. *Epistola* Agathonis Papæ ad Imp. Constantinum Pogonatum, ejusque filios Herachum & Tiberium. 8) *Exemplar Epistolæ Synodalis* ad eosdem supra memoratos Imperatores. 9) Ex *S. Joh. Chrysostomi* Oratione 4. de Incomprehensibili *Ecloge* de doctrina & correctione.

LVII.

Quinquagesimus septimus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus vetustissimus & optimæ notæ in f. constatque foliis 392. & ab

Augerio Busbechio olim fuit Constantinopoli comparatus. Continentur eo *Acta Concilii Chalcedonensis Oecumenici IV.* dignissima profecto, quæ cum editionibus impressis a capite ad calcem diligentissime accuratissimeque conferantur.

LVIII.

Quinquagesimus octavus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ, constatque foliis 121. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Acta Concilii Constantinopolitani* contra Anthimum Severum Zoaram, *aliosque Acephalos celebrati A. C. 536. sub Imp. Justiniano M. & Menna Patriarcha Constantinopolitano vacante sede Apostolica post Agapeti I. obitum.* Continetur eo 1) *Inscriptio*, qua hoc Concilium cum Concilio Oecumenico V, quod A. C. 553. itidem sub Imp. Justiniano M. Constantinopoli celebratum est, perperam confunditur. 2) *Quinque diversa Symbola fidei*, nempe S. Gregorii Thaumaturgi, S. Basilii M., S. Concilii Nicæni I., S. Concilii Constantinopolitani I. & S. Concilii Chalcedonensis. 3) *Novem Epistolæ diversorum Autorum ad Petrum Cnapheum s. Fullonem Episcopum Antiochenum.* 4) *Felicis III. Papæ Epistola ad Imp. Zenonem* contra eundem Petrum Episcopum Antiochenum, qua ipsi nunciat jam memoratum Re-

trum

trum fuiſſe depoſitum, quod triſagio addidiſſet hæc verba: *Qui crucifixus es pro nobis.* 5) *Acta ſupra memorati Concilii Conſtantinopol. nec non Acta Concilii Hieroſolymitani* ſub Petro Patriarcha Hieroſolymitano contra eosdem hæreticos Acephalos eodem A. C. 536. 6) *Imp. Juſtiniani I. ſ. M. tractatus ampliſſimus ad Mennam Patriarcham Conſtantinopolitanum adverſus Origenis errores.*

LIX.

Quinquageſimus nonus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus antiquus in f. conſtatque foliis 234. & olim pertinuit ad *Joh. Sambucum*, qui eum ex Epidauro ſ. Monembaſia Peloponneſi urbe, vulgò Malvaſia dicta ad ſe miſſum A. C. 1563. aureis 22. ſibi comparavit. Continentur eo *Acta Concilii Conſtantinopolitani III. Oecumenici VI.* A. C. 680. & 681. ſub Agathone Papa & Imp. Conſtantino Pogonato ejusque filiis contra Monothelitarum hæreſin celebrati, collecta, diſpoſita & edita ab Agathone Archidiacono & Chartophylace magnæ Eccleſiæ Conſtantinop. qui rebus geſtis interfuit. Simul etiam inſignita & ornata Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis carmine jambico 120. verſuum, quod iis, à ſe recognitis, præfigere dignatus eſt.

LX.

Sexagesimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 259. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Acta Concilii Nicæni II.* Oecumenici septem VII. A. C. 787. sub Imp. Constantino VI. & Matre ejus Irene Nicææ in Bithynia a 350. Episcopis adversus Iconomachorum hæresin celebrati.

LXI.

Sexagesimus primus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 226. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, ante quem Arsenius Metropolita Monembasiæ in Peloponneso ejus possessor fuit. Continentur eo 1) *Acta Concilii Ferrariensis & Florentini* A. C. 1438. & 1439. concordiæ inter EcclesiamOccidentalem & Orientalem constituendæ causa celebrati, præsente Eugenio IV. Papa, una cum Imp. Constantinopolitano Joh. Palæologo & Patriarcha Constantinopolitano Josepho aliisque circiter 141. Occidentis & Orientis Episcopis. 2) *Appendix I. Actorum Concilii Florentini*, qua continetur descriptio solennitatis, quæ celebratur Florentiæ in festo S. Joh. Baptistæ. 3) *Georgii Scholarii Epistola ad Græcos Patres Concilii Florentini* de pace, deque ferendo pa-

auxilio. 4) *Ej. Orationes III.* ad totum Concilium Florentinum. 5) *Nicolai V. Papæ Epistola* ad Constantinum Palæologum ultimum Imp. Constantinop. data A. C. 1451. die 26. Sept. & à Theodoro Gaza ex latino in græcum sermonem translata. 6) *Bessarionis Trapezuntini* S. R. E. Cardinalis Episcopi Tusculani & post captam Constantinopolin à Pio II. Papa Patriarchæ Constantinopolitani titulo ornati, *Epistola exhortatoria generalis* ad omnes græcos tam Ecclesiasticos quam Seculares de præstanda obedientia SS. Romanæ Ecclesiæ & de susceptione Synodi Florentinæ, & de electione sua in Patriarcham Constantinopolitanum data Viterbii 6 Cal. Jun. A. C. 1463.

LXII.

Sexagesimus secundus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus 173. annorum in f. sed unico folio in principio mutilus, constatque nunc foliis 254. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continentur eo *acta Concilii Ferrariensis & Florentini; sed initio mutila.*

LXIII.

Sexagesimus tertius Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 34. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Acta Concilii Ferrariensis & Florentini.*

ut à capite ad calcem diligentissimè perlustretur & omnia in eo comprehensa diplomata à verbo ad verbum studiosissime perlegantur & accurate considerentur.

LXIX.

Sexagesimus nonus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus antiquus, elegans & autenticus in f. constatque foliis 58. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, ante quem S. R. E. *Bessarion* possessor ejusdem fuit, atque ante hunc D. *Matthæus* Patriarcha Constantinopol. Continetur eo 1) *Matthæi Patriarchæ Constantinopolitani testamentum* s. ultima voluntas & Doctrina. 2) *Ej. Hypotyposis s. Informatio ad seipsum* & ad Episcopos sibi subjectos & ad Clerum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ A. C. 1398. 3) *Nili Archiepiscopi s. Patriarchæ Constantinopolitani Oratio supplex ad Deum* contra barbarorum incursionem, bellum intestinum, famemq; pestem & mortem subitam.



PARS SECUNDA
CATALOGI
SIVE
RECENSIONIS
Specialis omnium Codicum MSctorum Græcorum
AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ.

Comprehendens Codices MS. Græcos, Historicos profanos & Philologicos, nec non Hebraicos, Syriacos, Arabicos, Turcicos, Persicos, Armenicos, Æthiopicos, Mexicanos, Sinenses &c.

quam primus in lucem publicam edidit
DANIEL de NESSEL, J. U. D.
Sacræ Cæsareæ Maj. Consiliarius & Bibliothecarius Aulicus;
nunc autem in concinnam hanc Epitomen redactam
denuo sub prelum ire jussit
JACOBUS FRIDERICUS REIMMANNUS.

PARTIS SECUNDÆ
LIBER PRIMUS
DE
AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI,
continens

Catalogum LVII. Codicum MSctorum Græcorum, Historicorum profanorum.

I.

PRimus Codex MSctus Histor. Græcus est membranaceus antiquus, perelegans & optimæ notæ in f. ut vocant super regali, constatque foliis 98. & quantum ex magnificentia scripturæ & compacturæ, aliisque variis circumstantiis conjicere licet, *ad magnum aliquem & eruditionis Græcæ amantem Principem* olim pertinuit. Continentur eo *Claudii Ptolomæi* Pelusiotæ Philosophi Alexandrini, qui Sec. II. post C. N. sub Impp. Hadriano, Antonino Pio & M. Antonino Philosopho floruit, *Geographiæ Libri VIII.* cum antiquis tabulis græcis, diversitate colorum adeo insigniter & mirificè distinctis & illuminatis, ut splendidius & sumtuosius istius Geographiæ exemplar MS. in nulla totius Europæ Bibliotheca

ex-

extare certò arbitrer. Et certe dignissimum est hoc exemplar, ut omnes editiones impressæ tam græcæ, quam latinæ diligenter & accuratè cum eo conferantur, & quidem præcipuè optima illa editio græco-latina in f. quæ opera ac studio Petri Bertii Galliarum Regis Cosmographi celeberrimi Lugduni Bat. typis Isaaci Elzevirii A. 1618. adornata est. Notandum vero inprimis est, in Bertiana illa editione tabulas geographicas extare tantum latinè, & valde interpolate & separatim post finem Libri VIII. in hoc autem Codice reperiri Græcè, & correctè & sigillatim suo quamlibet loco, monerique insimul in subscriptione græca antiqua *Agathodæmonem* Alexandrinum Mechanicum eas primum delineasse.

II.

Secundus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus antiquus & perelegans in f. variis imaginibus aliisque ornamentis inauratis passim decoratus, constatque foliis 95. & initio ad Illustr. Dn. *Andream Matthæum Aquavivam* Ducem Andriæ, cujus insignia gentilitia in principio extant, postea autem ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Xenophontis* Atheniensis, Historici, Philosophi & Ducis celeberrimi, Socratis discipuli, qui Seculo ante C. N. 4. floruit, *Libri VIII. de Cyri Majo-*

ris institutione, vel ut Cicero in Bruto vertit, de Cyri vita & disciplina.

III.

Tertius Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus pervetustus & optimæ notæ in magno f. sed in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 160. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur 1) *Arriani* Nicomediensis, Historici & Philosophi insignis, qui Epicteti Philosophi Stoici celeberrimi fuit discipulus & sub Impp. Hadriano, Antonino Pio, & Antonino Philosopho floruit, *Historiarum Libri VII. de expeditione Alexandri M.* in principio mutili. 2) *Historia rerum Judicarum* Ejusdem, quæ vulgo perperam habetur pro Libro VIII. de Expeditione Alexandri M. cum ea tamen revera seorsim scripta sit, ut testatur Photius in Bibl. Codice 91.

IV.

Quartus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in f. sed in principio & fine mutilus, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur autem eo *fragmentum Historiæ Constantinopolitanæ*.

V.

Quintus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque fo-

foliis 478. & olim ad Rev. Dn. *Joh. Fabrum* Episcopum Viennensem pertinuit, quo continetur *Joh. Zonaræ* Historia.

VI.

Sextus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 236. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Pausaniæ* Cappadocis Cæsareensis, qui sub Impp. Hadriano, Antonino Pio & Antonino Philosopho vixit ac floruit, *Descriptio Græciæ* divisa in Libros X. cujus optima est editio impressa Græco-latina illa Hanoviensis Wecheliana A. 1613. in f. cum doctissima versione Romuli Amasæi & eruditissimis annotationibus Guilielmi Xylandri Augustani & Friderici Sylburgi Veterensis.

VII.

Septimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 165. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo ex *Polybii Arcadis* Megalopolitani (qui Seculo II. ante C. N. Paulo Cornelio Scipione Æmiliano, Africano Minori, à quo capta atque eversa Carthagine in Africa bellum Punicum 3. Anno ante C. N. 146. absolutum est, Synchronus & adeo familiaris fuit, ut is pleraque pro consilio ejus ageret) *Libris Historiarum deperditis*, s. potius ab Imp. Constantino Porphyrogenito damnosa abbreviatione mutilatis

Ex-

Excerpta à L. VII. usq; ad L. XIX. adeoque auctiora omnino quam quæ in Isaaci Casauboni & Jacobi Gronovii editionibus impressis habentur, utque quæ Libri XVII. his verbis desinunt: ἐκ ὀκνήσομεν διασαφῆν τὰ παρακολεθ-σαντα ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν ἀπρεπῆ.

VIII.

Octavus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 57. olimque ad *Joh. Sambucum* & postea ad *Seb. Tengnagelium* pertinuit, quo continetur *Michaëlis Choniatæ Historiarum fragmentum.*

IX.

Nonus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus, elegans optimæque notæ in f. constatque nunc foliis 546. Quo continetur 1) *Michaëlis Glycæ Chronicon mundi Synopticum* tam cœli quam terræ, f. Annales ab O. C. usque ad obitum Alexii Comneni A. C. 1181. scripti. 2) *Ej. Epistolæ numero XXII.* 3) *Nicephori Blemmidæ Logica* & tr. de Categoriis.

X.

Decimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 154. & ad V. CL. *Seb. Ericium* f. Erizzum olim pertinuit. Continentur eo *eadem excerpta ex Polybii* Megalopolitani Libris deperditis à Lib. VII. us-

que

quæ ad XIX. quorum Codice 7. jam facta est mentio.

XI.

Undecimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 123. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, qui illum se Hydrunti à quodam *Cosma Liparensi* emisse testatur. Continentur eo *Thucydidis Atheniensis*, Herodoto, cujus æmulator fuit, Synchroni, *Historiæ belli Peloponnesiorum* cum Atheniensibus anni 20. priores *Libri VIII.* Anonymi cujusdam antiqui Scholiastæ Græci annotationibus marginalibus illustrati.

XII.

Duodecimus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 206. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Joh. Scylitzæ Curopalatæ Sylloge s. Synopsis Chronologica* à creatione Mundi usque ad initium Imp. Alexii Comneni, qui A. C. 1081. abdicato Nicephoro Botoniatæ successit, pertingens, cujus adminiculo Chronographia S. Nicephori, Patriarchæ Constantin. qui A. C. 828. in exilio obiit, & antiqua ejus versio latina, quæ extat in Anastasii Bibliothecarii H. E. multis locis emendari possunt & suppleri. 2) *Incerti*

Augerio Busbeckio olim fuit Constantinopoli comparatus. Continentur eo *Acta Concilii Chalcedonensis Oecumenici IV.*, dignissima profecto, quæ cum editionibus impressis à capite ad calcem diligentissime accuratissimeque conferantur.

LVIII.

Quinquagesimus octavus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ inscriptus, constatque foliis 121. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Acta Concilii Constantinopolitani* contra Anthimum, Severum, Zoaram, *aliosque Acephalos celebrati A. C. 536. sub Imp. Justiniano M. & Menna Patriarcha Constantinopolitano vacante sede Apostolica post Agapeti I. obitum.* Continetur eo 1) *Inscriptio*, qua hoc Concilium cum Concilio Oecumenico V, quod A. C. 553. itidem sub Imp. Justiniano M. Constantinopoli celebratum est, perperam confunditur. 2) *Quinque diversa Symbola fidei*, nempe S. Gregorii Thaumaturgi, S. Basilii M., S. Concilii Nicæni I., S. Concilii Constantinopolitani I. & S. Concilii Chalcedonensis. 3) *Novem Epistolæ diversorum Autorum ad Petrum Gnapheum s. Fullonem Episcopum Antiochenum.* 4) *Felicis III. Papæ Epistola ad Imp. Zenonem* contra eundem Petrum Episcopum Antiochenum, qua ipsi nunciat jam memoratum Petrum

trum fuiſſe depoſitum, quod triſagio addidiſſet hæc verba: *Qui crucifixus es pro nobis.* 5) *Acta ſupra memorati Concilii Conſtantinopol. nec non Acta Concilii Hieroſolymitani* ſub Petro Patriarcha Hieroſolymitano contra eosdem hæreticos Acephalos eodem A. C. 536. 6) *Imp. Juſtiniani I. ſ. M. tractatus ampliſſimus ad Mennam Patriarcham Conſtantinopolitanum adverſus Origenis errores.*

LIX.

Quinquageſimus nonus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus antiquus in f. conſtatque foliis 234. & olim pertinuit ad *Joh. Sambucum*, qui eum ex Epidauro ſ. Monembaſia Peloponneſi urbe, vulgò Malvaſia dicta ad ſe miſſum A. C. 1563. aureis 22. ſibi comparavit. Continentur eo *Acta Concilii Conſtantinopolitani III. Oecumenici VI.* A. C. 680. & 681. ſub Agathone Papa & Imp. Conſtantino Pogonato ejusque filiis contra Monothelitarum hæreſin celebrati, collecta, diſpoſita & edita ab Agathone Archidiacono & Chartophylace magnæ Eccleſiæ Conſtantinop. qui rebus geſtis interfuit. Simul etiam inſignita & ornata Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis carmine jambico 120. verſuum, quod iis, à ſe recognitis, præfigere dignatus eſt.

LX.

Sexagesimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 259. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Acta Concilii Nicani II.* Oecumenici autem VII. A. C. 787. sub Imp. Constantino VI. & Matre ejus Irene Nicææ in Bithynia à 350. Episcopis adversus Iconomachorum hæresin celebrati.

LXI.

Sexagesimus primus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 226. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, ante quem Arsenius Metropolita Monembasiæ in Peloponneso ejus possessor fuit. Continentur eo 1) *Acta Concilii Ferrariensis & Florentini* A. C. 1438. & 1439. concordiæ inter Ecclesiam Occidentalem & Orientalem constituendæ causa celebrati, præsente Eugenio IV. Papa, una cum Imp. Constantinopolitano Joh. Palæologo & Patriarcha Constantinopolitano Josepho aliisque circiter 141. Occidentis & Orientis Episcopis. 2) *Appendix I. Actorum Concilii Florentini*, qua continetur descriptio solennitatis, quæ celebratur Florentiæ in festo S. Joh. Baptistæ. 3) *Georgii Scholarii Epistola ad Græcos Patres* Concilii Florentini de pace, deque ferendo patriæ au-

auxilio. 4) *Ej. Orationes III.* ad totum Concilium Florentinum. 5) *Nicolai V. Papæ Epistola* ad Constantinum Palæologum ultimum Imp. Constantinop. data A. C. 1451. die 26. Sept. & à Theodoro Gaza ex latino in græcum sermonem translata. 6) *Bessarionis Trapezuntini* S. R. E. Cardinalis Episcopi Tusculani, & post captam Constantinopolin à Pio II. Papa Patriarchæ Constantinopolitani titulo ornati, *Epistola exhortatoria generalis* ad omnes græcos tam Ecclesiasticos quam Seculares de præstanda obedientia SS. Romanæ Ecclesiæ & de susceptione Synodi Florentinæ, & de electione sua in Patriarcham Constantinopolitanum data Viterbii 6 Cal. Jun. A. C. 1463.

LXII.

Sexagesimus secundus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus 173. annorum in f. sed unico folio in principio mutilus, constatque nunc foliis 254. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continentur eo *acta Concilii Ferrariensis & Florentini*, *sed initio mutila*.

LXIII.

Sexagesimus tertius Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus, in 4. constatque foliis 34. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Acta Concilii Ferrariensis & Florentini.*

LXIV.

Sexagesimus quartus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus 116. annorum in 4. constatque foliis 206. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Pseudo-Historia Concilii Ferrariensis & Florentini* à Gennadio Scholario Monacho Schismatico Græco, & Ecclesiæ occidentalis perpetuo & infensissimo hoste, qui ante Monachatum Georgius Scholarius appellatus fuerat, & ante expugnationem Constantinopoleos per Turcas obiisse videtur, maligne atque injuriose conscripta.

LXV. & LXVI.

Sexagesimus quintus & sextus Codex MS. Hist. Gr. sunt chartacei antiqui & bonæ notæ in f. Eorumque primus constat 308. alter autem 222. foliis, atque ambo ab *Augerio Busbeckio* olim fuerunt comparati Constantinopoli. Continentur iis *varia variorum Constantinopolitanorum aliorumque Patriarcharum recentiorum Synodica aliaque diplomata*, quæ vix alibi amplius reperiri existimo.

LXVII.

Sexagesimus septimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. sed negligentia eorum, qui ante me Aug. Bibl. Cæsaream administrarunt aliquot foliis in principio mutilus, constatque nunc foliis 148. Continentur eo *S. Gregorii Cyprii*, qui ante Mo-

Monachatum Georgius appellatus fuit & A.C. 1283. circa initium Aprilis ab Imp. Andronico Palæologo Seniore Patriarcha Constantinopolitanus creatus est, atque in ea dignitate permansit usque ad A. C. 1289. quo eam circa mensem Junium sponte sua abdicavit, propter varias adversitates, quique proximè sequente anno 1290 obiit *Epistolæ 191. cum incerti cujusdam Autoris Synchroni*, cujus nomen ob supra memoratum aliquot foliorum defectum ignoratur, præfatione, Vitam s. potius laudationem ejus continente. Ex quibus Georgii Pachymetis Historia Imp. Andronici Palæologi Senioris innumeris ferè locis potest illustrari.


LXVIII.

Sexagesimus octavus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus & optimæ notæ in 4. sed difficilis lectu, & in principio & alibi mutilus, constatque nunc foliis 230. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Diplomata 201. pertinentia* ad originem, incrementum, privilegia, donationes & contractus Liberi Imperialis Monasterii B. M. V. in monte Lembo apud urbem Smyrnam in Ionia ad mare Ægæum siti, & τῶν λέμβȣ vel τῶν λέμβων cognominati. Qui Codex totus præstantissimus & rarissimus, profecto dignissimus est,

ut à capite ad calcem diligentissime perlustretur & omnia in eo comprehensa diplomata à verbo ad verbum studiosissime perlegantur & accurate considerentur.

LXIX.

Sexagesimus nonus Codex MS. Hist. Græcus, membranaceus antiquus, elegans & autenticus in f. constatque foliis 58. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, ante quem S. R. E. *Bessarion* possessor ejusdem fuit, atque ante hunc *D. Matthæus* Patriarcha Constantinop. Continetur eo 1) *Matthæi Patriarchæ Constantinopolitani testamentum* s. ultima voluntas & Doctrina. 2) *Ej. Hypotyposis s. Informatio ad seipsum* & ad Episcopos sibi subjectos & ad Clerum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ A. C. 1398. 3) *Nili Archiepiscopi s. Patriarchæ Constantinopolitani Oratio supplex ad Deum* contra barbarorum incursionem, bellum intestinum, famem, pestem & mortem subitam.



PARS

PARS SECUNDA
CATALOGI
SIVE
RECENSIONIS
Specialis omnium Codicum MSctorum Græcorum
AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ.
Comprehendens Codices MS. Græcos, Historicos profanos & Philologicos,
nec non
Hebraicos, Syriacos, Arabicos, Turcicos, Persicos, Armenicos, Æthiopicos, Mexicanos, Sinenses &c.

quam primus in lucem publicam edidit

DANIEL de NESSEL, J. U. D.
Sacræ Cæsareæ Maj. Consiliarius & Bibliothecarius Aulicus;

nunc autem in concinnam hanc Epitomen redactam
denuo sub prelum ire jussit

JACOBUS FRIDERICUS REIMMANNUS.

PARTIS SECUNDÆ
LIBER PRIMUS
DE
AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI,
continens

Catalogum LVII. Codicum MSctorum Græcorum, Hiſtoricorum profanorum.

I.

PRimus Codex MSctus Hiſtor. Græcus eſt membranaceus antiquus, perelegans & optimæ notæ in f. ut vocant ſuper regali, conſtatque foliis 98. & quantum ex magnificentia ſcripturæ & compacturæ, aliisque variis circumſtantiis conjicere licet, *ad magnum aliquem & eruditionis Græcæ amantem Principem* olim pertinuit. Continentur eo *Claudii Ptolomæi* Peluſiotæ Philoſophi Alexandrini, qui Sec. II. poſt C. N. ſub Impp. Hadriano, Antonino Pio & M. Antonino Philoſopho floruit, *Geographiæ Libri VIII.* cum antiquis tabulis græcis, diverſitate colorum adeo inſigniter & mirifice diſtinctis & illuminatis, ut ſplendidius & ſumtuoſius iſtius Geographiæ exemplar MS. in nulla totius Europæ Bibliotheca ex-

extare certò arbitrer. Et certe dignissimum est hoc exemplar, ut omnes editiones impressæ tam græcæ, quam latinæ diligenter & accuratè cum eo conferantur, & quidem præcipuè optima illa editio græco-latina. in f. quæ opera ac studio Petri Bertii Galliarum Regis Cosmographi celeberrimi Lugduni Bat. typis Isaaci Elzevirii A. 1618. adornata est. Notandum vero inprimis est, in Bertiana illa editione tabulas geographicas extare tantum latinè, & valdè interpolate & separatim post finem Libri VIII. in hoc autem Codice reperiri Græcè, & correctè & sigillatim suo quamlibet loco, moneri que insimul in subscriptione græca antiqua *Agathodæmonem* Alexandrinum Mechanicum eas primum delineasse.

II.

Secundus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus antiquus & perelegans in f. variis imaginibus aliisque ornamentis inauratis passim decoratus, constatque foliis 95. & initio ad Illustr. Dn. *Andream Matthæum Aquavivam*, Ducem Andriæ, cujus insignia gentilitia in principio extant, postea autem ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Xenophontis* Atheniensis, Historici, Philosophi & Ducis celeberrimi, Socratis discipuli, qui Seculo ante C. N. 4. floruit, *Libri VIII. de Cyri Majo-*

ris institutione, vel ut Cicero in Bruto vertit de Cyri vita & disciplina.

III.

Tertius Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus pervetustus & optimæ notæ in magno f. sed in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 160. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Arriani* Nicomediensis, Historici & Philosophi insignis, qui Epicteti Philosophi Stoici celeberrimi fuit discipulus & sub Impp. Hadriano, Antonino Pio, & Antonino Philosopho floruit, *Historiarum Libri VII. de expeditione Alexandri M.* in principio mutili. 2) *Historia rerum Judicarum* Ejusdem, quæ vulgò perperam habetur pro Libro VIII. de Expeditione Alexandri M. cum ea tamen revera seorsim scripta sit, ut testatur Photius in Bibl. Codice 91.

IV.

Quartus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in f. sed in principio & fine mutilus, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur autem eo *fragmentum Historiæ Constantinopolitanæ.*

V.

Quintus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque fo-

foliis 478. & olim ad Rev. Dn. *Joh. Fabrum* Episcopum Viennensem pertinuit, quo continetur *Joh. Zonaræ* Historia.

VI.

Sextus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 236. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Pausaniæ* Cappadocis Cæsareensis, qui sub Impp. Hadriano, Antonino Pio & Antonino Philosopho vixit ac floruit, *Descriptio Græciæ* divisa in Libros X. cujus optima est editio impressa Græco-latina illa Hanoviensis Wecheliana A. 1613. in f. cum doctissima versione Romuli Amasæi & eruditissimis annotationibus Guilielmi Xylandri Augustani & Friderici Sylburgi Veterensis.

VII.

Septimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 165. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo ex *Polybii Arcadis* Megalopolitáni (qui Seculo II. ante C. N. Paulo Cornelio Scipione Æmiliano, Africano Minori, à quo capta atque eversa Carthagine in Africa bellum Punicum 3. Anno ante C. N. 146. absolutum est, Synchronus & adeo familiaris fuit, ut is pleraque pro consilio ejus ageret) *Libris Historiarum deperditis*, s. potius ab Imp. Constantino Porphyrogenito damnosa abbreviatione mutilatis

Ex-

Excerpta à L. VII. usq; ad L. XIX. adeoque auctiora omnino quam quæ in Isaaci Casauboni & Jacobi Gronovii editionibus impressis habentur, utque quæ Libri XVII. his verbis desinunt: ἐκ ὀκνήσαμεν διασαφῆν τὰ παρακελευσθῆ πάντα ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν ἀπρεπῆ.

VIII.

Octavus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 57. olimque ad *Joh. Sambucum* & postea ad *Seb. Tengnagelium* pertinuit, quo continetur *Michaëlis Choniatæ Historiarum fragmentum*.

IX.

Nonus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus, elegans optimæque notæ in f. constatque nunc foliis 546. Quo continetur 1.) *Michaëlis Glycæ Chronicon mundi Synopticum*, tam cœli quam terræ, s. Annales ab O. C. usque ad obitum Alexii Comneni A. C. 1181. scripti. 2) *Ej. Epistolæ numero XXII.* 3) *Nicephori Blemmidæ Logica* & tr. de Categoriis.

X.

Decimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus in f. constatque foliis 154. & ad V. Cl. *Seb. Ericium* s. *Erizzum* [redacted]im pertinuit. Continentur eo *eadem excerpta ex Polybii* Megalopolitani Libris deperditis a Lib. VII. usque

quæ ad XIX. quorum Codice 7. jam facta est mentio.

XI.

Undecimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 123. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, qui illum se Hydrunti à quodam *Cosma Liparensi* emisse testatur. Continentur eo *Thucydidis Atheniensis*, Herodoto, cujus æmulator fuit, Synchroni, *Historiæ belli Peloponnesiorum* cum Atheniensibus anni 20. priores *Libri VIII* Anonymi cujusdam antiqui Scholiastæ Græci annotationibus marginalibus illustrati.

XII.

Duodecimus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 206. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Joh. Scylitzæ Curopalatæ Sylloge s. Synopsis Chronologica* à creatione Mundi usque ad initium Imp. Alexii Comneni, qui A. C. 1081. abdicato Nicephoro Botoniatæ successit, pertingens, cujus adminiculo Chronographia S. Nicephori, Patriarchæ Constantin. qui A. C. 828. in exilio obiit, & antiqua ejus versio latina, quæ extat in Anastasii Bibliothecarii H. E. multis locis emendari possunt & suppleri. 2) *Incer-*

ti

ti recensio Episcoporum Rom. Constantinopolitanorum, Alexandrinorum, Antiochenorum & Hierosolymitanorum. 3) *Syllabus Librorum Canonicorum & Apocryphorum.* 4) *Genealogia Imp. Valentiniani.*

XIII.

Decimus tertius Codex MS. Hist. Græc. chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque nunc foliis 11. Continetur eo 1) *S. Nili Archiepiscopi Constantinopolitani Oratio de incursione Barbarorum.* 2) *Manuelis Magni rhetoris* Constantinop. disputatio cum P. Francisco Ordinis Prædicatorum. 3) *Nomina quarundam civitatum græcè & vulgariter.*

XIV.

Decimus quartus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus, sed lacerus, mutilus & aqua marina misere fœdatus, in f. constatque nunc foliis 210. quo continentur *incerti Antiquitates ad Hist. Constantinop. pertinentes.*

XV.

Decimus quintus Codex MS. Hist. Gr. est partim chartaceus partim membranaceus antiquus, optimique commatis in f. constatque nunc foliis 326. olim comparatus ab *Augerio Busbeckio* Constantinopoli, quo continetur Georgii Monachi Tarasii Patriarchæ Syncelli (qui etiam ἁμαρτωλὸς s. peccator dicitur.)

Hi-

Historia f. potius excerpta Chronographica.

XVI.

Decimus sextus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in f. constatque nunc foliis 91. quo continetur *Constantini Manassis Chronicon versibus politicis.*

XVII.

Decimus septimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in f. constatque foliis 237. quo continetur *Zonaræ Historia Romana ab Augusto usque ad Comnenum Imperatorem.*

XVIII.

Decimus octavus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus in f. constatque foliis 83. Continetur eo *Diodori Siculi*, qui sub Imp. Caj. Julio Cæsare & Augusto vixit, *Bibliothecæ Historicæ Liber 1. & 5.*

XIX.

Decimus nonus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. sed in principio paulùm mutilus, constatque nunc foliis 421. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Pausaniæ Periegesis f. Descriptio Græciæ in Libros X. divisa.*

XX.

Vigesimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus optimæ notæ & rarissimus in f. (cum ipsi græci fateantur testenturque, hunc esse Autographum Autoris, cujus sedentis scribentisque imago in principio Libri depicta cernitur) constatque nunc foliis 324. quo continetur *Historia Nicetæ Acominati Choniatæ* Viri dignitate in Imp. Constantinopolitano illustris.

XXI.

Vigesimus primus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus elegans & optimæ notæ in f. constatque foliis 222. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Plutarchi* Philosophi & Historici celeberrimi, qui Sec. 1. & 2. post C. N. sub Impp. Domitiano, Nerva & Trajano floruit, *Vitæ aliquot Parallelæ s. comparatæ* Illustrium quorundam Virorum Græcorum & Romanorum. 2) *Nomina mensium secundum Romanos, Ægyptios, Macedones, Cappadoces, Græcos proprie dictos, Hebræos, Bithynos & Cyprios.* 3) *Nomina græca Ventorum* duodecim præcipuorum, cum adjuncta eorundem Explicatione, & diagrammate ad eandem materiam pertinente.

XXII.

Vigesimus secundus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4.

ſed miſere lacerus & in fine mutilus, conſtatque nunc foliis 219. olim ab *Augerio de Busbeckio* comparatus Conſtantinopoli, quo continetur *Georgii Cedreni Annales* ſ. Synopſis Hiſt. ab exordio Mundi usque ad Iſaacum Comnenum, cujus & vixiſſe temporibus videtur.

XXIII.

Vigeſimus tertius Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. ſed ruinoſus, lacerus & in principio mutilus, conſtatque nunc foliis 333. Continetur eo 1) *Joh. Zonaræ Hiſtoria Byzantina* 2) *Georgii Acropolitæ* natione Græci, officio Logothetæ *Hiſtoria*, ſed principio mutila, de rebus in Imp. Conſtantinop. geſtis, ab A. C. 1203. usque ad A. C. 1261. quam Leo Allatius in Pariſino Hiſt. Byzantinæ corpore Gr. & Latine edidit. 3) *S. Iſidori Peluſiotæ* Epiſtolæ 414.

XXIV.

Vigeſimus quartus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. ſed miſere lacerus & ruinoſus, conſtatque nunc foliis 89. olim ab *Augerio Busbeckio* Conſtantinopoli comparatus, quo continetur 1) *Georgii Cedreni Hiſtoriarum fragmentum.* 2) *Incerti Odæ quædam Sacræ* ſ. τετραελα cum explicatione.

XXV.

Vigesimus quintus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus, elegans & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 140. quo continetur *Constantini Manassis Chronica Synopsis* versibus politicis conscripta, incipiens ab O.C. usque ad Imperium Nicephori Botoniatæ.

XXVI.

Vigesimus sextus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus, elegans & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 154. olim ab Augerio Busbeckio comparatus Constantinopoli, quo continentur *Georgii Cedreni Annalium fragmenta quædam Historica.*

XXVII.

Vigesimus septimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 138. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continetur *Anonymi Chronicon*, incipiens ab initio regiminis Imp. Diocletiani f. A. C. 284. & pertingens usque ad Imp. Nicephorum Botoniatem f. A. C. 1078.

XXVIII.

Vigesimus octavus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 140. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit. Continetur eo *Constantini Manassis Synopsis Historica* versibus

bus politicis à creatione Mundi usque ad Imp. Nicephorum Botoniatem, qui cœpit imperare A.C. 1078.

XXIX.

Vigesimus nonus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus optimæque notæ in 4. constatque nunc foliis 174. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur *Michaelis Glycæ Chronicon.*

XXX.

Trigesimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 15 olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur *vaticinia nonnulla Constantinopolitana a Gennadio Patriarcha explicata* cum figuris eleganter pictis.

XXXI.

Trigesimus primus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 100. Continetur eo 1) *Anonymi* cujusdam Autoris Græco-barbari *Portulanus s. Liber Hydrographicus* de portubus & de navigatione maritima, secundum eorum situm & distantiam. 2) *Recensio græco-barbara Ducum Venetorum* à Paulo Anastasato s. potius Anastasio, qui vulgò appellatur Paulutius Anafestus Heraclianus, h. e. ab A. C. 796. us-

que ad Petri Lundi electionem & obitum h. e. ad A. C. 1527. & 1540.

XXXII.

Trigesimus secundus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. sed mutilus, aqua marina hinc inde misere fœdatus, constatque nunc foliis 83. olimque ad *Joh. Sambucum* pertinuit, quo continentur *Gregorii Hamartoli fragmenta quædam Historica.*

XXXIII.

Trigesimus tertius Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 474. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Herodoti* Hallicarnassensis, qui ut omnium Historicorum Græcorum profanorum nunc extantium antiquissimus, à Cicerone L.I. de Leg. Pater Historiæ appellatur, & Sec. V. ante C. N. sub tribus Persarum Regibus, Dario Hystaspide, Xerxe s. Ahasvero & Artaxerxe Longimano floruit, *Historiarum Libri IX. totidem Musarum nominibus inscripti*, quorum optima editio est Græco-latina Gottofredi Jungermanni Francofurti ad Mœnum 1608. in f. impressa cum amplissimis variorum veterum & recentiorum Prolegomenis, Testimoniis & Additionibus.

XXXIV.

XXXIV.

Trigesimus quartus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. sed fine mutilus, constatque nunc foliis 129. olimque ad *Job. Sambucum* pertinuit, quo continetur *Michaëlis Glycæ Chronicon* s. Annales ab O. C. usque ad obitum Imp. Aletii Comneni s. A. C. 1118.

XXXV.

Trigesimus quintus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 319. sed principio & fine mutilus, lacerus & aqua marina turpiter fœdatus, quo continentur *Miscellanea Collectanea Historica*, de quibus tamen mihi nondum satis liquet.

XXXVI.

Trigesimus sextus Codex MS. Hist. Gr. est membranaceus pervetustus, elegans & optimæ notæ in 4. constatque foliis 251. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Arriani Nicomediensis Libri VII. de Expeditione Alexandri M.* 2) *Ej. Historia Indica uno separato Libro comprehensa.*

XXXVII.

Trigesimus septimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 91. quo continetur *Constantini Manassis Chronicon* s. Synopsis Historica à crea-

tione Mundi usque ad Imp. Nicephorum Botoniatem, qui A. C. 1081. obiit.

XXXVIII.

Trigesimus octavus Codex MS. Hist. Gr. continet *fasciculum variarum schedarum & miscellanearum notarum ad editionem Lambecianam Originum & Antiquitatum Constantinopolitanarum Georgii Codini pertinentium.*

XXXIX.

Trigesimus nonus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 93. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continetur *Constantini Manassis Chronicon* s. Synopsis Historica.

XL.

Quadragesimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 62. quo continetur *Anonymi Historica Narratio* constructionis splendidissimi templi Constantinopolitani S. Sophiæ appellati.

XLI.

Quadragesimus primus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 328. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Xenophontis Historiarum Libri*

bri VII. de Cyri Junioris, filii Regis Perſarum Darii, cognomine Nothi, aſcenſu ſive expeditione in Aſiam ſuperiorem contra fratrem natu majorem Regem Artaxerxem Mnemonem, Anonymi cujusdam Scholiaſtæ Græci Antiqui Annotationibus marginalibus illuſtrati. 2) *Ej. Liber de Magiſterio equitum.* 3) *Ej. Liber de re equeſtri.* 4) *Ej. Liber de Republ. Lacedæmoniorum.* 5) *Ej. Memorabilium Socratis dictorum & factorum Libri V.* 6) *Ej. Sympoſium vel Convivium.* 7) *Ej. Liber de venatione.* 8) *Georgii Gemiſti Plethonis epiſtola quadam.* 9) *Anonymi obſervatio de Phlebotomiæ ſ. venæ ſectionis ſalutaribus diebus.* 10) *Anonymi Obſervationes de Exercitiis Rhetoricis.*

XLII.

Quadrageſimus ſecundus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4. conſtatque nunc foliis 54. quo continentur 1) *Anonymi Miſcellanea nonnulla Antiquitates Conſtantinopolitanæ.* 2) *Varii Catalogi Græci Librorum* Conſtantini Varini, Antonii Contacuzeni, Jacobi Marmorotæ, Joh. Suzi, Manuelis Eugeneici.

XLIII.

Quadrageſimus tertius Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. conſtatque nunc foliis 35. quo continetur

Georgii & Siceliotæ Cedreni fragmenta nonnulla Chronica.

XLIV.

Quadragesimus quartus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 91. olim ab *Augerio Busbeckio* Constantinopoli comparatus, quo continentur *incerti Collectanea Miscellanea* ad Antiquitates & Historiarum Constantinopolitanam pertinentia.

XLV.

Quadragesimus quintus Codex MS. Hist. Gr est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 279. sed in principio & fine mutilus, misere lacerus à blattis, tineis & aqua marina, tum etiam ipsa vetustate fœde depravatus, quo continetur *Nicetæ Acominati Choniatæ Historia Constantinopolitana* de Impp. Græcis.

XLVI.

Quadragesimus sextus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 105. quo continetur *Constantini Manassis Chronicon* versibus politicis scriptum.

XLVII.

Quadragesimus septimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 254. & ad *Joh. Sambucum* olim

olim pertinuit. Continentur eo *Arriani Nicomediensis Libri VII. de Expeditione Alexandri M. & ejusdem Liber peculiaris de Historia Indica.*

XLVIII.

Quadragesimus octavus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 130. & olim ad Joh. Sambucum pertinuit. Continentur eo *Joh. Tzetzis Grammatici Variæ Historiæ* versibus politicis conscriptæ.

XLIX.

Quadragesimus nonus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 175. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Plutarchi Chæronensis Vita L. Æmilii Pauli.* 2) *Georgii Gemisti Plethonis* & Diodori Siculi L. 2. Bibliothecæ Historicæ *Epitome de Assyriorum & Medorum regno.* 3) *Ej. alia duo Excerpta Historica*, quorum primum de Alexandro M. alterum de Hercule. 4) *Plutarchi Chæronensis vitæ Parallelæ s. Comparatæ Alexandri M. & C. Julii Cæsaris*, quibus inserta sunt in medio Excerpta tria Georgii Gemisti Plethonis, quorum *primum* de Alexandro M, *secundum* de Thessalia, *tertium* est mors Palamedis ex lapidatione. 5) *Georgii Gemisti Plethonis Excerpta quinque*, quorum *primum*

est Historiarum Polybii Megalop. Proëmium Libri 3. *secundum* de J. Cæsare, *tertium* de Tito Imp. Vespasiani filio, *quartum* Romanorum modus construendi pontis, *quintum* de 12. figuris Zodiaci & de 7. Climatibus. 6) *Ej. Excerptum ex Libris Geographicis de Schematibus terræ & orbis habitabilis reformatum.* 7) *Ej Excerptum de insomniis.* 8) *Ej. Excerptum ex operibus Historicis* Procopii Cæsareensis 9) *Lascaris cujusdam scriptum de Itinere suo per Europam.*

L.

Quinquagesimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus elegans & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 241. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur *Heliodori* Emesæ in Phœnicia nati *Libri X. dramatici* de castis amoribus Theogenis & Charicleæ Æthiopica inscripti.

LI.

Quinquagesimus primus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque foliis 108. Continetur eo *Johannis Magistri*, cognomine *Canabutii*, ad Principem urbis Æni in Thracia juxta Hebri fluvii ostium & Insulæ Samothraces s. Samothraciæ in mari Ægeo supra Lemnum, *Commentarius Epistolaris* in Dionysii Hallicarnassensis, qui sub Imp. Augusto floruit, Locum

sin-

ſingularem Libri I. *Antiqq. Roman. de Inſula Samothrace & Diis Troicis.* Diviſus eſt totus hic Commentarius in Capita 96. eſtque adhuc, quod ſciam, ineditus,& multa in illo ſunt, quæ Dionyſii Hallicarnaſſenſis vitæ ſcriptis lucem non exiguam poſſint afferre.

LII.

Quinquageſimus ſecundus Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in 4. ſed fine mutilus conſtatque nunc foliis 90. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Conſtantinopoli, quo continetur *Syntipæ Philoſophi Hiſtoria fabuloſa* è Syriaco translata.

LIII.

Quinquageſimus tertius Codex MS. Hiſt. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus in 4. conſtatque nunc foliis 23. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Palladii, ut videtur,* Galatæ Helenopolitani in Cappadocia Epiſcopi *Epiſtola* de Indiæ Gentibus & Brachmanibus; nec non Excerpta duo de *Dandamo* Brachmanum Magiſtro primario & de ipſo Alexandro M. 2) *S. Joh. Chryſoſtomi Homilia* in annunciationem B. M. V. 3) Ex *S. Baſilii M. expoſitione in Pſalmum I. Davidis fragmentum de Peſte ſ. Peſtilentia.* 4) *Anonymi fragmentum Explicationis* in Prophetam Jeſaiam c. 52. v. 13.

LIV.

Quinquagesimus quartus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 183. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Dionysii Alexandrini* in regione Susiana ad Sinum Arabicum, inter Tigrim & Eulæum fluvios nati, & vulgo dicti Periegetæ, quem, ut Plinius Hist. Nat. L. 6. c. 27. refert, Imp. Augustus, cum C. Cæsar, filius ejus adoptivus major in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res iturus esset, ad commentanda omnia in Orientem præmisit, *Periegesis s. Descriptio* situs orbis terrarum, versibus hexametris cum antiqui cujusdam anonymi Autoris Paraphrasi Græca, hactenus, quod sciam, nondum edita, & ab Eustathii Archiepiscopi Thessalonicensis Commentario in eandem Periegesin omnino diversa. Extat quoque ibi Vita Dionysii Græcè ab Anonymo quodam Autore conscripta & ab aliis ejusdem vitæ narrationibus aliquantum discrepans. 2) *Anonymi observatio de XII. Ventis.* 3) *Anonymi Excerptum s. fragmentum Hydrographicum* navigationis per Pontum Euxinum, à Bosphoro Thracio ad Bosphorum Commerium. 4) *Julii Alexandrini*, vel sub ficto nomine, *Apomasaris Introductio Synoptica in Astrologiam Apotelesmaticam* s. Doctrinam de prædictionibus natali-

tiis

tiis in capita 156. divisa. 5) *Æschyli Athenienfis* celeberrimi Poëtæ Tragici, qui Anno 456. ante C. N. obiit, *Tragœdiæ duæ* nempe Prometheus & Eteocles. 6) *Agathemeri Orthonis filii Hypotyposis s. Expositio Compendiaria Geographiæ*, sed h. l. mutila, quam primus ex Bibliotheca V. Cl. Joh. Jacobi Chiffletii Græcè & Latine cum pereruditis notis in lucem edidit Doctissimus Samuel Tennulius Amstelodami 1671. in 8.

LV.

Quinquagesimus quintus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus recentique manu scriptus in 4. constatque nunc foliis 78. olimque ad Bibliothecam V. CL. *Davidis Hæschelii* pertinuit, quo *Georgii Pisidæ* Diaconi & Chartophylacis magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & *Cyrilli Monachi Breviarium Chronographicum* ex variis Historiis concinnatum ab O. C. usque ad Constantinum Imp. Leonis Sapientis continetur filium, cum interpretatione latina è regione posita.

LVI.

Quinquagesimus sextus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 8. sed principio & fine mutilus, constatque foliis 12. quo continetur *incerti fragmentum ad Historiam Constantinopolitanam pertinens.*

LVII.

Quinquagesimus septimus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus vetustus bonæque notæ in 8. constatque foliis 232. & olim ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continetur eo 1) *Heliodori Æthiopica.* 2) *Pindarus cum Scholiis.* 3) *Collectanea quædam Medica.*



PARTIS SECUNDÆ

LIBER SECUNDUS

DE

AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI,

continens

Catalogum CXCVII. Codicum MStorum Græcorum Philologicorum.

I.

PRimus Codex MStus Philolog. Græcus est membranaceus antiquus, elegans & optimæ notæ in folio majori, constatque foliis 188. olimque ad V. CL. *Joh. Sambucum* pertinuit, quo continetur *ISOCRATIS* Oratoris Atheniensis celeberrimi, (qui Annos natus 106. obiit ante C. N. 321. vel 330.) *Orationes.*

II. *Se-*

II.

Secundus Codex MS. Hist. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in folio majori, constatque foliis 191. & olim ab *Augerio Busbeckio* fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *HOMERI Ilias & Odyssea* cum notis s. rapsodia Quinti Smyrnæi.

III.

Tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus vetustus & optimæ notæ in folio regali, sed in fine mutilus, constatque foliis 108. & ab *Augerio Busbeckio* fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo 1) *Georgius Corinthius* de Barbarismo & Soloecismo, ut & de Syntaxi & Constructione Orationis. 2) *Theodori Studitæ Abbatis Monasterii* CPni, cognomine Studii, qui A. C. 826. obiit, Epistola de Imaginibus.

IV.

Quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 340. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Dionis Prusæensis* ob eloquentiam cognominati *Chrysostomi*, *Sophistæ* & Philosophi *Orationes* f. Declamationes *Rhetoricæ*.

V.

Quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus, elegans bonæque notæ in f.

con-

constatque foliis 359. atque unus est ex illis *Joh. Sambuci* Libris, quos a reliqua illius Bibliotheca avulsos *Seb. Tengnagelius* 27. coronatis redemit & Aug. Bibl. Cæsareæ legavit. Continetur eo 1) *Hermogenis Tarsensis Ars Rhetorica.* 2) *Joh Doxopatræ Rhetoricæ Homiliæ* in Aphthonii Sophistæ Progymnasmata.

VI.

Sextus Codex MS. Philol. Gr. est membranaceus antiquus, elegans in f. constatque foliis 158. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Aphthonii Sophistæ Progymnasmata.* 2) Hermogenis *Tarsensis Ars Rhetorica.*

VII.

Septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in f. constatque foliis 34. A.C. 1672. Venetiis pro Augustiss. Bibl. Cæsarea 15. florenis emtus, quo continentur *incerti Autoris Erotemata quædam Grammaticalia.*

VIII.

Octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in f. constatque foliis 122. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Ulpiani Commentaria Græca in XVIII. Orationes Demosthenis.*

IX.

Nonus Codex MS. Philol. Gr. eſt membranaceus pervetuſtus & optimæ notæ in f. conſtatque foliis 269. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Quo continetur *Anonymi cujusdam Autoris Dictionarium ſecundum literas Alphabeti digeſtum.*

X.

Decimus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in f. conſtatque foliis 214. Et continentur 1) *Joh. Philoſophi Siceliotæ aliorumque Exegeſes in Hermogenis Rhetoris Ideas*, necnon in ejusdem de inventione fragmentum. 2) *Maximus Planudes de Statibus.*

XI.

Undecimus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus bonæque notæ in f. conſtatque nunc foliis 385. quo continentur *Nonni Panopolitæ Dionyſiacorum* ſ. de rebus geſtis Bachi Libri 48.

XII.

Duodecimus Codex MS. Philol. Gr. eſt membranaceus antiquus optimæ notæ in f. elegantiſſimis picturis inauratis exornatus, conſtatque nunc foliis 93. & primum quidem ad Bibl. *Budenſem* Sereniſſ. regis Hungariæ *Mathiæ Corvini*, poſtea autem ad *Joh. Sambucum* pertinuit.

tinuit, & continentur eo *Aristotelis Stagiritæ de Arte Rhetorica Libri 3.*

XIII.

Decimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus & bonæ notæ in f constatque foliis 418. quo continetur *Joh. Zonaræ Lexicon ordine Alphabetico.*

XIV.

Decimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in f. constatque foliis 11. quo continetur *Aristidis Atheniensis Panathenaicus.*

XV.

Decimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus vetustus bonæqne notæ in f. constatque foliis 675. quo continetur *Homeri Ilias variis interlinearibus & marginalibus notis illustrata.*

XVI.

Decimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque nunc foliis 160. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur *Isaaci Tzetzis Commentarius in Lycophronis Cassandram.*

XVII.

Decimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 136. olimque ad *Seb. Ericium* pertinuit, postea autem Venetiis, A.C. 1672.

1672. pro usibus Bibl. Cæsareæ 30. florenis emtus est, quo continetur *Julii Pollucis Onomasticon.*

XVIII.

Decimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 182. & ad *Job. Sambucum*, qui eum Tarenti emit, olim pertinuit, quo continentur *Nonni Panopolitæ Dionysiaca.* Estque hoc ipsum autographum exemplar, quo olim ex Joh. Sambuci concessione *Job. Falckenburgius* Noviomagus usus est, cum Nonni Dionysiaca primum in lucem ederet.

XIX.

Decimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus elegans, antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 691. quo continetur *Photii CPni Bibliotheca.*

XX.

Vigesimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in f. constatque foliis 116. & primum ad *Job. Sambucum*, postea vero ad *Seb. Tengnagelium* pertinuit, quo continentur *Demosthenis Oratoris Atheniensis Orationes* cum notis interlinearibus & marginalibus.

XXI.

Vigesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f.

ſed in fine mutilus, conſtatque foliis 80. quo continetur *Homeri Ilias* variis Scholiis interlinearibus & marginalibus illuſtrata.

XXII.

Vigeſimus ſecundus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus antiquus bonæque notæ in f. conſtatque nunc foliis 219. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur *Homeri Ilias & Odyſſea.*

XXIII.

Vigeſimus tertius Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus bonæque notæ in f. conſtatque nunc foliis 191. quo continetur *Nonni Panopolitæ Dionyſiacorum Tomus alter.*

XXIV.

Vigeſimus quartus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in f. conſtatque foliis 322. deſcriptus propria manu *Georgii Wurffel* ex inſtructiſſima Bibliotheca *Joh. Jacobi Fuggeri* Auguſtæ Vindelicorum A. C. 1561. quo continentur *Nonni Panopolitæ Dionyſiaca.*

XXV.

Vigeſimus quintus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus in f. conſtatque foliis 25. quo continentur *incerti varia Paradigmata Conjugationum verborum græcorum.*

XXVI.

XXVI.

Vigesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque nunc foliis 169. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur *Homeri Odyssea*, variis notis marginalibus & interlinearibus illustrata.

XXVII.

Vigesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in f. constatque foliis 79. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Pindari Thebani opera* cum Scholiis interlinearibus.

XXVIII.

Vigesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 254. quo continentur 1) *Lysii Cephali Syracusani filii*, Oratoris Atheniensis, *Orationes*. 2) *Apollonius contra Æschinem & reliquos.* 3) *Æschinis discipuli Socratis Epistolæ.* 4) *Theani de Liberorum educatione Epistola.* 5) *Democrati Epistolæ,* 6) *Polybii Historia.* 7) *Herodiani Historia.*

XXIX.

Vigesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 249. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Dionysii Halli-*

carnassei Ars Rhetorica f. Rhetoricæ præceptiones Panegyricarum orationum, nec non de figurata oratione, idem de Idiomate f. charactere Thucydidis, idem de compositione Nominum, 2) *Demetrius Phalereus de Elocutione.* 3) *Alexander Aphrodisæus de verborum & sententiarum Schematibus.* 4) Menander Rhetor & Sophista περὶ τῶν ἐπιδεικτικῶν. 5) *Aristides Adrianeus Sophista de civili oratione.* 6) *Asinis Gadarai Sophistæ Ars Rhetorica.* 7) *Minutianus* περὶ ἐπιχειρημάτων.

XXX.

Trigesimus Codex MS. Philol. Gr. est partim chartaceus partim membranaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 58. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit, quo continentur *Homeri Iliados Libri duo* cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.

XXXI.

Trigesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 314. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur Homeri Ilias cum *Isaaci Tzetzis* Commentario.

XXXII.

Trigesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque nunc foliis 239. quo continentur

1) *De-*

1) *Demosthenis Oratoris Athieniensis variæ Orationes.* 2) *Josephi Rhacondytæ Synopsis vel Epitome Rhetorices.*

XXXIII.

Trigesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus & optimæ notæ in f. constatque foliis 216. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Libanii Sophistæ Epistolæ variæ* numero 288. hactenus, quod sciam, in lucem nondum editæ. 2) *Homeri Iliados* Liber 13. & 14. cum Eustathii Commentariis. 3) *Miscellanea quædam Medica* de Historia arborum & plantarum, sed initio & fine mutila.

XXXIV.

Trigesimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 283. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Joh. Doxopatræ Commentarii in Librum Hermogenis de inventione.*

XXXV.

Trigesimus quintus Codex MS. Philolog. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. sed in fine mutilus, constatque foliis 54. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur incerti *Lexicon Atticum.*

XXXVI.

Trigesimus sextus Codex MS. Philol. Gr est chartaceus bonæque notæ in f. constatque foliis 15. quo continentur *variæ sententiæ morales diversorum Philosophorum*, veluti Cleandri, Æschylis, Euripidis, Menandri, Sophoclis aliorumque.

XXXVII.

Trigesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in f. constatque nunc foliis 182. & ad Seb. Tengnagelium olim pertinuit, quo continentur *Dionysii Thracis Erotemata* f. Interrogationes Grammaticæ & Rhetoricæ.

XXXVIII.

Trigesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in f. constatque foliis 79. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Anonymi Scholia in Apollonii Rhodii Argonautica.*

XXXIX.

Trigesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in f. sed aqua marina hinc inde fædatus, constatque foliis 212. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Philostrati Lemnii Sophistæ* Icones. 2) *Libanii Sophistæ declamationes.* 3) *Æschinis, Hippocratis, Platonis, Euripidis, Heracliti & Diogenis Epistolæ variæ.*

XL. *Qua-*

XL.

Quadragesimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 85. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Aristidis Adrianei Sophistæ orationes aliquot.*

XLI.

Quadragesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus, elegans bonæque notæ in f. constatque foliis 178. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur *Sopatri Διάτρησις ζητημάτων.*

XLII.

Quadragesimns secundus Codex MS. Phil. Gr. est membranaceus elegans, antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 140. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit, quo continentur *Libanii Sophistæ Antiocheni Epistolæ.*

XLIII.

Quadragesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque foliis 157. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Quinti Calabri Paralipomena Homeri s. Derelictorum ab Homero Libri XIV.*

XLIV.

Quadragesimus quartus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus antiquus, elegans & bonæ notæ in f. constatque foliis 157. & ad *Joh.*

Sambucum olim pertinuit, quo continentur *Manuelis Moschopuli Erotemata Grammaticalia.*

XLV.

Quadragesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus, rarus, variis notis marginalibus illustratus optimæque notæ in f. constatque foliis 310. olim ad *Theodorum Gazam*, postea ad *Joh. Aurelium Augurellum*, deinde ad *Joh. Sambucum* pertinuit. Continentur eo 1) *Libanii Sophistæ Antiocheni Orationes* 44. quarum pleræque sunt ineditæ. 2) *Aristidis Rhetoris* λόγος Ῥοδιακός. 3) *Plutarchi Cheronensis* περὶ τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας λόγος.

XLVI.

Quadragesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus, elegans & optimæ notæ in f. constatque foliis 373. Continetur eo *Theodori Metochitæ* Magni Logothetæ s. Cancellarii Imp. Andronici I. s. Senioris *Orationes 18.* de variis materiis Philosophicis, sed præcipuè ad Historiam de vitis Sanctorum & ad Hist. Constantinopolitanam pertinentibus, hactenus, quod sciam, ineditæ & ipsius Metochitæ ævo in membrana pereleganter exaratæ.

XLVII.

Quadragesimus septimus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in quarto majori, sed misere lacerus & ruinosus, constatque foliis 221. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Aristidis Adrianensis Sophistæ Orationes.*

XLVIII.

Quadragesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. oblongo, constatque nunc foliis 358. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Demosthenis oratoris Atheniensis Orationes.*

XLIX.

Quadragesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in f. sed in fine mutilus, constatque foliis 177. quo continentur *Michaëlis Glycæ* capita nonnulla Philosophica, inprimis autem *Epistolæ Theologicæ* de variis S. Scripturæ controversiis.

L.

Quinquagesimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in f. sed lacerus ac in principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 137. quo continentur *Apollonii Rhodii Argonautica.*

LI.

Quinquagesimus primus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in f. constatque nunc foliis 175 & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo 1) *Demosthenis Oratoris Atheniensis Orationes quædam*, notis marginalibus hinc inde illustratæ. 2) *Theodori Prodromi Grammaticalia quædam.*

LII.

Quinquagesimus secundus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus bonæque notæ in f. constatque foliis 15. quo continentur *Himerii Sophistæ* Orationes tres, hactenus, quod sciam, ineditæ, quas *M. Elias Ebingerus* Bibliothecarius quondam Augustanus ex eadem Bibliotheca sua manu descripsit donoque misit ad V. CL. *Sebastianum Tengnagelium* A. C. 1629.

LIII.

Quinquagesimus tertius Codex MS Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in f. constatque foliis 16. quo continentur Nicolai Mesaritæ Epistolæ duæ scriptæ d. 20. Jul. A. C. 1203. ad Theodorum Lascarim Imp. & Archiepiscopum Præconnesi.

LIV.

Quinquagesimus quartus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in f. constatque nunc foliis 113. olim ab *Au-*

gerio

gerio Busbeckio comparatus Conſtantinopoli, quo continentur *Ariſtidis Adrianenſis Orationes* paſſim Annotationibus marginalibus illuſtratæ.

LV.

Quinquageſimus quintus Codex MS. Phil. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. majori, ſed in principio & fine mutilus lacerusque, conſtatque nunc foliis 225. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit, quo continentur *Luciani Samoſatenſis varia Opuſcula.*

LVI.

Quinquageſimus ſextus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus antiquus & optimæ notæ in quarto majori, conſtatque nunc foliis 251. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Homeri Opera* cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.

LVII.

Quinquageſimus ſeptimus Codex MS. Phil. Gr. eſt chartaceus antiquus bonæque notæ in quarto majori, conſtatque nunc foliis 228. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Conſtantinopoli, quo continentur *Job. Tzezis Allegoriæ Homericæ.*

LVIII.

Quinquageſimus octavus Codex MS. Phil. Gr. eſt chartaceus antiquus bonæque notæ in quar-

quarto majori, constatque nunc foliis 53. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Euripidis Hecuba, Orestes, & Phænissa* cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

LIX.

Quinquagesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in quarto majori, constatque nunc foliis 225. quo continetur *Arsenii cujusdam Lexicon Græcum* s. Explicationes vocabulorum Græcorum eorumque Derivationes & Etymologiæ juxta seriem Alphabeti.

LX.

Sexagesimus Codex MS. Philol. Gr. est membranaceus antiquus & optimæ notæ in 4. sed principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 160. quo continentur *Luciani Samosatensis nonnulli Dialogi.*

LXI.

Sexagesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 15. quo continetur 1) *Incerti Collectio quarundam vocum* s. dictionum, quæ non sunt propriè Græcæ, sed ex Latio desumtæ, quibus deinde voces propriè Græcæ secundum literarum Græcarum ordinem subjunguntur. 2) *Anonymi Collectio Chronologica Compendiaria* Regum Assyriorum, Chaldæorum aliorumque Imperatorum.

3) *Ly-*

3) *Lycophronis fragmentum obſcuri illius poë-matis Alexandræ* cum notis interlinearibus.

LXII.

Sexageſimus ſecundus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus recenti manu ſcriptus in 4. conſtatque nunc foliis 97. quo continentur *incerti Collectanea quædam & Obſervationes in Linguam Græcam.*

LXIII.

Sexageſimus tertius Codex MS. Philol. Gr. eſt membranaceus antiquus & elegans in 4. conſtatque foliis 101. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo 1) *Incerti præcepta Grammaticalia.* 2) *Manuelis Moſchopuli Libellus de Dialecto Jonica.* 3) *Theocriti Syracuſani Idyllia quædam.*

LXIV.

Sexageſimus quartus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus bonæque notæ in 4. conſtatque nunc foliis 11. quo continetur *fragmentum aliquod de ortu & progenie Deorum ex Georgio Gemiſto Plethone deſumtum.*

LXV.

Sexageſimus quintus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus antiquus in 4. ſed à tineis blattisque miſere corroſus, conſtatque nunc foliis 170. & ad *Seb. Ericium* olim pertinuit, quo continentur *Job. Doxopatræ Scholia in Aphthonii progymnaſmata & Hermogenem de ſtatibus.*

LXVI.

LXVI.

Sexagesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. ſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. ſed lacerus mutilusque,conſtatque nunc foliis 171 & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit, quo continetur *Simeonis Grammatici Etymologicum ordine Alphabetico.*

LXVII.

Sexagesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus bonæque notæ in 4. conſtatque nunc foliis 140. quo continetur *Eudemii Rhetoris Lexicon.*

LXVIII.

Sexagesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. ſed paſſim mutilus, lacerus, à blattis tineisque miſere fœdatus, conſtatque nunc foliis 146. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo *fragmentum Scholiorum in Homeri Odyſſeam.*

LXIX.

Sexagesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. eſt membranaceus elegans optimæque notæ in 4. conſtatque nunc foliis 197. olimque ad *Joh. Wilhelmum Baronem à Schenkirchen*, poſtea ad *Joh. Alexandrum Braſſicanum JCtum & ad Seb. Tengnagelium* pertinuit, quo continentur *Oppiani Cilicis Halieutica &*

Cyne-

Cynegetica cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.

LXX.

Septuagesimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 161. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo 1) *Demosthenis Oratio* περὶ στεφάνου. 2) *Oppiani Cilicis Opera*.

LXXI.

Septuagesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 111. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur *Apollonius Alexandrinus*, *cognomine difficilis*, *de Constructione*.

LXXII.

Septuagesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 143. olim â *Joh. Sambuco* Capuæ emtus. Et continentur eo 1) *Job. Tzetzis Grammatici Allegoriæ in Homerum*. 2) *Aratus Solensis cum Scholiis Hipparchi*.

LXXIII.

Septuagesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 107. quo continentur *Euripidis tragœdiæ Hecuba & Orestes*.

LXXIV.

Septuagesimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est membranaceus elegans bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 44. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Pindari Thebani Olympia.*

LXXV.

Septuagesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 243. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur *Joh. Doxopatræ Commentarius in Ideas Hermogenis.*

LXXVI.

Septuagesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 133. quo continetur *incerti Epitome Rhetorica ex Hermogene & Aphthonio.*

LXXVII.

Septuagesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est membranaceus elegans bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 151. & olim ad *Joh. Sambucum* pertinuit, quo continetur *Sophoclis Ajax, Electra & Oedipus.*

LXXVIII.

Septuagesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus, variis notis marginalibus illustratus optimæque notæ in 4. con-

statque

ſtatque foliis 350. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Conſtantinopoli, quo continetur 1) *Poëma vel Verſus Jambici* de animalibus, avibus, plantis, herbis, forte *Georgii Piſidæ vel Pſelli*, ſed ab initio mutili. 2) *Conſtantini Manaſſis Chronicon* verſibus politicis conſcriptum ad Sebaſtocratoriſſam Irenen, incipiens ab O. C. & deſinens in imperio Nicephori Botoniatæ. 3) *Ej. Monodia in Aſtroglenum Amicum* imo potius paſſerem ſuum. 4) *Ej. opuſculum verſibus de Aſtris, Planetis, Zodiaco & Circulo conſcriptum.* 5) *Procli Lycii Philoſophi Platonici Epiſtolici Characteres.* 6) *S. Gregorii Nazianzeni Epiſtolæ quædam breviores*, quas inter multæ ſunt ἀνεπίγραφοι. 7) *Ej. Verſus Jambici & alii.* 8) *Opiniones aliquot Schiſmaticæ hæreticorum*, quas inter prima Arii cum convenientia & diſcrimine eorundem. 9) *Michaëlis Pſelli Philoſophia Græcorum* ad Michaëlem Ducam Imp. CPnum. 10) *Ej. Solutiones dubiorum naturalium* ad eundem. 11) *Capitula quædam Excerpta Theologica* de orthodoxa fide, ex Damaſceno, Nyſſeno, Amphilochio, Nazianzeno, Cyrillo, Maximo, aliisque SS. Patribus in fine mutila. 12) *S. Joh. Monachi Damaſceni Libellus*, continens profeſſionem fidei, ſcriptus & miſſus Hieroſolymiis ad Patriarcham CPnum ἀτέλετος. 13) *S. Hierothei fragmentum*

mentum unius paginæ de Deo & SS. Trinitate ex Theologicis ejus Institutionibus. 14) Ex *S. Basilii ad Eubulum Epistola fragmentum de Deo.* 15) *Joh. Metropolitæ Russiæ Epistolæ* ad Clementem Pontificem Rom. de Jejunio Sabbathi, Cælibatu Sacerdotum, Azymis & Processione Spiritus S. 16) *S. Petri Apostoli & Simonis Magi Colloquium* s. disputatio, ubi Simonis variæ præstigiæ, dum Fausto discipulo S. Petri formam attribuit. 17) *Varii ritus Ecclesiastici* s. potius Excerpta nonnulla de generatione hominis, & cur tertium, nonum, trigesimum defunctorum diem agamus. Item de Sororibus B. M. V. fragmentum. 18) *Fragmentum ex S. Joh. Damasceno* de Corpore & Sanguine J. C. 19) *Nicephori CPni Patriarchæ de differentia Imaginis Christi & S. Crucis decem propositiones.* 20) *Miscellanea excerpta, Theologica* & Moralia ex SS. Patribus. 21) *Anonymi oratio de Creatione Hominis.* 22) *Nicephori Blemmydæ oratio de SS. Trinitate.* 23) *Perdicæ Protonotarii Ephesini descriptio SS. Locorum in Jerusalem.* 24) *Gregorii Cyprii Archiepiscopi CPni quædam Epistolæ.* 25) *S. Isidori Pelusiotæ Epistolæ quædam.*

LXXIX.

Septuagesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est membranaceus antiquus & optimæ notæ

in

in 4. conſtatque foliis 30. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Orphei Thracis, unius ex Argonautis, Argonautica.*

LXXX.

Octogeſimus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. conſtatque nunc foliis 382. atque unus eſt ex illis *Joh. Sambuci* libris, quos à reliqua ipſius Bibliotheca avulſos *Seb. Tengnagelius* redemit & Aug. Bibl. Cæſareæ legavit, quo continetur *Lexicon, quod Joh. Zonaræ tribuitur.*

LXXXI.

Octogeſimus primus Codex MS. Philol. Gr. eſt membranaceus antiquus & optimæ notæ in 4. ſed in fine mutilus, conſtatque nunc foliis 237. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur *Anonymi Lexicon.*

LXXXII.

Octogeſimus ſecundus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus antiquus, ſed principio & fine mutilus ac miſere lacerus in 4. conſtatque nunc foliis 183. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Conſtantinopoli, quo continentur *Anonymi nonnullæ Declamationes Rhetoricæ.*

LXXXIII.

Octogeſimus tertius Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. conſtatque nunc foliis 340. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Euripi-*

dis & Sophoclis Poëtarum nonnullæ tragœdiæ cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

LXXXIV.

Octogesimus quartus Codex MS. Philol. Gr est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. sed lacerus, corrosus, mutilusve, constatque foliis 348. olim ab Augerio Busbeckio comparatus Constantinopoli, quo continentur Aristophanis & Euripidis fragmenta Tragœdiarum cum Scholiis.

LXXXV.

Octogesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 159. quo continentur *Sophoclis Ajax, Electra, Oedipus, Tyrannus*, notis hinc inde interlinearibus & marginalibus illustrati.

LXXXVI.

Octogesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. sed misere lacerus mutilusque, constatque nunc foliis 111. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur *Luciani Samosatensis fragmenta quædam.*

LXXXVII.

Octogesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus elegans, antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 227. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur

tur 1) *Macarii Hieromonachi Paraphrasis Imaginis cujusdam* in monasterio τῆς νέας περιβλέπτου. 2) *Simeonis Bethi Collectanea varia de Natura Animalium.* 3) *Macarii Hieromonachi nomina Herbarum* ordine Alphabetico explicata vulgari Græco idiomate. 4) *Anonymi Synopsis de Urinis.* 5) *Anonymi Narratio de Constantino Imp.* de constructione s. restauratione Byzantii s. novæ Romæ, ut & templi S. Sophiæ. 6) *Georgius Zigabenus de VII. Vocalibus & reliquis literis Consonantibus*, ut aspirentur & tenuentur versibus politicis. 7) *S. Hippolytus de Consummatione Mundi*, Anti-Christo & Secundo Christi Adventu. 8) *Anonymus de Mensibus Ægyptiorum, Hebræorum, Tyriorum, Atticorum, Romanorum.* 9) *Simonis Sethi narrationes fabulosæ Indicæ & Arabicis traductæ.*

LXXXVIII.

Octogesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 177. quo continentur 1) *Aristophanis Poëtæ Comici Dramata duo* Plutus & Nubes inscripta, cum antiquis Græcis Scholiis. 2) *Agapeti Diaconi* magnæ Ecclesiæ Constantinop. ad Imp. Justinianum M. *de Imperio bene administrando Oratio* cum antiquis Græcis Scholiis. 3) *S. Gregorii Nazianzeni Sententiæ Parænetica.* 4) *Menandri*

Comici Sententiæ Monosticha ordine Alphabetico. 5) *Phocylidis Poëma Paraneticum.* 6) *Cebetis Thebani Philosophi Platonici tabula* vitæ humanæ prudenter instituendæ rationem continens. 7) *Herodiani Grammatici Observatio de Notis Numerorum apud Græcos usitatis.*

LXXXIX.

Octogesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. sed miserè lacerus aquaque marina fœdatus, constatque nunc foliis 169. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur 1) *Dionis Prusaensis* Sophistæ & Philosophi ob eloquentiam cognominati Chrysostomi, *Orationes duæ priores de Regno.* 2) *Libanii Sophistæ Antiocheni* Responsio Achillis ad Ulyssem. 3) *Ej. Legatio ad Antiochenos.* 4) *Demosthenis Olynthiaca prima & secunda.* 5) *Aristidis Pericles cum Scholiis.* 6) *Synesii Encomium Calvitii.* 7) *Idem de Insomniis.* 8) *Ej. ut & Libanii diversæ quædam Epistolæ.*

XC.

Nonagesimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 249. olim ab *Augerio de Busbecke* comparatus Constantinopoli, quo continetur *Anonymi Lexicon* & nonnulla Miscellanea Grammaticalia,

XCI.

XCI.

Nonagesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus in 4. constatque nunc foliis 394. quo continetur *Anonymi Lexicon.*

XCII.

Nonagesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 260. quo continentur 1) *Anonymi Certamina & Labores Herculis.* 2) *Manuelis Moschopuli Ars Grammatica.* 3) *Ex Theocrito Syracusano Artis Metricæ expositio* dilucidaque explanatio. 4) *Anonymi Præcepta Orthographica.* 5) *Methodus ex Herodiano Grammatico desumta de derivativis & impropriis dictionibus* 6) *Constantini Lascaris Byzantini tr. de Legibus Dialecticis.* 7) *Synopsis de brevibus & longis Syllabis ex Herodiano Grammatico desumta.* 8) *Anonymi Collectanea de variis Carminum speciebus, & de præcipuis Dialectis Græcorum.*

XCIII.

Nonagesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 243. quo continentur 1) *Anonymi Miscellanea Philosophica.* 2) *Constantini Manassis Chronicon.* 3) *Variæ Sententiæ & Carmina S. Gregorii Theologi.*

XCIV.

Nonagesimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 154. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli,& continentur eo *Euripidis Hecuba*,*Orestes*,*& Phœnissæ* variis notis interlinearibus & marginalibus illustratæ.

XCV.

Nonagesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 247. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur 1) *Demosthenis Oratoris Atheniensis Olynthiaca.* 2) *Varia Excerpta ex Logicis & Physicis*, Nicephori Blemmydæ, Michaëlis Pselli, & Georgii Pachymeris. 3) *Porphyrii Tyrii Isagoge in Logicam.* 4) *S. Gregorii Thaumaturgi Panegyricus in Origenem.* 5) *Nicephorus Blemmydas de Interpretatione.* 6) *Nemesii Episcopi Emeseni liber* de Natura Hominis. 7) *Excerpta quædam ex S. Basilio M. & S. Gregorio Nazianzeno* contra Latinos de Processione Spiritus S.

XCVI.

Nonagesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. sed passim mutilus, constatque nunc foliis 272. olim ab

Au-

Augerio Busbeckio comparatus Conſtantinopoli, quo continentur *Anonymi Miſcellanea Grammaticalia.*

XCVII.

Nonageſimus ſeptimus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus, paſſim mutilus & miſerè depravatus in 4. conſtatque nunc foliis 167. quo continentur *Anonymi collectanea miſcellanea Philoſophica & Hiſtorica.*

XCVIII.

Nonageſimus octavus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus bonæque notæ in 4. conſtatque nunc foliis 67. A. C. 1672. Venetiis pro Auguſtiſſ. Bibl. Cæſ. emtus, quo continetur Didymi Alexandrini Grammatici & Ariſtarchi celeberrimi *Epitome Parœmiarum ſ. Proverbiorum.*

XCIX.

Nonageſimus nonus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. conſtatque nunc foliis 160. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Manuelis Moſchopuli Erotemata Grammatica.*

C.

Centeſimus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus bonæque notæ in 4. ſed paſſim mutilus, conſtatque nunc foliis 106. quo continentur 1) *Sophoclis fragmenta cum Scholiis.* 2) *Anonymi Scholia in Ariſtidis Rhetoris Panathenaicum.*

CI. *Cen-*

CI.

Centesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. sed aqua marina aliquantulum fædatus, constatque nunc foliis 266 olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continetur *Constantini Lascaris Byzantini Grammatica s. de Octo Partibus Orationis liber.*

CII.

Centesimus secundus Codex MS. Philol Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 217. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Constantinopoli, quo continetur 1) *Gennadii Scholarii Monachi Schismatici Græci Sermo Funebris in filium.* 2) *Æsopi Vita & Fabulæ.* 3) *Catonis Disticha à Maximo Planude versa.* 4) *Hieroclis Philosophi Stoici Alexandrini quædam facetiæ.* 5) *Hippocrates Cous de Insomniis.* 6) *Simeon Sethus & Michaël Psellus de Ciborum Facultate.*

CIII.

Centesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 105. quo continentur *Aristophanis Tragœdiæ Plutus & Nebulæ* variis Scholiis illustratæ.

CIV. Cen-

CIV.

Centesimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. sed passim lacerus, constatque nunc foliis 264. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur 1) *Joh. Pediasimi primæ* Justinianeæ ac totius Bulgariæ Chartophylacis s. Custodis Sigilli Patriarchalis *XII. Labores Herculis.* 2) *Michaël Glycas de Syntaxi.* 3) *Gregorii Cyprii Patriarchæ CPni Fabulæ.* 4) *Synesii Episcopi Cyrenæi Epistolæ.* 5) *Computus Græcus.* 6) *Gregorii Cyprii Epistolæ.* 7) *Cleomedis* κυκλικὴ θεωρία. 8) *Nicephori Callisti cognomine Xanthopuli Menæum versibus comprehensum s. carmen de omnium Sanctorum Festis.* 9) *Triodii Synopsis ab Anonymo conscripta.* 10) *Nicephori Callisti Catalogus Christianorum Imperatorum* à Constantino M. ad Michaëlem Palæologum. 11) *Ej Catalogus Patriarcharum CPnorum* versu scriptus. 12) *Missa s. Liturgia Latinorum principio mutila.* 13) *Marcus Metropolita Ephesinus in orationem Dominicam.* 14) *Mathæi Camariotæ* περὶ ποιμαντικῆς ἱερᾶς Orationes. 15) *Quæstiones quædam paucæ in Genesin*, ex Severiano, Theodoreto, Gennadio &c. excerptæ. 16) *Jambi in aliquot SS loca una cum explicatione marginali & interlineari.*

C V. *Cen-*

CV.

Centesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in quarto, constatque nunc foliis 45. quo continetur *Æschinis Oratoris Atheniensis Oratio de prævaricata s. falsa legatione.*

CVI.

Centesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 243. olim ad *Joh. Alexandrum Brassicanum*, & postea ad *Joh. Sambucum* pertinuit, quo continentur 1) *Euripidis Hecuba, Orestes, & Phœnissæ.* 2) *Æschyli Atheniensis Tragœdiæ 3. nempe Prometheus, VII. ad Thebas, & Persæ.*

CVII.

Centesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. sed misere lacerus mutilusque, constatque nunc foliis 101. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *fragmenta quædam Hesiodis Pindari, Dionysii de Situ Orbis cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.*

CVIII.

Centesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. sed principio, medio & fine mutilus, constatque nunc foliis 288. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli. Quo continetur

tinetur 1) *Anonymi Lexicon.* 2) *Mathæi cujusdam tractatus Theologicus de SS. Trinitate.* 3) *Thomæ Magistri Lexicon Atticum.*

CIX.

Centesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. sed fine mutilus, constatque fol. 70. quo continentur 1) *Hesiodi Poëmata cum variis notis interlinearibus & marginalibus.* 2) *Theocriti Syracusani nonnulla Idyllia.*

CX.

Centesimus decimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. sed aqua marina aliquantulum fœdatus, constatque nunc foliis 126. quo continetur *Manuelis Moschopuli Grammatica.*

CXI.

Centesimus undecimus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus in 4. constatque nunc foliis 16. quo continentur 1) *Anonymi Prolegomena in Aristidis Orationes.* 2) *Maximi Quæstoris Carmen Elegiacum de Pœnitentia ad amicum ex urbe Moscovia scriptum.*

CXII.

Centesimus duodecimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 110. quo continentur *Aristophanis Plutus & Nubes.*

CXIII.

Centesimus decimus tertius Codex MS. Philol Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. sed principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 219. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continetur *Anonymi Grammatica cum Lexico.*

CXIV.

Centesimus decimus quartus Codex MS.Ph. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 75. quo continentur *Sophoclis Ajax & Electra* cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

CXV.

Centesimus decimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 155. olim ad *Joh. Aurelium Augurellum* pertinuit,quo continentur *Aristophanis Plutus, Nubes & Ranæ* variis notis marginalibus & interlinearibus illustratæ.

CXVI.

Centesimus decimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in 4. fine mutilus, constatque nunc foliis 274. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli,quo continetur *Cyrilli,ut videtur,Lexicon.*

CXVII.

Centesimus decimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. sed lacerus & ruinosus, constatque nunc foliis 261. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continetur 1) *Theodosius Grammaticus Alexandrinus*, de Prosodia, de Pedibus & Carminum Generibus, de Dialectis. 2) *Incerti Carmen Heroicum* in Georgii Mariacis, adversus Imp. Constantinum Monomachum rebellantis, cædem. 3) *Theophylacti Simocattæ Epistolæ Ethicæ, Rusticæ & Amatoriæ.* 4) *Anonymi Carmen in XII. Apostolos.*

CXVIII.

Centesimus decimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 157. quo continentur 1) *Anonymi cujusdam Collectanea Moralia* de variis virtutibus, adjunctis exemplis sacris & profanis. 2) *Euripidis Hecuba cum Polydori præfatione.*

CXIX.

Centesimus decimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 287. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur, 1) *Pindari Olympia* cum Thomæ Magistri & Manuelis Moscho-

puli Scholiis marginalibus & interlinearibus. 2) *Libanii Sophistæ Monodia in Julianum Imp.* & ruinam Nicomediæ. 3) *Anonymi Epitome Temporum ab Adamo usque ad Imp. Comnenum Alexium.* 4) *Theodori Pediasimi Encomium in S. Josephum Hymnographum.* 5) *Ej. descriptio Ecclesiæ Σεῤῥῶν.* 6) *Ej. descriptio Martyrum Theodororum.* 7) *Joh. Zachariæ Epistola ad Theodorum Modenum.* 8) *Theodori Modeni Epistolæ nonnullæ.* 9) *Hippocratis Coi jusjurandum.* 10) *Marci Angeli Carmen in Amorem.* 11) *Anonymi Lacrymæ vel Threnodia* in Imperatoris incerti obitum. 12) *Marci Angeli Carmen Encomiasticum in incertum Imperatorem.* 13) *Anonymi Carmen in Natalem Regii pueri.* 14) *Joh. Pontificis Romani Epistolæ fragmentum ad Græcos cum Exomologesi ad B. M. V.* 15) *Anonymi Collectio Precum Pœnitentialium.* 16) *Nicephori Callisti filii, cognomine Xanthopuli, Menæum s. Calendarium Sanctorum versibus conscriptum.* 17) *Aristophanis Plutus & Nebulæ cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.*

CXX.

Centesimus vigesimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 78. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur 1) *Dionis*

Pru-

Prusaensis, ob eloquentiam cognominati Chrysostomi, Orationes duæ. 2) *Libanii Sophistæ declamatio quædam de Avari filio.*

CXXI.

Centesimus vigesimus primus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 141. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Aristophanis Tragædiarum fragmenta quædam.*

CXXII.

Centesimus vigesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus in 4. constatque nunc foliis 100. A. C. 1672. pro Aug. Bibl. Cæsarea emtus, qui continet *Anonymi diversas variationes Conjugationum Verborum Græcorum.*

CXXIII.

Centesimus vigesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus in 4. constatque nunc foliis 50. quo continetur *Constantini Lascaris Epitome Grammatica Græca.*

CXXIV.

Centesimus vigesimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in 4. constatque nunc foliis 96. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur Phalaridis, Agrigentinorum Tyranni, Epistolæ.

CXXV.

Centesimus vigesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. sed principio & fine mutilus, constatque nunc foliis 211. quo continetur 1) *Anonymi Lexicon.* 2) *Incerti Historia quædam s. narrationes ex Republ. Platonis desumta.*

CXXVI.

Centesimus vigesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus in 4. constatque foliis 226. & ad Joh. Sambucum olim pertinuit, quo continetur *Epicteti Enchiridion cum Commentario* Simplici, dignum omnino, quorum editiones impressæ conferantur.

CXXVII.

Centesimus vigesimus septimus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 80. & ad *Seb. Ericum* olim pertinuit, quo continentur *Æschyli Atheniensis duæ Tragœdiæ* notis marginalibus & interlinearibus illustratæ.

CXXVIII.

Centesimus vigesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 144. quo continetur *Manuelis Moschopuli Schediasma.*

CXXIX.

Centesimus vigesimus nonus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4.

con-

constatque foliis 218. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur 1) *Apollonius Alexandrinus, cognomine Difficilis, de Syntaxi.* 2) *Michaël Syngelus & Presbyter de Syntaxi.* 3) *Dionysius Hallicarnassæus de compositione Nominum.* 4) *Harpocrationis, Rhetoris Alexandrini, Dictionarium Græcum.*

CXXX.

Centesimus trigesimus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 289. & ad *Seb. Tengnagelium* olim pertinuit, quo continentur 1) *Aphthonii Sophistæ Progymnasmata.* 2) *Hermogenis Tarsensis Rhetorica.*

CXXXI.

Centesimus trigesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 201. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur 1) *Anonymi Lexicon ordine Alphabetico.* 2) *Libanii Sophistæ Epistolæ 248.* & nonnullæ Declamationes.

CXXXII.

Centesimus trigesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 349. quo continentur *Joh. Grammatici & Philosophi Alexandrini*, cognomine Philoponi, *Liber de Or-*

Orthographia, aliisque miscellanea observationes Grammaticæ.

CXXXIII.

Centesimus trigesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 286. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur 1) *Oppiani Cilicis Poetæ Halieutica* f. de Piscibus libri cum notis interlinearibus & marginalibus. 2) *Rapsodiæ Iliados fragmentum.*

CXXXIV.

Centesimus trigesimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 134. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur 1) *Euripidis Hecuba & Orestes.* 2) *Hesiodi Opera & Dies* cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.

CXXXV.

Centesimus trigesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 81. quo continetur 1) *Oppiani Cilicis Halieuticorum f. de Piscibus fragmentum.* 2) *Scholia quædam Ægyptiaca.* 3) *Phocylidis fragmentum.* 4) *Hermogenis Tarsensis fragmentum.*

CXXXVI.

CXXXVI.

Centesimus trigesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 289. quo continetur *Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Lexicon.*

CXXXVII.

Centesimus trigesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 384. quo continentur 1) *Diversarum Sententiæ & Proverbia.* 2) *S. Gregorii Nazianzeni Homilia* in Natalem Domini cum Scholiis. 3) *S. Hippolyti Martyris oratio de Consummatione Mundi & Anti-Christo.* 4) *Antiochi Monachi è Pandectæ capita quædam ad Eustathium Ancyræ Præfectum.* 5) *Anonymi Vita S. Nicolai.* 6) *Bessarionis S. R. E.* Cardinalis Nicæni & Patriarchæ CPtani necnon *Emanuelis Chrysoloræ Epistolæ nonnullæ.* 7) *Theodori Petacii Monodia in Imp. Andronicum Palæologum.*

CXXXVIII.

Centesimus trigesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 90. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Herodiani Grammatici Alexandrini* ἐπιμερισμοὶ *juxta Alphabetum.*

 CXXXIX.

CXXXIX.

Centesimus trigesimus nonus Codex MS. Philolog. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 88. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *[illegible] Monachi, cognomine Aravri, varia Collectanea Poëtica, Logica & Astronomica.*

CXL.

Centesimus quadragesimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 112. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Aristophanis Plutus & Nebula.*

CXLI.

Centesimus quadragesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. sed principio & fine mutilus, constatque foliis 216. quo continetur *Anonymi Grammatica.*

CXLII.

Centesimus quadragesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 142. quo continentur *Anonymi Institutiones Rhetoricæ.*

CXLIII.

Centesimus quadragesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. & in fine a mantiola [illegible] factus mutilus, constatque nunc foliis 153. & ad

ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur 1) *Pharnutus de natura Deorum.* 2) *Hepheſtion Thebanus de Metris.* 3) *Sophoclis Oedipus una cum Exegeſi in Ajacem.* 4) *Anonymi Scholia in Heſiodi Opera & dies;* 5) *Incerti quædam Apophthegmata.*

CXLIV.

Centeſimus quadrageſimus quartus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus antiquus, ſed principio & fine mutilus, totus lacerus & ruinoſus in 4. conſtatque nunc foliis 139. & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli, quo continentur *Anonymi Inſtitutiones Grammaticæ.*

CXLV.

Centeſimus quadrageſimus quintus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus bonæque notæ in 4. conſtatque foliis 78. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Oppiani Cilicis Halieutica* cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

CXLVI.

Centeſimus quadrageſimus ſextus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus bonæque notæ in 4. conſtatque nunc foliis 68. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur 1) *Heſiodi Aſcræi Poëma inſcriptum Opera & Dies.* 2) *Theocriti aliquot Idyllia* ſ. Poëmata Buco-

lica cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.

CXLVII.

Centesimus quadragesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus marginalibusque notæ in 4. constatque foliis 14. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur 1) *Aristophanis Plutus & Nubes.* 2) *Lycophronis Cassandra* cum notis interlinearibus & marginalibus.

CXLVIII.

Centesimus quadragesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 67. quo continentur 1) *Theocriti Idyllia* quædam cum Scholiis marginalibus & interlinearibus. 2) *S. Ephrem f. Ephraim, cognomine Syri, Homilia* aliquot.

CXLIX.

Centesimus quadragesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 142. quo continentur *Manuelis Moschopuli Schedæ Miscellaneæ.*

CL.

Centesimus quinquagesimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 281. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Anony-*

mi Commentaria in Libros III. Rhetoricorum Aristotelis.

CLI.

Centesimus quinquagesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 192. quo continetur 1) *Manuelis Moschopuli Prosodia* & alia ad Grammaticam pertinentia. 2) *Herodianus Grammaticus Alexandrinus de Figuris.*

CLII.

Centesimus quinquagesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque nunc foliis 150. quo continentur 1) *Maximi Planudis Monachi CPni Epistolæ* numero 122. 2) *Ej. comparatio Hyemis & Veris.* 3) *Oratio Encomiastica in SS. Petrum & Paulum Apostolos.* 4) *Ej. Encomium in magnum Martyrem Diomedem.*

CLIII.

Centesimus quinquagesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 143. quo continentur *Sophoclis tragœdiæ* cum Scholiis interlinearibus.

CLIV.

Centesimus quinquagesimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 4. constatque foliis 103. & ad

ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur 1) *Herodiani Alexandrini Grammatici Ars Grammatica*. 2) *Ejus Opusculum de Schematibus & Figuris*. 3) *Anonymi* ... *la Geomantica*. 4) *Liber Sapientiæ filii Sirach* ... 5) *Gregorii Nazianzeni Epitaphia in S. Basilium M.* 6) ... *Archiepiscopi Bulgariæ Proœmium in 4. Evangelistas*. 7) *Anonymi Miscellanea nonnulla Grammaticalia ad Prosodiam præcipue pertinentia*.

CLV.

Centesimus quinquagesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 252. quo continentur 1) *Demetrii Chalcondylæ Grammaticæ Institutiones*. 2) *Pythagoræ aurea Carmina*.

CLVI.

Centesimus quinquagesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 8.. quo continetur *Ismenia s. Hysmenia Erotica s. Historia Amatoria*.

CLVII.

Centesimus quinquagesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 78. quo continetur *Aristotelis Ars Rhetorica*.

CLVIII.

CLVIII.

Centesimus quinquagesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 86. & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus Constantinopoli, quo continentur *Æschyli fragmenta cum Notis marginalibus & interlinearibus.*

CLIX.

Centesimus quinquagesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 90. quo continetur *Anonymi alicujus breve aliquod Lexicon.*

CLX.

Centesimus sexagesimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 144. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur *Sophoclis Ajax & Orestes cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.*

CLXI.

Centesimus sexagesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 196. quo continetur *Lycophronis Chalcidensis Cassandra* cum Anonymi Commentariis.

CLXII.

Centesimus sexagesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 7. quo continetur-

tinetur *Joh. cognomine Philoponi*, Grammatici & Philoſophi Alexandrini, *opuſculum de Dictione.*

CLXIII.

Centeſimus ſexageſimus tertius Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus bonæque notæ in 4. conſtatque nunc foliis 130. quo continetur 1) *Zenobii Sophiſtæ Epitome Proverbiorum.* 2) *Muſæi poëma de Amore* Erûs & Leandri. 3) *Procli Lycii Diadochi Platonici* Inſtitutiones de Sphæra. 4) *Anonymi breve Lexicon Alphabeticum.* 5) *Evangelium S. Johannis.*

CLXIV.

Centeſimus ſexageſimus quartus Codex MS. Philol. Gr. eſt chartaceus bonæque notæ in 4. conſtatque nunc foliis 218. quo continentur *Anonymi Significationes & Differentiæ quarundam Diſtinctionum Atticarum & Communium.*

CLXV.

Centeſimus ſexageſimus quintus Codex MS. Philol. Gr. eſt partim chartaceus partim membranaceus antiquus bonæque notæ in 4. conſtatque foliis 83. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Anonymi Collectanea quædam Grammaticalia.*

CLXVI.

Centesimus sexagesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 220. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *Zenobii Sophistæ Proverbia.*

CLXVII.

Centesimus sexagesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. sed aqua marina passim fœde corruptus, constatque foliis 106. & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus Constantinopoli, quo continentur *Aristophanis, Euripidis, Hesiodi, Theocriti & Homeri fragmenta quædam.*

CLXVIII.

Centesimus sexagesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 31. quo continentur *Hesiodi Ascræi fragmenta quædam.*

CLXIX.

Centesimus sexagesimus nonus Codex MS. Philol. Græc. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 44. olim ad *Joh. Sambucum* pertinuit, quo continetur *Βατραχομυομαχία Homeri.*

CLXX.

Centesimus septuagesimus Codex MS. Phil. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. sed principio & fine mutilus, constatque foliis 65. quo

quo continentur *Sergii Lectoris Emiseni, Thracis & aliorum variæ Observationes Grammaticæ.*

CLXXI.

Centesimus septuagesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus, bonæque notæ in 4. sed principio & fine mutilus, constatque foliis 73. quo continentur *Manuelis Moschopuli Schediasmata quædam Grammaticalia.*

CLXXII.

Centesimus septuagesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 66. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur 1) *Anonymi alicujus Exegesis in duas Orationes Isocratis ad Demonicum & Nicoclem.* 2) *Alicujus Patriarchæ CPni Epistola hortatoria ad Clericos suos, ne accedant Latinis.* 3) *Manuelis Moschopuli Canones Grammatici.*

CLXXIII.

Centesimus septuagesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 121. quo continentur *Anonymi Scholia in Æschylum.*

CLXXIV.

CLXXIV.

Centesimus septuagesimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 4. constatque foliis 62. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur 1) *Georgii Cherobosci Libellus de Spiritibus & Accentibus.* 2) *Theodori Gazæ Thessalonicensis Grammatica.*

CLXXV.

Centesimus septuagesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 145. quo continentur *Manuelis Moschopuli varia ad Grammaticam pertinentia.*

CLXXVI.

Centesimus septuagesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. sed lacerus & mutilus, constatque foliis 297. & ad *Job. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur 1) *Euripidis Hecuba & Orestes.* 2) *Sophoclis Ajax & Electra.* 3) *Luciani Samosatensis Dialogi quidam.*

CLXXVII.

Centesimus septuagesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 279. quo continetur 1) *Rufus Ephesius de partium humani corporis appellatione.* 2) *Joh. Tzetzis Scholia in*

Homerum. 3) *Anonymi sententiæ aliquot de SS. Trinitate.*

CLXXVIII.

Centesimus septuagesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 188. quo continetur *Manuelis Moschopuli Grammatica.*

CLXXIX.

Centesimus septuagesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque nunc foliis 180. quo continentur *Libanii Sophistæ s. Rhetoris Antiocheni Epistolæ & Declamationes.*

CLXXX.

Centesimus Octogesimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in 4. constatque foliis 21. quo continentur *Anonymi Gnomica s. Sententiæ* ex Constantini Manassis Historia desumtæ & versibus politicis conscriptæ.

CLXXXI.

Centesimus octogesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 90. quo continetur *Homeri Odysseæ fragmentum aliquod.*

CLXXXII.

Centesimus octogesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 4. constatque foliis 47. & ad *Joh. Sambucum*

cum olim pertinuit, quo continetur *Joh. Tzetzis Grammatici parva Ilias Homeri.*

CLXXXIII.

Centesimus octogesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 8. constatque foliis 201. sed principio & fine mutilus, à blattis tineisque misere corrosus, quo continetur *Hermogenis Tharsensis Ars Rhetorica.*

CLXXXIV.

Centesimus octogesimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 8. olim Venetiis pro Aug. Bibl. Cæs. emtus, constatque foliis 158. quo continentur *Phalaridis, Agrigentinorum Tyranni, Epistolæ.*

CLXXXV.

Centesimus octogesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est membranaceus antiquus bonæque notæ in 8. constatque foliis 116. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur *Anonymi Lexicon.*

CLXXXVI.

Centesimus octogesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est membranaceus mediocriter antiquus bonæque notæ in 8. constatque foliis 192. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continetur *Theodori Gazæ Grammatica.*

CLXXXVII.

Centesimus octuagesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est membranaceus antiquus & optimæ notæ in 8. sed tenuissimis literis scriptus, principio & fine mutilus, misereque lacerus, constatque foliis 319. ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur 1) *Joh. Tzetzis Grammatici versus contra calumniatores.* 2) *Variæ Epistolæ ad Metropolitam* Cycizi, ad Alexandrum Papam Romanum, ad Cardinales Ricardum & Octavianum &c. 3) *Incerti Miscellanea de Etymologia quarundam vocum*, de pedibus Carminum & de Dialecto Dorica.

CLXXXVIII.

Centesimus octogesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus & optimæ notæ in 8. constatque foliis 288. quo continetur 1) *Joh. Zonaræ Lexicon.* 2) *Anonymi Catalogus Metropolitarum & Episcoporum Patriarchæ CPno subjectorum.* 3) *Anonymi Lexicon Orthographicum.*

CLXXXIX.

Centesimus octogesimus nonus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 8. sed misere lacerus, principio & fine mutilus, constatque foliis 151. quo continentur *Miscellanea quædam Grammaticalia.*

CXC.

Centesimus nonagesimus Codex MS. Philol. Gr. est membranaceus antiquus bonæque notæ in 8. sed principio & fine mutilus, constatque foliis 104. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur *Aristidis Adrianensis Orationes quædam.*

CXCI.

Centesimus nonagesimus primus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus recentiori manu scriptus in 8. constatque foliis 112. quo continentur *Anonymi fragmenta quædam Amatoria.*

CXCII.

Centesimus nonagesimus secundus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus antiquus bonæque notæ in 8. constatque foliis 140. & ad *Joh. Sambucum* olim pertinuit, quo continentur 1) *Philostrati Sophistæ Icones.* 2) *Theognidis Sententiæ cum aliis miscellaneis ejusdem Argumenti.*

CXCIII.

Centesimus nonagesimus tertius Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus misere lacerus mutilusve in 8. constatque foliis 191. quo continentur *Anonymi collectanea quædam Grammaticalia & Historico-chronologica.*

CXCIV.

Centesimus nonagesimus quartus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus mediocriter antiquus & bonæ notæ in 8. sed principio mutilus, constatque foliis 152. quo continentur *Anonymi Scholia in Æschylum Tragicum.*

CXCV.

Centesimus nonagesimus quintus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus recentiori manu scriptus in 8. constatque foliis 148. quo continentur *Anonymi varia Collectanea Grammaticalia.*

CXCVI.


Centesimus nonagesimus sextus Codex MS. Philol. Gr. est membranaceus antiquus & optimæ notæ in 8. constatque foliis 114. quo continentur *diversorum Epistolæ miscellanea.*

CXCVII.

Centesimus nonagesimus septimus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 8. sed lacerus mutilusve, constatque foliis 150. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur *Manuelis Moschopuli Miscellanea quædam Grammaticalia.*

CXCVIII.

Centesimus nonagesimus octavus Codex MS. Philol. Gr. est chartaceus bonæque notæ in 16. constatque foliis 154. olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus Constantinopoli, quo continentur *Demetrii Chrysoloræ Erotemata Grammaticæ.*



PARTIS SECUNDÆ
LIBER TERTIUS
DE
AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI,

continens

Codices MSctos Linguarum Orientalium, nempe Hebraicos, Syriacos, Arabicos, Turcicos, Persicos, Armenicos, Æthiopicos, Mexicanos, Sinenses &c.

1. Rabbi Mosis, Bar Maimoni, compendium juris Talmudici, sive Decisionum Judaicarum. Codex Hebraicus rarus, elegantissime in membrana exaratus, in fol. maximo, sive, super regali.

2. Psalmi Regis Davidis, Job, & Daniel Propheta, antiquo charactere Hebraico exaratus, in membrana. fol.

3. Codex membranaceus Hebraicus in fol. quo continentur fragmenta Pentateuchi à Deuteronom. XII. v. 25. usque ad finem Deuteronomii cum paraphrasi Chaldaica Onkelosii & commentario R. Salomon Jarch. Esther, Canticum Canticorum, Threni Jeremiæ, Textus certi & precationes, quibus utuntur Judæi in suis Synagogis. Liber Job, Prophetiæ Jeremiæ 34. priora capita. Hoc singulare est, quod Codex hic Cæsareus puncta vocalia & accentus habeat additos, qui rarius conspiciuntur in MSctis exemplaribus.

4. Alcoranum, seu sine articulo, Coranum. Liber Arabicus Muhammedanis sacer cum versione Turcica interlineari, scriptus a quodam captivo Turca, cui nomen Dervis Ibrahim, dum in carceribus Jaurinensibus detineretur, ut videre est ex Epistola ab eo scripta ad Cl. Tengnagelium olim Bibliothecæ Cæsareæ Præfectum; extat autem Epistola ante initium libri. Fol. in charta. Codex rarus & in ipso oriente inventu difficillimus.

5. Protocollum Præbendarum, seu vulgo Timarorum Provinciæ Runceliæ permutatorum ac diversis bene meritis distributorum

torum per annum Hegiræ 1081. Christi 1670.

6. Cosmographia Arabica secundum gradus Longitudinis & Latitudinis, ex diversis Arabicis antiquis autoribus collecta, & à Principe Ebil Fida Ismaële, filio Regis ElaphtzalNoradini, ante 370. annos composita; Anno autem Hegiræ 1017. seu Christi 1604, a captivo, Dervis Ibrahim dicto, in arce Jaurinensi detento, concinne descripta. Rarum certe & verè regium opus. fol. in charta.

In Catalogo quodam librorum Arabicorum, Persicorum & Turcicorum, Cl Tengnagelii manu propria scripto, Titulus hujus operis sic legitur: Cosmographia sive Descriptio totius orbis habitabilis & præcipuarum ac nobilium civitatum secundum gradus longitudinis & latitudinis, ad exemplum Ptolomæi ex diversis antiquis Cosmographis collecta; complectens multa rara, invisa & inaudita nostris Europæis. Opus rarum & in toto orbe, excepto autographo, unicum exemplar. Autore principe Abi Elphada Ismaële, filio regis Elaphtzal Noradini, qui vixit ante annos plus minus 400.

7. Aruch. h.e. Lexicon Talmudicum & Chaldaicum, in quo omnes voces difficiliores in

Talmud occurrentes explicantur, absolutum a R. Nathan Ben Jechiel, B. Abraham, Romano. Anno æræ Judaicæ 4861. h. e. A. C. 1101. Codex rarus, pretiosus & accuratissima diligentia conscriptus elegantissimo antiquo charactere in membrana. fol.

8. Pentateuchus Mosis, nec non varia Ritualia & formulæ Ceremoniarum in Synagogis Judæorum observari solitarum, cum aliis miscellanei argumenti. Liber etiam rarus, pretiosus, elegantissimo charactere Hebraico exaratus in membrana fol.

9. Commentarius Jahiæ Nahoi Iskienderani seu Alexandrini in primum Aphorismum Galeni & quæ eo comprehenduntur, nec non in ea, quæ ex ejusdem Galeni libro de Electuariis excerpta sunt. Codex hic Arabicus per vetustus est in Folio, magna ex parte literis aureis, rubris & nigris exaratus, multisque atque antiquis imaginibus antiquorum Græcorum Medicorum, compositione Theriacæ per admixtionem carnium viperinarum, illustrium, nempe Andromachi utriusque, Hippocratis, Galeni, Marini &c. exornatus. In hoc autem codice præcipue agitur de viperis aliisque serpentibus, necnon de celeberrima illa Theriaca ab autore suo cognominata Andromachi,

quæ

quæ Mithridaticam Antidotum fere antiquavit. Exſtant quoque ibidem triginta amplius diverſorum ſerpentum Icones, vivis coloribus illuminatæ cum adjunctis eorundem capiendorum & incantandorum modis.

Operæ pretium igitur quam maxime foret, eximium hoc opus in Latinum ſermonem transferri a viro aliquo non ſolum Arabicæ linguæ peritisſimo, verum etiam in antiquis Græcis & Arabicis Hiſtoriis arteque Medica exercitatiſſimo. Plurimum enim lucis inſigni hoc beneficio adferri poſſet tum Nicandri Colophorii Theriacis & Alexipharmacis, tum Galeni libris duobus de Antidotis & libro de Theriaca ad Piſonem.

10. Annales rerum a Muhammede ejusque ſucceſſoribus Caliphis, Regibus & Principibus Muhammedanis ubique gentium geſtarum ab initio ejus ſectæ usque ad Muradis ſive Amuratis, tertii Imperatoris Turcarum, obitum compoſiti & vulgati a Seid Muſtapha filio Haſenis Huſeinis, alio nomine appellato Genabii, Autore in Turcia celebri, ſed in multis apocrypho. Codex hic Turcicus rarus eſt, chartaceus in fol. & teſtimonio Cl. Tengnagelii, qui paſſim propria manu latina marginalia inſeruit, auro contra charus. Ante initium libri extat

co-

copia Articulorum pacis A. C. 1628. inter Imp. Ferdinandum II. & Amurathem IV. Turcarum Sultanum conclusæ. Articuli isti exscripti sunt Turcice a Dominò Michaële de Asquies Massiliensi, primario Sac. Cæs. Maj. Interprete, qui præclaram huic paci conficiendæ navavit operam. In fine libri reperiuntur duæ epistolæ Turcicæ de obsidione Bagdadensi a Turcis facta 1626. cum versione Italica memorati interpretis de Asquies. Nec silentio prætereundum est, in frontispicio hujus codicis exstare indicem latinum præcipuorum Sultanorum, Regum, Principum, Scheriphorum, quorum in hoc opere historico fit mentio, a Cl. Tengnagelio propria manu concinnatum.

11. Emir, seu contracte Mir, Chandi celeberrimi autoris Persici Historiarum sex Tomis comprehensarum Tomi duo primi simul compacti. Primus tomus continet Historiam a mundo condito & vitas Prophetarum ac Philosophorum illustrium Græcorum: item vitas Regum Persarum antiquorum, usque ad Muhammedis tempora. Secundus complectitur vitas Muhammedis, Ebabekis, Omer, Othman, & Ali diffusissime & copiosissime. Codex rarus, lingua Persica elegantissime conscriptus, em-

emtusConstantinopoli A.C.1624.Sed quatuor Tomi hactenus desunt. Fol. in charta.

12. Compendium Historiæ Mirchandææ universalis, Autore Temur Chan filio ejusdem Mirchandi, duobus Tomis Persica lingua elegantissime conscriptæ. Fol. in charta. Liber hic præstantissimus Persicus hanc Tengnageliana manu exaratam inscriptionem in principio habet. Compendium Historiæ universalis Muhammedanæ à Gajattedino Persa, cognomine Emir-choand, Persica lingua duobus Tomis elegantissime conscriptæ, quod confecit Persice Temur Chan, filiius Emir-choand, & [illegible]ptum fuit Constantinopoli. A.C. 1624.

13. Lexicon Persico-Turcicum Autore Emir Husein Ajasii cum interpretatione latina Cl.Tengnagelii,quam composuit A.C. 1614. fol. in charta.

14. Anonymi Miscellanea collectanea ex Hebraicis, Syriacis, Arabicis, Turcicis scriptis hinc inde excerpta, & a Cl. Tengnagelio, cum his linguis operam dare inciperet, rudi minerva per modum excerptorum propria manu consignata, fol. in charta.

15. Grammaticæ Arabicæ compendium, Autore Josepho Barbato Memphitico Arabe Linguarumque Orientalium in Lovaniensi Academia Prof. fol. in charta.

16. Ca-

16. Catalogi diversi librorum aliquot rariorum, & Dictionarium Arabicum cum interpretatione partim Græca partim Latina CL. Tengnagelii, nec non Anglicanæ quædam voces ab eodem enotatæ ex Bibliotheca Palatina, fol. in charta.

17. Mechabberoth sive compositiones R. Salomonis, filii R. Abrahami. Est autem Lexicon Hebraicum, R. Davidem Kimchi & alios Lexicographos antiquitate antecellens, conscriptum anno mundi secundum Epocham Judæorum 4921. h. e. ante annos 450. Raræ notæ & unicum in toto, ut existimo, orbe exemplar. Collegit illud ex R. Gaadiæ Gaon R. Jehudah B. Chug, R. Jonah B. Guna Arabicis glossariis. Item R. Samuel הקטן Hannagid. R. Salomon הבבלי. Usus est Præceptoribus R. Ephraim, R. Jehudah Levita, R. Aben Ezra. Exaratum eleganti charactere in membrana, fol.

18. Anonymi Dictionarium Arabico-Turcicum Mirkat dictum, fol. in charta.

19. Collectanea Miscellanea hinc inde excerpta, continentia varias literas Turcicas variorum ad varios, mandata regia, decreta, instrumenta, variasque scripturas Judiciales & aulicas, fol. in charta.

20. Lexicon Syro Arabicum, collectum a Mose, oriundo a Tzaura prope Meredin, filio

filio Sacerdotis Ishaki e pago Kolack, Ignatii Patriarchæ Antiocheni legato, cui Cl. Tengnagelius latinam versionem sua manu adjunxit, fol. in charta.

21. Hortus selectioris doctrinæ Doctoris Persici Hakim Sinaji dicti. Liber est pulchre compactus, eleganti carmine Persico conscriptus, doctrina Theologica refertus, tractans de incomprehensibilitate notionis Dei, ac de præcipuis ejusdem attributis, tum de aliis ad fidem pertinentibus variis historiis & parabolis, nec non multis imaginibus, Persica arte nitidissime elaboratis, illustratus, rarus, ideoque carus.

22. Sylloge miscellanea vocabulorum Arabicorum, Persicorum, Turcicorum & Armenicorum cum interpretatione latina: Item Calendarium Sanctorum, Arabice a viro Cl. Tengnagelio e codice Palatino descriptum, fol. in charta.

23. Incerti Dictionarium Arabicum, Latino charactere scriptum, fol. in charta.

24. Abdallæ Buchori Historiæ de rebus Muhammedis Liber primus Arabice e codice Bavarico descriptus fol. in charta.

25. Incerti Explicatio decisionum sive rituum Muhammedicorum, sive jura & ceremoniæ eorum Arabice eleganter scripta & interlineari commentatione illustrata, sed, quod do-

dolendum, potiori parte mutila. fol. in charta.

16. Commentarius Arabicus in Alcoranum, principio mutilus. fol. in charta.

17. Elzaharavi, Medici Arabis vetusti, Methodus universalis medendi omnibus corporis humani morbis, traducta ex Arabica lingua in Hebræam a R. Mescħulam ben Jonæ. Liber rarissimus & inventu difficillimus, conscriptus eleganti charactere in membrana A. æræ Jud. 5170. A. C. 1410. fol.

28. Annales Turcici de rebus gestis Suleymanni, Imp. Turcarum, Autore Mustafa Nischangi Bassa, ejusdem Sultani Cancellario, conscripti elegantissimo stylo Turcico, Arabicis Persicisque vocibus ac phrasibus intermixto, sententiis ornato, versibusque identidem elegantibus variegato. fol. in charta.

29. Ahmedije seu alias Muhammedije i. e. vita Muhammedis & sociorum carmine Turcico descripta, initio mutila. fol. in charta.

30. Varia collectanea Turcica, quibus comprehenduntur præter carmina omnis generis hinc inde descripta Exempla, formulæ Epistolarum, mandatorum aliarumque rerum Miscellanearum. fol. in charta.

31. Averrois epitome ethicorum Aristotelis, ex Arabica in Hebræam linguam translata

lata a R. Joseph Ben Caspi. Averroës absolvit hoc opus anno Hegiræ Muhammedicæ 572. Joseph autem Ben Caspi vertit illud anno æræ Judaicæ 5090. seu A. C. 1330. fol. in charta.

Eodem codice: EbuChamedElgazaliArabis Philosophi (qui vulgo corrupte Algazel vocatur) Tractatus de moribus varie interpolatus ab interprete Hebræo R. Abraham B. R. Samuel Levitæ B. Chasdai. Inscribitur hoc opus: Trutina justitiæ; Item Averrois Biur sive commentarius in Politica Platonis ex Arabica in Hebræam linguam translata a R. Samuele B. Jehudah anno æræ Judaicæ 5082. s. A. C. 1322. Item Aristotelis epistola ethica versa ex Græco sermone in Arabicum ab Ali medico, & porro ex Arabica lingua in Hebræam translata a Jehudah Ben R. Schelomo, (cujus memoria sit in benedictione) Ben Charizi, medico celeberrimo. Omnia Hebraice.

32. Chronicon Arabicum ab exortu Muhammedis usque ad annum Hegiræ sexcentesimum quinquagesimum octavum ex Arabicis & Christianis autoribus collectum, notisque marginalibus Latinis Cl. Tengnagelii exornatum. fol. in charta.

33. Muhammedije sive vita & res gestæ Pseudo-Prophetæ Muhammedis & quatuor ejus

sectatorum successorumque, Ebubeiher, Othman, Omer, Aly, carmine Turcico satis eleganti descriptæ. fol. in charta.

34. Varii variorum tractatus Mathematici, Hebraice, inter quæ Sepher Jesod Olam h. e. liber inscriptus: Fundamentum Mundi, vel Fundamentum æternum, cujus autor R. Isaac Israëlita. fol. in charta.

35. Aben Sinæ sive Avicennæ Canon sive liber secundus de medicamentis simplicibus, antiquo Africano charactere, Arabice. Discrepat in multis ab excuso exemplari Romano. Rarus & eximius codex. fol. in charta.

36. Claudii Galeni opuscula quædam medica, nempe de Sectis. Ars parva. De Pulsibus. De Urinis. De Marasmo sive Marcore. De Elementis. De Temperamentis, Facultatibus naturalibus, Ossibus, Dissectione nervorum, venarum & arteriarum sectione, Caussis & Symptomatibus morborum, Locis affectis, Febribus, Crisibus, Diebus decretoriis, Medendi methodo, Sanitate tuenda; translata ex Arabica in Hebraicam linguam a R. Chanin Ben Isaac ante annos plus minus sexcentos. Hujus interpretis fit mentio in Epist. R. Mosche B. Majemoni, ubi versiones ejus commendantur. Codex præstantissimus, p. membranaceus, p. chartaceus. fol.

37. Diſputatiuncula cujusdam Hiſpani Apoſtatæ adverſus Chriſtianos & Judæos, coacervata ex pentateucho, Arabice,charactere Africano. Inſeruntur multa Philoſophica ex Ariſtotele, Algazele, Averroë &c. fol. in charta.

38. Codex Hebraicus, continens præcepta nonnulla Grammaticæ,ſcripta manu Caraducii. fol. in charta.

39. Turcicus liber,continens primo canonem ſeu formulare titulorum, quibus utitur Imperator Turcarum, cum ſcribit ad ſupremum Muftium ſeu Patriarcham Religionis ſuæ, ad ſubalternos Muftias, ad Præceptorem ſuum, Chadiaskierios ſeu ſupremos judices, aliosque ſubalternos, ad Enciros ex ſtirpe Muhammedis deſcendentes, ad ſupremum Veſurum,aliosque Baſſas,Begas, Officiales ſui imperii, nec non ad Reges PrincipesqueChriſtianos.Secundo continet indicem Guberniorum aliarumque præfecturarum ac officiorum imperii Othomannici,quantum quodque importet, quales ferat proventus, in quot oppida aut diſtrictus quæque dividatur, explicantem. Tertio ſequitur tractatus de juribus, exactionibus & contributionibus perſolvendis, allegatis canonibus imperii , quo quisque contribuere aut tributa pendere debeat, ubi

etiam de officiis aulicis agitur. Quarto continet decreta imperialia, quibus, quænam loca ab exactionibus, decimis, servitiis publicis &c. sint immunia, declaratur. Quinto sub finem exhibet copias formasque variarum epistolarum lectu dignissimarum. fol. in charta.

40. Liber collectionum, continens tractatulum de lege, juribus & legalibus, tum exempla resolutionum casuum, seu responsa Muftiorum ad varias quæstiones: Item: Sententiarum, Judicum, Apocharum, Decretorum, epistolarum &c. varia paradigmata. fol. in charta.

41. Explicatio rituum & legalium Muhammedicorum, Arabice eleganter scripta, in fine mutila. fol. in charta.

42. Hippocratis Aphorismi cum commentario, Hebraice, fol. in charta.

43. Sepher Hathrumah, liber partim juridicus, partim ritualis, exaratus eleganti charactere antiquo. fol. in membrana.

44. Quatuor Evangelia, Arabice, adjunctis Evangelistarum vitis & variis ex textu Syriaco, Ægyptio & Græco lectionibus ad marginem adscriptis. Antiquus, rarus & magni pretii codex in magno 4to & in charta. Ex hoc præstantissimo codice MS. prodierunt duo illa Pet. Kirstenii Ura-

tis.

tislaviensis opuscula in fol. quorum prioris titulus est: Pet. Kirstenii Uratislav. Phil. & Med. Doct. vitæ Evangelistarum quatuor ex antiquissimo codice MSćto Arabico Cæsareo erutæ. Breslæ typis Arabicis, sumptibus autoris A. C. 1608. Posterioris autem inscriptio se habet: Pet. Kirstenii &c. Notæ in Evangelium S. Matthæi ex collatione textuum Arabicorum, Ægypt. Hebr. Syriac. Græc. & Latinorum, Breslæ typis Arabicis & sumptibus autoris A. C. 1611.

45. Tractatus eruditissimus & elegantissimus de Admirandis sive Mirabilibus rerum creatarum. Continet historica Physica & Mathematica complura, stylo mixto Turcico-Arabico scriptus. 4. in charta.

46. Breviarium, in quo soliti sunt orare Schismaticorum seu Servianorum religiosi, nomen linguæ est quidem Slavonicum, sed scripturæ Serviacum, ut illi vocant Serbsky. 4. in membrana.

47. Historia fabulosa duorum amantium Mihru Muschteri dictorum, (quasi Solis & Jovis) Persico versu ornate conscripta, aureis marginibus, compactura insigni, nec non imaginibus elegantissimis Persico more pictis, exornatus liber in subtilissima charta serica seu bombycina, & hoc ipso pretiosus. 4.

48. Anonymi liber Arabicus de ritibus & legalibus Muhammedanorum, Prooemio & Epilogo carens, egregie compactus optimæque notæ. 4. in charta.

49. Psalterium Davidis & Evangelium Christi, lingua Persica terse & eleganter conscriptum. Codex rarus. 4. in charta.

50. Boslan seu Hortus Scheichi Saadi, celebris Poëtæ ac Doctoris Persici, Liber moralis, ab omni linguæ Persicæ studioso legi ac in Turcia teri solitus, levi pretio comparandus, sed hujus codicis augent pretium elegantia scripturæ in charta bombycina, imagines Persica arte elegantissime depictæ, aliæque, quibus ornatur, figuræ ac pulcherrima compactura. 4.

51. Poëmata celebris Doctoris & Poëtæ Persici, cognomento Kiemal dicti, mysticæ doctrinæ plena; Estque opus integrum, continens carmina amatoria, seu, ut vocant, Gazellas, quasi Odas Italicis Sonnetis persimiles, quippe acuminosas & breviores, deductis cadentiis sive rhythmis per omnes alphabeti literas, incipiendo ab Elif usque ad Je. Singularum autem Odarum, seu Gazellarum finale (quod regium vocant) Distichon binis imagunculis, quarum mille & triginta, distinguitur. Extant præterea aliquot majores imagines aliaque passim or-

ornamenta, adeoque codex est percarus & rarus. 4. in charta.

52. Poëmata Persica Nizami, celebris in oriente autoris. Liber est pulcherrime & ornatissime scriptus, compactus & imaginibus illustratus, continens aliquot tractatus aut libellos, primo Gazophylazium mysteriorum, tum aliquot historias fabulosas, ut amorum Cosrois & Sirinæ, Alexandri M. &c. 4. in charta.

53. Commentarius anonymi in Alcoranum, Arabice, mutilus in principio. 4. in charta. Cum Ibrahimi Dervisii monachi Turcici Epistola ad Cl. Tengnagelium.

54. Historia succincta, qua prima ætas h. e. annorum 2000. ab Adamo usque ad Abrahæ tempora, ex Arabico & Turcico idiomate & Latino simul expressa continetur; scripta per Nic. Illyanovich Sadoariensem A. C. 1669. 4. in charta.

55. Historia fabulosa versu Persico eleganti conscripta de amoribus Josephi & Zelichæ; pervetustus liber, imaginibus Persica arte elaboratis, pulcherrimo raroque artificio ornatus, ideoque pretiosus. 4. in charta.

56. A. Almagestum sive magna constructio Ptolomæi: Hebraice. 4. in charta.

57. Liber Turcicus selectissimarum & elegantissimarum epistolarum a variis proce-

ribus & doctoribus ad varios scriptarum. Codex rarissimus & magni faciendus. 4. in charta.

58. Anonymi tractatus Physicus Persice scriptus cum versione interlineari Latina. 4. in charta.

Eod. Cod. voces abbreviatæ, quibus utuntur Astrologi in Calendariis: Nec non formulæ & copiæ variarum epistolarum Turcicarum; item varia collectanea Latine & Germanice scripta.

59. Geographiæ fragmentum eximium lingua Persica scriptum. 4. in charta.

60. Sepher Or Adonai h. e. liber inscriptus Lux sive lumen Dei, qui est Commentarius Philosophicus in Rambam sive R. Mosche Ben Majemon, MoreNevochim, h e Doctorem perplexorum sive Directorem dubitantium, autore R. Chasdai Karsecas B. R. Jehudah, qui Philosophus insignis & rarus inventu est. A Buxtorfio appellatur Chasdai Crascas Biblioth. Rabbin. p. 310. & 366. Vixit ante annos 350. plus minus.

Eod. Cod. Abdallæ Muhammed Ebubecher, Ben Muhammed Taurisi, Commentarius in loca quædam obscuriora Philosophica directorii dubitantium R. Mosche Ben Majemon. Transtulit eum ex Arabico in He-

Hebræum sermonem R. Isaac B. R. Nathan Cordubensis. chartaceus in 4.

61. Epitome totius Philosophiæ Peripateticæ sive Aristotelicæ ab incerto interprete ex Arabica lingua in Hebræam translata & eleganti antiquo charactere exarata in charta 4.

62. Petri Hispani Logica, Hebraice, partim in membrana, partim in charta. 4. Eod. Cod. Tractatus de scientiis generatim sive universaliter, anonymo quodam Judæo autore. Hebr.

Eod. Cod. Ibn Ruschad sive Averrois commentarius in organum Aristotelis, Isagogen Porphyrii, Categorias, de Interpretatione, in priora & posteriora analytica, translatus ex Arabico in Hebræum sermonem a R. Jacob Antoli, jussu & impensis Imp. Friderici secundi, quem propterea in fine versionis suæ laudat, simul etiam optat, ut sub ejus imperio Messias Judæorum exorietur.

Eod. Cod. Bechinath Olam h. e. Probatio sive examen mundi, liber egregius, quo de contemnenda mundi vanitate & quærendo regno Dei agitur. De autore hujus opusculi disceptant Judæi; a plerisque tamen ejus autor creditur R. Jedaja Happe-

 nimi

nimi filius Abrahami Badreſchi, qui circa A. C. 1298. Barcinone floruit.

Eod. Cod. R. Leonis commentarius in opuſculum præcedens Bechinath Olam.

63. Ali Aben Ragel Aſtrologiæ libri octo, Hebraice, interprete R. Salomone. 4. in charta.

64. Alcabitii Aſtronomia. Hebraice. in charta. 4.

65. Commentarius Arabicus, & peculiariter obſervationes Grammaticæ in Alcoranum, autore Gemaleddino.

66. Ibn Ruſchad ſive Averrois commentarius in poſteriora analytica Ariſtotelis.

Eod. Cod. R. Menachem Rekanat ſive Recinenſis, qui obiit A. C. 1290. Liber quidam Cabbaliſticus.

Eod. Cod. Sepher Habbahir, liber Cabbaliſticus antiquisſimus de myſteriis nominum divinorum, cujus autor R. Nechoriah Ben Hakkana, qui 30. circiter aut 40. annis ante Chriſtum floruit.

Eod. Cod. Excerpta ex Medraſch h. e. commentario Allegorico & Hiſtorico in librum Ruth & Canticum Canticorum. 4. in charta. Hebraice.

67. Muhammedis Alfargani, qui corrupte Alfraganus vocatur, Iſagoge in Aſtronomiam, principio & fine mutilus. 4. in charta.

68. R.

68. R. Mosche Ben Majemon opusculum de regimine sanitatis sive de sanitate tuenda, Hebraice 4. in charta.

Eod. Cod. R. Abraham Aben Ezræ opusculum Astrologicum de nativitatibus sive genituris. Hebraicè.

Eod. Cod. Chronologia Hebræorum, fine mutila.

Eod. Cod. Tractat. de animalibus, a sermone undecimo incipiens, & desinens in decimo octavo: autore incerto.

69. Herbarium lingua Arabica, Hebraica & Hispanica; editum Arabice a R. Jehosschua B. Vivis Elraki; Hebraice autem versum a R. Josepho Vidal B. Benbenast. 4. partim in membrana, partim in charta.

70. Ibn Ruschad sive Averrois commentarius in VIII. libros Physicorum Aristotelis. Hebraice, 4. in charta.

71. Compendium Logices R. Mosche Ben Majemon, Hebraice, partim in membrana, partim in charta exaratum. 4.

Eod. Cod. Porphyrii Isagoge in quinque voces vel prædicamenta cum expositione Averrois.

Aristotelis Categoriæ & liber de Interpretatione cum Commentariis Averrois.

Ebn

Ebu Netzer Elpharabi Arabis, Philosophi clarissimi, libri de Syllogismo, de Demonstratione & de Elenchis.

Aristotelis de Demonstratione liber primus & secundus cum commentario Averrois.

Omnia hæc jam enumerata opuscula transtulit ex Arabica in Hebræam linguam R. Jac. Antoli, sub Imp. Friderico II. anno æræ Judaicæ 4992. A.C. 1231. Omnia Hebraice.

72. Lexicon Arabico-Turcicum copiosum & accuratum, autore Mustapha, fil. Schemseddini Kara-Hisari i. e. Ex nigro castello, vulgo vocatum Achteri. 4. in charta.

73. Averrois commentarius in Libros Aristotelis de Anima, Hebraice. Scriptus vetusto charactere Africano. 4. in charta.

Eod. Cod. Fen tertia Libri primi canonis Ali Ibn Sinah sive Avicennæ. Hebr.

74. Commentarius Arabicus in Alcoranum, autore Gemaleddino. 4. in charta.

75. Anonymi Arabica expositio difficultatum legis & legalium Muhammedicorum. 4. in charta.

76. Incerti expositio Arabica in Alcoranum. 4. in charta.

77. Com-

77. Commentarius Hebraicus in Moreh Nebuchim sive Directorem dubitantium R. Moysis Bar Maimoni, quem Christiani nos vulgo Moysen Ægyptium vocamus. 4. in charta.

78. Ebubecher Muhammed Ben Zachariæ El. Razi & aliorum quorundam veterum medicorum nonnulla opuscula. Hebr. 4. in charta.

79. Physica R. Schemuel Aben Tybbon. Hebr. elegantissimo charactere exarata 4. in membrana.

Eod. Cod. Joannitii Comment. in artem parvam Galeni.

It. Constantini Africani opusculum de urinis, versum ex Arabico opere Isaaci, filii Salomonis Israelitæ, in linguam Hebræam.

It. Anonymi compendium de urinis.

It. Tractatus aliquot de pulsibus.

It. Anonymus de medicamentis ventrem solventibus.

It. Tractatus de gradibus simplicium.

It. R. Chanin Ben Isaac Thesaurus Pauperum sive Introd. in Artem medicam.

80. Historia stirpis Othomannicæ, ab initio Sultani Othomanni usque ad Sultanum Soleymannum, conscripta Turcica lingua. 4. in charta. Desinit in anno Hegiræ. 956.

Li-

81. Liber Arabicus Anonymi, continens diversos tractatus Theologicos de professione unitatis in Deo & de perfectione orationis ac de ritibus Muhammedicis. 4. in charta.

82. Lugat Halimi i.e. Lexicon Persicum Turcice & Arabice explicatum, adjunctis scriptorum Persarum autoritatibus, autore Lutph-Alla B. Joseph Halimi. Rarum & insigne opus. 4. in charta.

83. Liber Arabicus Medici Ibni Bithar de Simplicibus ad curandos omnes corporis humani morbos, distinctus in XX. capita. 4. in charta.

84. Expositio Arabica Grammaticæ sive syntaxeos Schafije dictæ, Authore Abdullah Bin Reschami El-Ensari En-Nahvi. 4. in charta.

85. Liber Turcicus, continens varias formulas contractuum, instrumentorum & epistolarum. 4. in charta.

86. Historia Othomannica a condito imperio usque ad annum Hegiræ sive æræ Muhammedanæ. 8?6. Turcice. 4. in charta.

87. Anonymi tractatus de ritibus & legalibus Muhammedanorum, Turcice. 4. in charta.

88. Liber Arabicus, tractans artem divinandi ex Alcorano & amuleta conficiendi nec non magiam naturalem conficiendi tribus aliis opusculis.

Eod.

Eod. Cod. Calendarium Turcicum & diſtantiæ, ſive intervalla præcipuarum urbium Muhammedani imperii, per milliaria computata, a Conſtantinopoli urbe regia. 4. in charta.

89. Arguzah ſive cantica Avicennæ Medica cum commentario Ebu-Elvelid Ibn Ruſchad ſive Averrois. 4. in charta & membrana. Hebr.

90. Liber Turcicus, continens 1) Poëma de nativitate Muhammedis. 2) Tractatum de reſurrectione & judicio univerſali, verſu conſcriptum. 3) Hiſtoriam Abrahæ rhythmice. 4) Dictionarium Arabico-Perſicum verſu pariter compoſitum. 4. in charta.

91. Soureth ſive capitula quædam ex Alcorano, quæ in Muhammedorum templis recitari ſolent, Arabice, charactere Africano conſcripta 4. in charta.

92. Vitæ & dicta ſanctorum quorundam ſectæ Muhammedicæ, quorum index in frontiſpicio libri extat. Turcice. 4. in charta.

93. Alcoranum Muhammedis Arabice, cui ab initio duo folia deſunt. 4. in charta.

94. Poëma Turcicum, hiſtoriam Huſani & Huslini, nepotum Muhammedis, continens, initio & fine mutilum. 8. in charta.

95 Ibn

95. Ibn Ruſchad ſive Averrois commentarius in Rhetoricam & Poëticam Ariſtotelis ex Arabica in Hebræam linguam translatus a R. Todras Anno æræ Jud. 5097. A.C. 1337. Averroës autem abſolvit hunc commentarium Anno Hegiræ Muhammedicæ 570. Codex præſtantisſimus, antiquo charactere Africano, partim in membrana, partim in charta, exaratus. Avenione Anno æræ Jud. 5120. A.C. 1460. 4.

96. R. Salomonis B. Abraham Avogador tractatus de Sphæra. Hebr. membranaceus & chartaceus. 4

97. R. Abrahami Bar Chijah. Hiſpani tractatus de Sphæra mundi Hebr. ſcriptus Anno æræ Jud. 5232. A.C. 1472. & inſcriptus Thurath haaretz h. e. Figura terræ, partim in membrana, partim in charta. 4

Eod. Cod. Muhammedis Alphargani Iſagoge in Aſtronomiam, verſa Hebraice a R. Jac. Antoli.

It. R. Abraham Aben Ezra liber Aſtrologicus, inſcriptus Principium ſapientiæ.

It: Anonymi cujusdam tabulæ Aſtronomicæ. Hebr.

It. Anonymi opuſculum de Eclipſibus ſolis & lunæ. Hebr.

It. Incerti Tractatus de Anima. Hebr.

It.

It. Avicennæ liber de cœlo & mundo. Hebr.

It. Ariſtotelis Phyſiognomia ad Alexandrum M.

It. Epiſtola quædam R. Moſche Ben Majemon ad filium, quæ multo emendatior eſt excuſa. Hebr.

98. R. Levi opus Aſtrologicum Hebraicum, a tractatu ſive porta 36. usque ad 40. excerptum ex antiquis monumentis Judorum, Perſarum, Ægyptiorum, Meſſalah, Ebu Maſer, Albatani, Eltzophi, Elchendi, Aben Ezræ, Alfargani, Jechiæ B. Abi Mantzor, Abrah. Elzarkal, Elgazali, Elandruzgeri Iſraëlitæ & aliorum. Liber rarus & magni pretii, elegantisſimo antiquo charactere exaratus, in membrana. 4. utinam eſſet integer.

99. Quatuor Evangelia lingua Slavonica ſcripta. 4. in charta.

100. Anonymi cujusdam Hebræi praxis medica ſive methodus medendi omnibus morbis, diviſa in capita 150. & elegantiſſimo antiquo charactere Hebraico exarata, in membrana. 4. Eod. Cod. Anonymi cujusdam Hebræi tractatus de chirurgia, continens capita 60. Hebr. Item Tractatus de judicio urinarum, continens capita 39. Hebr. Item tractatus brevis de pulſibus,

continens capita 20. Hebr. Item tractatus brevis de conservanda sanitate, continens tria folia. Item R. Jehudæ Ben Jacob Regimen sanitatis, continens folia 18. Item Aben Sinæ sive Avicennæ cantica, translata ex Arabicis in Hebræos versus, Anno æræ Judaicæ 5022. A. C. 1262 una cum luculento commentario in eadem cantica. Hebr.

101. Libellus de geomantia. Turcice. 4. in charta.

102. Bostan sive hortus aut pomarium, poëma Persicum morale, Autore Scheich Saadi, Poëta apud Persas nobilissimo. Persice. 4. in charta.

103. Acta Apostolorum & Epistolæ St. Pauli lingua Slavonica conscriptæ. 4.

104. Sexternio decimus tertius capitulorum ex Alcorano. Arabice, 4. in charta.

105. Liber Turcicus de Legalibus Muhammedanorum, Autore Cutbud-din, filio Muhammedis. 4. in charta.

106. Hebraica quædam fragmenta miscellanea. 4. in charta.

107. Tertia pars seu sexternio quorundam capitulorum ex Alcorano. Arab. 4. in charta.

108. Thoros, Patriarchæ Armeni, Comment. in SS. Evangelia, lingua Armena; floruit is A. C. 1054. 8. in charta.

109. Al-

109. Alcoranum Arabicum. 4. in charta.

110. Alcoranum Arabicum. 4. in charta.

111. Miſcellanea quædam Hebraica. 4. in charta.

112. Libellus de Intentione vultus ad Deum, autore Murade Beg, interprete Soleymanni Imperatoris, Turcice & Latine. 4. in charta.

113. Liber Turcicus Deliburazer dictus, ſine mutilus; ſed obſcœnus eſt. 8. in charta.

114. R. Moſche Ben Majemon opuſculum de ſanitate tuenda ad Sultanum Ægyptium, charactere quidem ſcriptum Hebraico, ſed lingua Arabica A. M. 5017. A. C. 1257. 4. in charta.

It. R. Abrahami Aben Ezræ opuſculum Aſtrologicum de nativitatibus & genituris. Hebr.

115. Sexternio vigeſimus ex capitibus Alcorani. Arab. 4. in charta.

116. Libellus elegans Perſicus Moralis, partim verſu, partim proſa ſcriptus. 8.

117. Grammatica Arabica Achmedis B. Aly B. Meſud & duæ aliæ Grammaticæ. 4. in charta.

118. Capita multa ex Alcorano collecta, Turcice. 8. in charta.

119. Alcoranum Arabicum, incompactum & multis partibus mutilum. 4. in charta.

120. Averrois compendium in libros Aristotelis de generatione & corruptione & in parva naturalia, versum ex Arabica in Hebræam linguam, a R. Mosche Tabon, B. R. Samuel, B. R. Jehudah. 4. in charta.

121. Decimus sextus sexternio quorundam capitulorum ex Alcorano Arabice. 4. in charta, cui hæc inscriptio præfixa est:

STRIGONIO CAPTO
A. C. M. D. XCV.
LIBER HIC A JOB-HARTMANNO
BARONE ENENKELIO
INTER SPOLIA CASTRORUM
TURCICORUM
EXPUGNATORUM
ACQVISITUS ET BIBLIOTHECÆ
SUÆ ILLATUS
ANNO M. D. XCVI.

122. Observationes Orthographicæ & Grammaticæ Arabicæ. 4. in charta.

123. Tractatus Turcicus de Arithmetica, fine mutilus.

It: aliud scriptum Arabicum, pariter mutilum. 4. in charta.

124. Dictionarium parvum Arabico-Turcico-Latinum cum hac inscriptione: Per Dominum nostrum Rudolphum Imp.

recepto Strigonio, M. D. XCVI. Jobus Hartmannus Enenkel liber Baro hunc librum ab interitu vindicavit. 4. in charta.

125. Ibn Ruſchad ſive Averrois Epitome Almagesti ſive magnæ conſtructionis Ptolomæi Alexandrini. Hebr. Vertit illam ex Arabica lingua R. Jacob, B. R. Aba Mori, B. R. Simſon, B. R. Antoli. Anno æræ Jud. 4991. A. C. 1231.

Eod. Cod. Ali Ali Ibn Elbitam Arabis opuſculum de Sphæra, ſive Introductio in Aſtronomiam; tranſtulit id ex Arabico in Hebræum ſermonem R. Salomon Medicus.

Eod. Cod. Euclidis Elementorum Geometricorum libri ſeptem, verſi ex lingua Arabica in Hebræam a R. Jacob B. Mechir ſeu Machir. Notabile autem eſt, quod hic interpres in proœmio conqueritur, multos libros Judaicos periiſſe, ideoque Chriſtianos Judæis imperitiam ſcientiarum objicere. chartaceus. 4.

126. Liber Arabicus, explicans ea, quæ de lege ſunt aut præcipiuntur. 4. in charta.

127. Alcoranum Muhammedis, Arabica lingua elegantiſſime ſcriptum, ſignisque aureis diſtinctum & exornatum. 4. in charta.

128. Libellus Turcicus, continens hiſtoriolam verſu expreſſam, ſine mutilam. 4. in charta.

129. Libellus Turcicus, tractans nonnulla genethliaca, sine [illegible] mutilus. 4. in charta.

130. Liber Turcicus, collectanea continens primo tractatum de scriptura Kys[illegible] dicta in Registris & rationariis usitata, tum [illegible] nonibus imperii [illegible]

It. Exempla formulasque diversarum epistolarum; Carmina seu poëmata [illegible] rum &c. 4. in charta.

131. Alcoranum Arabicum cum hac [illegible] ptione: Strigonio a Christianis [illegible] auspiciis Ruldolphi II. Imp. Cæs. Aug. [illegible] M.D.XCV. Liber hic Turcicus [illegible] Hartmanno Baroni Enenkelio [illegible] Anno sequente à Dn. Wolfacacio [illegible] de Althan Equit. CCC. Germ. ductori [illegible] gnato suo.

132. Liber Turcicus elegantissime [illegible] enumerans celebriores Poëtas, qui in [illegible] te floruerunt, addito cuique proprio [illegible] mio. 4. in charta.

133. Libellus Turcicus, continens [illegible] selecta Carmina. 8. in charta.

134. Ebubecher Ben Taphil Arabis [illegible] Philosophicus reconditæ erud[illegible] Anachoretæ sive solitarii, cum [illegible] mentario cujusdam Philosophi [illegible] Citantur in hoc opere multi [illegible] ni autores. Codex rarus [illegible]

difficilis, antiquo charactere Hebraico. in charta. 4.

135. Machzor h. e. Cyclus vel reditus in circulum sive antiquum rituale, & liber precum Hebræorum, quo Judæi præcipue utuntur in festis Majoribus. Quæ quidem preces fere omnes constant rhythmo, & adeo difficili sermone conceptæ sunt, ut a paucis Judæorum nunc intelligantur. Codex rarus, pretiosus & industriæ simul ac summæ elegantiæ, antiquo vetusto charactere cum punctis vocalibus & accentibus exaratus, in membrana. 4.

136. Lexicon Biblicum Hebraicum antiquissimi autoris R. Menachem Ben Semek. 4. in charta.

Eod Cod. Opusculum quoddam morale. Hebr.

Eod. Cod. Abrah. Aben Ezræ liber Astrologicus, inscriptus Principium sapientiæ. Hebr.

137. Aben Sinæ sive Avicennæ Canon primus, Interprete R. Nathan Bagad Hamathi, filio Eliezeris. Hebr. 4. in charta.

Eod. Cod. Commentarius in quædam capita primi canonis Avicennæ.

It. R. Abraham B. R. Jehudah tractatus de urinis.

It. Tractatus cujusdam Judæi Germani de urinis.

It. Incerti Hebræi tractatus de compositione medicamentorum.

It. Anonymi tractatus de Pulsibus.

It. Anonymi tractatus de diversis experimentis medicis.

It. Anonymi Nomenclatura quorundam simplicium. Omnia Hebr. 4. in charta.

138. Liber Persicus politicus, terse & eleganter scriptus, ad imitationem & explicationem alterius libri, in India olim compositi, Persice *en wari suheili*; Turcice *humajun name*, quasi speculum Regum dicti, de formando scilicet principe. 4. in charta.

139. Alcoranum Arabicum initio & fine mutilum. 4. in charta.

140. Incerti historia Turcica fabulosa & copiosa. 4. in charta.

141. Historia fabulosa de odio novercali per dialogum quadraginta Vesirorum dicta, in quo colloquuntur Rex, Regina & Veziri sive consiliarii Regis, continens 40. fabulas a regina regi recitatas in convictionem principis privigni sui, quem accusaverat falso violentiæ, qua uti voluerat ad violandum paternum thorum; Nec non 40. historias seu relationes a 40. Veziris seu Consiliariis Regis adductas ad confutandas calumnias a regina privigno objectas, e Persica in

in Turcicam linguam traducta & in 40. noctes divisa. 4. in charta.

142. Historia miscella Arabice scripta, continens mundi creationem, Califarum sive successorum Muhammedis & Ægypti Sultanorum seriem aliaque, cum Historica, tum Ethica. Elegans liber, illustratus notis marginalibus Latinis Cl. Tengnagelii. 8. in charta.

143. Quintus sexternio seu pars ex capitibus Alcorani Arabici. 8. in charta.

144. Formulare epistolarum Turcicarum pulchre scriptum. 4. in charta.

145. Historia fabulosa de Rege & de paupere, Carmine Turcico conscripta, sive liber Schah Cheda. 4. in charta.

146. Liber Persicus, eleganti stylo & manu conscriptus, Politico-moralis, de formando Rege sive Principe per exempla, sententias & fabulas, ingeniose olim a quodam sapiente Indiæ compositus, subinde ex Indico idiomate in Arabicum, & ex hoc in Persicum idioma traductus, ac demum ex Persico simul & Arabico in Turcicum elegantissime translatus, cum titulo: *Humajun name*. 4. in charta.

147. Gulistan sive rosetum, Gentio interpreti Rosarium Politicum dictum, liber Persicus

moralis & sententiosus, in Persia celeberrimus. 4. in charta.

148. Secundus Sexternio sive pars quorundam capitulorum ex Alcorano, quæ in Muhammedorum templis recitari solent. Arab. 4. in charta.

149. Liber Turcicus, continens tractatum de præcellentia feriæ sextæ Muhammedanis sacræ & de peculiari cultu Dei, eo die a Muhammede suis sectatoribus præcepto; subinde quædam amuleta seu orationes præservativas, tum copias formasque epistolarum & exempla inscriptionum literarum ad patronas virosque, cum aliis collectaneis, carminibus &c. Sub finem videre est tractatus de arte divinandi ex Alcorano, postquam variæ extant variis ex scriptis collectiones. 4. in charta.

150. Dictionarium sive Explicatio vocum difficiliorum Arabicarum, in Mesnevi scriptore Persa & in Gulistan sive roseto, libro morali apud Persas celeberrimo, occurrentium, Arabice & Persice. It. Dictionariolum Arabico-Turcicum. 4. in charta.

151. Libellus Turcicus versuum amatoriorum vulgo Ghazal dictorum, autore Muhybbi, fine mutilus. 4. in charta.

152. Dictionarium Turcico-Persicum, carmine conscriptum, autore Sciahidi. 4. in charta.

153. Li-

153. Liber Turcicus doctrinalis seu Theologicus, autore Abdul-Megid. 4. in charta.

154. Liber Arabicus ex tractatibus medicinalibus Avicennæ excerptus. 4. in charta.

155. Alcoranum Muhammedis Arabicum eleganter scriptum, in charta. 4.

156. Libellus Hebraicus, varias Judaicorum contractuum formulas continens. 4. in charta.

157. Poëma Turcicum doctrinale, sine mutilum. 4. in charta.

158. Sexternio seu pars vicesima quorundam capitulorum ex Alcorano. 4. in charta. Turc.

159. Volumen GenealogicumTurcico-Arabicum, elegantissime scriptum ac olim propter immanem longitudinem convolutum in spiras, jam v. speciali loculamento aut involucro circa finem voluminis concinne insertum, quod biennio, antequam famosissimum illud Ungariæ castellum Villek expugnaretur, Dn. Vitus Marchtalerus Sulous, tum temporis in Ungaria militans, in direptione templi Muhammedani (Mesgidam vocant) nactus fuit, & postea opera Dn. Wilhelmi Schikarti, Polyhistoris Tubingensis, examinatum, illustratum bonoque rei literariæ publicatum fuit sub nomine Tarich,

h. e.

h. e. Series regum Perfiæ &c. Tubing. 1628. 4.

160. Expofitio Grammaticæ Arabicæ, Kiafie dictæ. 4. in charta.

161. Liber Turcicus, complectens hiftorias & caufas translationis regnorum variorum ab una ad alteram domum familiamve regnatricem. 4. in charta.

162. Preces Hebraicæ, elegantiffimo antiquo charactere exaratæ, in membrana. 4.

163. Abd Elbaki, Poëtæ apud Muhammedanos celeberrimi, poëmata eleganter exarata, floruit fub Sultano Suleymanno, 4. in charta.

164. Codex cabbalifticus Hebraice fcriptus. 4. in charta.

165. Alcoranum Arabicum initio & fine mutilum. 4. in charta.

166. Libellus continens diverfa poëmata Perfico-Turcica 8. in charta.

167. Negiati Perfici Poëtæ elegantisfima poëmata, lingua Perfica, Arabica & Turcica mixtis. 8. in charta.

168. Liber poëmatum Perficorum, initio mutilus. 8. in charta.

169. Getoherüzzar fi Attar i. e. poëmata Perfica Attari de Effentia, liber eft pretiofus, in charta bombycina charactere tenui & perele-

eleganti exaratus, Moralia & Theologica tractans. 8. in charta.

170. Opuſcula quædam Aſtronomica & Philoſophica, Arabice. 8. in charta.

171. Incerti Tractatus de Excellentia ſingulorum menſium & certorum in unoquoque dierum privilegiatorum. Arabicè. 8. in charta.

172. Miſcellanea nonnulla Hebraica, partim impreſſa, partim Manuſcripta. 4. in charta.

173. Alcoranum Arabicum nitide ſcriptum, initio mutilum. 8. in charta.

174. Ariſtotelis libri 2. de Demonſtratione cum commentario Averrois, Hebr. 4. in membrana, antiquo charactere Hiſpanico.

175. Guliſtan ſive roſetum lingua Perſica, liber moralis terſè nitideque ſcriptus. 4. in charta.

176. Dictionarium Perſico-Turcicum, autore Lateph-alla, filio Joſephi Halimi, eleganter ſcriptum. 4. in charta.

177. Liber continens 1) GrammaticamPerſicam Arabicè explicatam, tum 2) dictionarium rhythmicum Ruſtemi Perſico-Turcicum. 4. in charta.

178. Elegantia poëmata Turcica. 4. in charta.

179. Variorum miſcellanea collectanea, fragmenta nonnulla Alcorani, amuleta cabbaliſtica,

ftica, mandata regia, decreta judicialia, item nonnulla Hebraica. 4. in charta.
180. Guliftan, Rofarium Politicum Perfice, fine mutilum. 8. in charta.
181. Mifcellanea quædam partim Arabica, partim Syriaca, vetuftate detrita & lacera. Afceti cujusdam fcriptoris (qui videtur effe S. Ephræm Syrus) Inftitutio ad monachos. Pfalmi quidam Arabicè: Vita S. Georgii Martyris. Sententiæ Apocryphæ SS. Johannis, Andreæ, Thomæ, Marci, Lucæ, Matthæi, Petri &c. Hymnus in S. Georgium Martyrem & in S. Barbaram. Hymnus in B. Virginem Mariam. Lochmanni fapientis præcepta ad filium. Carmen de vitiis & pœnis inferni. Hymnus in nativitatem Chrifti. Nota dierum male aufpicatorum fingulis menfibus, & prognofticon fingulorum annorum a Daniele Propheta editum, Apocryphum. Hymni aliquot in B. Virginem Mariam lingua Syriaca. Fragmentum duorum foliorum de Planetis, Syre cum aliis fragmentis. 8. in charta.
182. Colloquia Perfico-Turcica ftudiofis illarum linguarum perutilia. It. Profeffio fidei Turcicæ. 8. in charta.
183. De Syntaxi Arabica, tum aliquot capitula Alcorani cum aliquot orationibus præfervativis cum fequenti infcriptione:

Invictorissimo illo divini numinis clementia Christianorum conflictu contra Turcas ad Albam regalem 3. die Novem. 1593. feliciter obtento Stephanus Schupman Goritiensis occiso Turco ex spoliis hunc librum sanguine conspersum Hieronymo Beck a Leopoldsdorf D. D. 8. in charta.

184. Haphitz Scirazi, Poëtarum Persicorum celeberrimi, Poëmata Persica eruditissima & elegantissima. 8. in charta.

185. Gulistan seu Rosarium Politicum, Persice. 8. in charta. Opusculum morale elegantissimum.

186. Alcoranum Arabicum elegantissima manu exaratum, quod Cl. Tengnagelio donavit eruditissimus pariter ac Generosissimus Dn. Baro Enenkelius. 8. in charta.

187. Alphabetum Turcicum vulgo Elif Supparesi. 8. in charta.

188. Liber Sinensis, quem R. P. Joannes Gruber S. I. ex China redux Sacræ Cæsareæ Majestati humillime obtulit. 8. in charta.

189. Ars divinandi ex literis obviis Alcorani. 8. in charta.

190. Grammaticæ Hebraicæ erotemata. 8. in charta.

191. Dictionariolum Arabico-Turcicum versu compositum, initio mutilum.

192. Anonymi liber, continens varias orationes præſervativas Arabicas, Turcice expreſſas. 8. in charta, cum ſequenti inſcriptione:

Deo conſervatori, cujus favore auxilioque
Dn. Rudolphus Auſt. Imp. ſemper Auguſtus, Italicus, Hiſpanicus, Pannonicus, Turcicus, Danicus anno JHU M. D. XCV. arces Strigonias recepit,

Heic feliciter expugnatis, captisque hoſtium caſtris, Jobus Hartmannus Enenkel, liber Baro Auſtr. hunc Librum Bibliothecæ ſuæ a militari violentia vindicavit.

193. Capitula Alcorani exigui momenti.

194. Hiſtoria, Turcica lingua, ab origine ſtirpis Othomannicæ usque ad Imp. Bajazidem II. ſive annum Hegiræ 896. carmine & proſa. 8. in charta.

195. Naſradini facetiæ Turcicæ. 8. in charta.

196. Chemal Baſſæ varia opuſcula, Arabicè tenui charactere ſcripta. 8.

197. Alcoranum Arabicum. 8. in charta.

198. Libellus precationum Arabicarum & capitula nonnulla ex Alcorano. 8. in charta.

199. Capita aliquot Alcorani & precationes præſervativæ, ſed ſuperſtitioſæ, Turcice expoſitæ. 8. in charta.

100. Col-

200. Colloquia Perſice & Turcice. Elegans libellus ad diſcendam linguam Perſicam.

Eod. Cod de peregrinatione Mechana libellus. Dictionariolum in Chuliſtan. Aliud dictionariolum Arabico-Turcicum. 8 in charta.

201. Grammatica Arabica Ahmedis bin Ali bin Meſud. 8. in charta.

202. Liber continens 1) nonnulla capita Alcorani. 2) Inſtar amuletorum orationes Arabicas, ſuperſtitioſas incantationes & cabbaliſticas figuras, Turcice expoſitas. Nonnulla, imo multa folia libri ſunt inverſo ordine compacta.

203. Libellus, continens aliquot capita Alcorani, initio & fine mutilus. 8. in charta.

204. Alcoranum Arabicum pulchre ſcriptum, initio mutilum. 8. in charta.

205. Elif Supparaſi. i. e. Abecedarium Turcico-Arabicum. 8. in charta.

206. Libellus, continens capitula & preces, ſeu laudes Dei ſingulis hebdomadæ diebus recitandas, ex Alcorano excerptas, Arabice. Item Calendarium Turcicum, rarum & mirandum opuſculum, quod complectitur non ſolum feſta Muhammedanorum, ſed & Chriſti, B. Virginis Mariæ aliorumque Sanctorum. 8. in charta.

207. Libellus de requiſitis legalibus ad ora-

tionem sacram rite perficiendam. Arabice. 8. in charta.

208. Capita nonnulla Alcorani terse scripta, libellus initio mutilus. Turcice. 8. in charta.

209. Alcoranum Arabicum. 8. in charta.

210. Alcoranum Arabicum, nitide scriptum & pretiosum. 8. in charta.

211. Alcoranum Arabicum.

212. Liber precationum ex Alcorano ac aliunde excerptarum, quas amuleti loco adhibent Mahometani ad vitanda varia mala. Subest explicatio Turcica. Initio autem mutilus est liber.

213. Dictionariolum Arabico-Turcicum, sive explicatio vocum difficiliorum ex formulari epistolarum excerptarum.

214. Libellus, continens elegantia Poëmata Persica, nec non tractatum de bonis moribus. Persice. 8. in charta.

215. Miscellanea quædam, Arabice & Turcice scripta a captivo quodam in Germania. 8. in charta.

216. De mirabilibus rerum creatarum libellus elegans & jucundus.

217. Libellus collectionum Turcicarum. 8. in charta.

218. Capitula aliquot Alcorani & orationes præservativæ ac superstitiosæ, Turcice expositæ.

219. Poëmata Persica & Turcica. 8. in charta.

220. Hi-

220. Historia fabulosa versu composita.

221. Opusculum de ineffabili ac gloriosissimo Dei nomine τετραγραμμάτῳ contra hostes catholicæ fidei ad Sac. Cæl. Majest. Ferdinandum II. Imp. compositum a R. P. F. Chrysostomo a Capranica Romanæ provinciæ Actuale definitore & Episcopo Firminiæ. Ratisbon. A. C. 1622. in Membrana. Hebraice & Latine.

222. Libellus Turcico-Arabicus, continens amuleta & varia capita Alcorani eo spectantia. 8. in charta.

223. Dictionariolum verborum Persico-Turcicorum cum altero dictionario, sed fine mutilo.

224. Monita, Literæ & Apophthegmata Arabica, liber pervetustus 8. in charta.

225. Dictionarium Arabico-Latinum cum aliis collectaneis. 12.

226. Capitula Alcorani & Orationes præservativæ, in fine mutilæ, incompact. 12.

227. Miscellanea collectanea Arabica cum notis Cl. Tengnagelii. 12.

228. Sylloge nonnullorum collectaneorum Grammaticæ Hebraicæ, conscripta manu Corraducii. 12.

229. Libellus Syriaco charactere scriptus. 12.

230. Nonnulla capita Alcorani Arabici. 12.

231. Experimenta quædam Medica & Magica, lin-

lingua partim Hebræa, partim Arabica, charactere Hebraico. 12.

232. Libellus Hebraicus cabbalisticus, Jezirah inscriptus & Patriarchæ Abrahamo attributus, quem Rudolphus Corraducius U. J. D. sua manu descripsit. Pat. Ant. A. C. 1583. 12. in charta.

233. Liber Amuletorum Arabicus.

234. Capita aliquot Alcorani, Invocatio nominum Dei, & orationes præservativæ, Turcice expositæ.

235. Capita multa ex Alcorano, additis sub finem invocationibus & precibus Arabicis.

236. Aliquot Orationes præservativæ, Turcice expositæ.

237. Libellus quarundam precationum Hebraicarum. 12. in charta.

238. Libellus Precatorius Hebraicus. 12. in membrana.

239. Libellus, continens Invocationem Nominum Dei & preces superstitiosas, Turcice expositas.

240. Orationes præservativæ aut superstitiosæ Arabicæ, Turcice expositæ.

241. Capita certa Alcorani, & orationes præservativæ ac variæ figuræ cabbalisticæ.

242. Nonnulla capita Alcorani aliæque precationes præservativæ.

243. Alcoranum Arabicum, pulcherrimo tenuiſſimoque charactère Bagdadi exaratum a Jacuto Muſtazino, Anno Hegiræ Muhammedicæ 655. 12. in charta.

244. Liber membranaceus precum ſuperſtitioſarum ac magicarum, lingua & charactere Æthiopico, ſive Abyſſino conſcriptarum, ſeu potius, (ut Cl. Lambecio A. C. 1676. indicium fecit nobiliſſimus & ampliſſimus Jobus Ludolphus, quo nemo hac noſtra ætate in rebus Æthiopicis verſatior eſt, (Hiſtoria Apocrypha de liberatione Matthiæ Apoſtoli Beryti e carcere & vinculis ferreis per orationem quandam Beatiſſimæ Virginis Deiparæ Mariæ; ſimul etiam colloquium Chriſti Servatoris noſtri cum jam memorata beatiſſima matre ſua de multis ſuperſtitioſis & abſurdis nominibus, quibus virtus ſingularis adſcribitur.

245. Alcoranum Arabicum, elegantiſſimo charactere exaratum. 12. in charta.

246. Libellus Arabicus, continens remedia (ſed pleraque ſuperſtitioſa) contra varios morbos & alia mala.

247. Capita certa Alcorani & precationes nonnullæ præſervativæ amuletorum inſtar, Perſice conſcriptæ, quem librum Cl. Tengnagelius donavit Petrus Paſmannus ex pa-

tre Societ. Jesu, Archiep. Strigonensis ac demum Cardinalis.

248. Amuleta varia & preces præservativæ, Turcice expositæ.

249. Libellus orationum præservativarum Turcice expositarum, cum certis capitibus Alcorani.

250. Libellus precum & capitulorum Alcorani, amuletorum &c.

251. Libellus precum & capitulorum Alcorani.

252. Capita nonnulla Alcorani & orationes præservativæ, Turcice expositæ, cum variis superstitiosis figuris.

253. Orationes superstitiosæ, amuleta & aliquot capita ex Alcorano.

254. Enchiridion precum & capitulorum Alcorani, Arabice.

255. Variæ orationes præservativæ, Turcice explicatæ.

256. 257. Capitula nonnulla Alcorani, Orationes præservativæ, Turcice explicatæ, cum figuris superstitiosis &c. incompacti.

258. Amuleta varia & preces præservativæ, Turcice expositæ.

259. Codex membranaceus, continens quatuor sancta Evangelia, Syriaco charactere minutoque elegantissime scriptus a Moyse Syro, & ad finem perductus A. C. 1554. cum sequenti dedicationis formula:

Di-

Divo Ferdinando Romanorum Imperatori designato, Hungarorum, Bohemiorumque Regi, Auſtriæ orient. & occidentalis Archiduci, Domino clementiſſimo, Moſes ex Meſopotamia Syrus, Patriarchatu Antiochenus, patria Meridinenſis, S. &c. &c.

260. Libellus, continens capita aliquot Alcorani & varias orationes præſervativas, aliasque ſuperſtitiones, tum artem divinandi ex Alcorano.

261. Libellus orationum præſervativarum, Turcice expoſitarum, cum cæteris capitibus Alcorani.

262. Libellus precum lingua Armena.

263. Libellus precum ſuperſtitioſarum, Turcicè explicatarum, cum hac inſcriptione:

Strigonio recepto Anno Domini 1595. hic libellus Turcicus captus, Bibliothecæque dicatus a Jobo Hartmanno Enenkelio Albrechtsbergio libero Barone Hohen-eccio Auſtrio.

264. 265. Orationes præſervativæ aut amuleta, Turcice expoſita.

266. Variæ orationes præſervativæ & invocationes nominum Dei, cum Turcicis expoſitionibus.

267. Caput unum Alcorani, cum oratione in fine Arabica.

268. Ca-

268. Calendarium, lingua Slavonica scriptum.

269. Alcoranum Arabicum, nitidissimo charactere exaratum.

270. Orationes præservativæ, Turcice expositæ, cum figuris superstitiosis.

271. Libellus precum Arabicarum, cum explicatione Turcica.

272. Fragmenta precum superstitiosarum, Turcice expositarum, incompacta.

273. Libellus precum & superstitionum Turcicarum, ab initio incognito mihi idiomate, charactere tamen Arabico explicatarum.


274. Libellus precum & amuletorum, cum figuris & explicatione Turcica, nec non sequenti Germanica inscriptione:

Als man zalt 1529 Jahr
Dis Büchlein erobert war
Zu Wien vor der grossen Statt
Als der Türck die belegert hatt
In des Türck Veld-Läger dauß
In einen öden verprenten Hauß
Darin Türcken gelegen sind
Nachdem sie wieder abzogen sind
Durch ein Lands-Knecht zart
Mir Johan Traberger verkaufft wart
Als ich in der Statt Wien gelegen
Und sambt andern hab helffen verwaren.

275. Capita aliquot Alcorani Arabici.

276. Capita aliquot Alcorani, cum orationibus præservativis, Turcice expositis.




BNCF

